EX
BIBLIOTHECA
MICHAELIS
CHASLES
ACAD. SCIENTIAR. SOCII.
MC

A.
B. 1.

84-XXIV-544 pp.




Casini

78/12
PIA-

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/bibliothecaarabi01esco

# BIBLIOTHECÆ
## ARABICO-HISPANÆ
## ESCURIALENSIS
*TOMUS PRIOR.*

# BIBLIOTHECA
# ARABICO-HISPANA
# ESCURIALENSIS

*SIVE*

Librorum omnium Mss. quos Arabicè ab auctoribus magnam partem Arabo-Hiſpanis compoſitos Bibliotheca Cœnobii Eſcurialenſis complectitur,

RECENSIO & EXPLANATIO

*Operâ & ſtudio* Michaelis Caſiri *Syro-Maronitæ, Presbyteri, S. Theologiæ Doctoris, Regis à Bibliotheca, linguarumque Orientalium interpretatione:*

**CAROLI III. REGIS OPT. MAX.**

auctoritate atque auſpiciis edita.

*TOMUS PRIOR.*



MATRITI
Antonius Perez de Soto imprimebat
ANNO M. DCC. LX.

# CAROLO III.

## REGI OPTIMO MAXIMO

*BIBLIOTHECA REGIA.*

ERgo divinitùs ratum & conſtitutum erat, CAROLE Optime Maxime, ut FERDINANDI Fratris auctoritate ſuſceptum, beneficentiâ conſummatum, honori jam jam de-

di-

dicandum opus, non niſi Tuis auſpiciis, Tuo nomine conſecratum evulgaretur! Ita ſanè. Talem omnino liceat eventum mirificæ illius felicitatis appendicem nuncupare, quæ Te per varios triumphorum, ſplendoris, majeſtatis gradus ad Neapolitanum ſolium, indeque ad Hiſpanicum, tùm Gloria & Virtute comitantibus, tùm universâ Naturâ quaſi famulante, pervexit.

Et verò quis ita præclarè ac feliciter Tecum actum non obſtupeſcat, ut ad Fraternam, quam nactus es, tot unius Principis virtutum, tot gemini Orbis divitiarum hæreditatem acceſſerit etiam ingenii, doctrinæ, eruditionis opum ab eodem congeſtarum immenſa vis, incredibilis copia? Quàm ſplendidum, quàm magnificum olim fuerat Atavo Tuo FERDINANDO V. bellicis laudibus ornatiſsimo Principi, Arabicæ dominationis profligaſſe, exterminaſſe, deleviſſe reliquias: tam pulchrum, tam decorum ſibi duxit FERDINANDUS VI. Frater Tuus, bonarum Artium, Pacis comitum, Princeps

ceps amantiſsimus, reliquas apud Hiſpanos Arabicæ humanitatis & doctrinæ gazas undequaque colligere, ingeniorum utilitati, ſtudiorum ornamento, ſcientiarum progreſsibus impendere. Has nimirum Tua Tibi fortuna, CAROLE MAXIME, donavit: has accipe Tuis in lucem proferendas auſpiciis, Tuos non modò in populos, ſed in cæteras quoque Orbis nationes, velut imperium auſpicantis miſsilia, munificentiſsimè ſpargendas.

At quàm Tuis non ſolùm felicibus fatis, ſed etiam meritis in Litteras immortalibus debitum, cujus conſiliis, ſtudio, beneficio tùm Græca, tùm Romana vetuſtas ab *Herculani* ſepulchro excitata, novam juſſa eſt haurire vitam, novo ſplendore niteſcere, ejuſdem auſpiciis, auctoritate, nomine vetuſtiſsima eruditionis Arabicæ monumenta è Cœnobii *Eſcurialenſis* educta latebris, in Orbis conſpectum, celebritatem, admirationem prodire!

Nihil jam *Atticæ Noctuæ*, nihil *Aquilæ Ro-*

*Romanæ* , quas Regia benignitate allectas, Regio patrocinio confidentiores , ad ſolium , ad auguſtas certatim manus convolare mirantur, invideat *Ales Arabicus*. Huc demitte, quæſo, paulliſper oculos, REX MAXIME : vide ut is FERDINANDI, cui redivivos debet cineres , mœſtus licet occaſu , ad novum diadematis Tui, ſeu potiùs oris, lumen aſſurgat alacrior, vegetior emicet ; ut Te in ipſo principatûs exortu benigniùs affulgentem & feſto alarum plauſu, & læto clangore gratulabundus ſalutet.

His ille animis , his Regii favoris alis, hac auguſtæ felicitatis aurâ quovis terrarum ſtatim evolet ; FERDINANDI, CAROLI Nomina ubique gentium canat; ubique *Bibliothecam Arabico-Hiſpanam* illius conſilio ac liberalitate fuiſſe perfectam, hujus auctam præſidio , hujus auſpiciis evulgatam perſonet; hanc per omnes circumferat populos, ac velut indicem oſtentet quàm ſemper ingeniis dives, frequens Academiis, felix ſtudiis extiterit Hiſpania; quantùm ibi,

vel

vel in ipſo Martis pulvere, floruerint olim diſciplinæ; quàm latè, quàm ſuperbè vel ſub alieno regnaverint imperio: totique in primis denunciet Europæ, omnes Artes, Diſciplinaſque ex uno *Bæti* flumine in ejus aut dimanaſſe, aut exundaſſe provincias.

Quot novos igitur ætas noſtra reperiet hoc in opere ſcriptores! quot rara inſolitaque ſcripta, Hiſpano præſertim ſub cœlo nata! Ut incredibiles Sermonis ſtupebit gazas! Ut innumeras Poeſeos veneres, ut multiplicem mundum, ut ſplendidum ornatum, luxumque ſuſpiciet! Quàm ignota ſive Phyſices arcana, ſive Matheſeos inventa; quàm peregrina Geographiæ ſpectacula; quàm inauditas, rerum præcipuè Hiſpanicarum hiſtorias; quantos uno verbo variarum Artium auſus, quanta certamina triumphoſque mirabitur!

Nova profectò Litterarum Reſpublica, imò Novus ecce panditur Scientiarum Orbis, duorum clariſsimorum Regum conſpirante providentia & auctoritate. FERDI-

NANDI, cognomento *Catholici*, laus olim extitit Novum Terrarum Orbem invenire; CAROLI V. extendere inventum ac nobilitare. Eandem prorsùs Novo Scientiarum Orbi ſortem gratulemur. FERDINANDUS quidem VI. eum ſummo conſilio, ampliſsima poteſtate, ſplendidiſsimis ſumptibus invenit; Tu, CAROLE Optime Maxime, inventum à FERDINANDO Tuis propagas auſpiciis, Tuo nobilitas nomine; neque Hiſpanæ ſolùm, ſed exteris universè gentibus ad commune Litterarum incrementum & lumen, idem Patriæ atque Orbis Pater, exhibes, aperis, impertiris.

O Tuam, REX MAXIME, ſupra vota felicem fortunatamque Bibliothecam, cui tanti operis exſequendi munus conceſſum! cui labor ipſe, quantumcunque Tuo de Litteris bene merendi deſiderio impendat, ſemper erit merces omnium pulcherrima; quæ quoties illarum commodo, Tuæ toties inſerviet gloriæ, atque è ſervâ penè comes fiet ac ſocia!

Hanc

Hanc itaque Scriptionem, cùm noſtri erga Majeſtatem Tuam ſtudii, tùm obſervantiæ, fidei, venerationis teſtem, ſerenâ fronte, æquis auribus excipe. Ipſam autem eò confidentiùs Nomini dicamus Tuo, quòd nihil Tibi tam jucundum ac præclarum eſſe, nihil videri tam regale, tam Borbonium intelligimus, quàm quicquid optimis Artibus Diſciplinifque adjuvandis, ornandiſve ſit opportunum. Quid autem his adjumenti accedere, quid ornamenti poteſt, quod Tuæ non accedat Bibliothecæ? quippe quam, veluti Scientiarum omnium altricem, cuſtodemque ſempiternam, Invictiſſimi ac Sapientiſsimi Parentis Tui PHILIPPI V. providentia conſtituerit, FERDINANDI VI. Fratris, Clementiſsimi Principis, amplificaverit munificentia, Tua demùm, CAROLE, feliciter imperantis foveat benignitas, totque in poſterum, (ut, tanta obſide nixi, confidimus) cumulatura ſit beneficiis, quot ſuperiorum Principum gloriam virtutibus cumulaſti.



Alie-

Alienos quidem, REX MAXIME, theſauros, ad Bibliothecam nimirum Eſcurialenſem pertinentes, Tua Tibi præbet Matritenſis Bibliotheca: alienum item opus, nempe FERDINANDI Fratris, ejus videlicet conſilii, auctoritatis, beneficentiæ fœtum ſanè uberrimum. At illos Majeſtati Tuæ conſecrare, auguſtis oculis ſpectandos proponere multò ipſa pluris æſtimat quàm habere; hoc verò, ſive Fraternæ hæreditatis, ſive Regiæ dignitatis jure, tùm Scientiarum vectigalis, aut clientelæ causâ, tùm quibus prodit auſpiciis, quo fulget inſcriptum nomine, planè Tuum eſt. Tot ergo juribus proprium, nec à Majeſtate alienum, Tuâ ne graveris benevolentiâ dignari, Tuo ſancire patrocinio. Id Tuæ in Litteras apud Hiſpanos benignitatis eſto quaſi rudimentum.

Age, ingredere, o CAROLE MAXIME, Muſarum penetralia quo Hiſpaniarum Regna ingreſſus es pede. Ne minora ab illis expectes lætitiæ, obſequii, celebritatis ſigna,

nec

nec præclara minùs ſive laudum præconia, ſive virtutum ornamenta, quàm quibus feliciſſimum ingreſſum & Populorum Amor, & Fides conſecravit. Hi quidem Tibi per *Titi, Trajani, Antonini* veſtigia, vel Tua potiùs, ineunti viam, undequaque munera, congiaria, honores, beneficia plenis manibus ſpargenti; benevolentiam, caritatem, animum ore, oculis, toto corpore in Tuos effundenti triumphales portas, arcus ampliſsimos, felicitatum tamen Te comitantium agmini perangustos, aperuere. Illæ Tibi Famæ, Gloriæ, Immortalitatis templa reſerabunt; imò nova ponent. Hi CAROLUM Patrem, Regem, Imperatorem, ac propè Numen conſalutantes, tota viciſsim pectora in blanditias, acclamationes, ſacramenta, vota profudere. Illæ vocibus ad extremos orbis ævique fines, litteris nulla temporum aut injuria, aut oblivione delendis Tuum Nomen, tanquam omnes præſtantiſsimorum Regum appellationes complexum, omnino celebrabunt. Te conditorem Regnorum, vel

reſ-

reſtitutorem ; Te regnandi & magiſtrum & exemplar longè perfectiſsimum ; Te in bello & pace Virtutis ac Felicitatis certamen; Te columen Artium , Scientiarum præſidium ; Te ſalutem decuſque Patriæ , generis humani delicias & ornamentum certatim dicent ; novos quin etiam orbes , nova ſæcula Tuis implenda laudibus optare non dubitabunt.

Intereà verò dum fauſta hæc Tibi , CAROLE MAXIME, fidentiſsimè prænuntiamus , perge illis , quas aureo jam beaſti vultu * , & dicendi materiam & ad dicendum animos ſufficere : perge BIBLIOTHECAM Tuam ornare Tuo patrocinio , Tuis augere beneficiis , rerum à Te præclarè, magnificè , feliciter geſtarum locupletare monumentis.

* Omnes perinde Academias , ut Regiam Bibliothecam , Indulgentiſsimus Princeps aureis donavit numiſmatis faciem hinc ſuam , inde Matriti Regem ſolemniter renunciantis pompam exprimentibus.

*RE-*

## *REGIÆ BIBLIOTHECÆ CUSTODUM*
### *Opus approbantium Sententiæ.*

PErlectâ Amplißimi Caſtellæ Senatûs juſſu *Bibliothecâ Arabico-Hiſpanâ Eſcurialenſi*, nihil offendimus in eâ Regiis ſive legibus, ſive ſanctionibus, ſive prærogativis adverſum; imò verò dignum planè opus viſa eſt, quod Regia auctoritate atque auſpiciis in lucem proferatur. Dat. è Regio Muſeo VII. Id. Januar. anno MDCCLVI.

*Joſephus Fernandez Gutierrez.* *Joannes Yriarte.*

QUum ex D. D. Joannis Varrones & Arangoyti, Archiepiſcopalis Vicarii Matritenſis, præſcripto expendentibus nobis *Bibliothecam Arabico-Hiſpanam Eſcurialenſem* nihil prorsùs occurrerit quod à Catholica fide, aut bonis moribus abhorreat; id operis, aliis etiam nominibus præſtabile, omnino cenſemus editione ornandum. Dat. è Regio Muſeo VI. Id. Januar. anno MDCCLVI.

*Emmanuel Martinez Pingarron.* *Leopoldus Hieronymus Puig.*

---

IMPRIMATUR.

Matriti 15. Januarii ann. Dom. 1756.

*Doct. Varrones.*

## *TAXATIO.*

DON Joſeph Antonio de Yarza Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno del Conſejo: Certifico, que habiendoſe viſto por los Señores de él el Libro intitulado: *Bibliotheca Arabico-Hiſpana Eſcurialenſis*, que trabajó de orden de ſu Mageſtad Don Miguel Caſiri ſu Bibliothecario, y que con licencia de dichos Señores concedida á la Real Bibliotheca, ha ſido impreſſo; taſſaron á diez y ſeis maravedis cada pliego: y dicho Libro parece tiene ciento y treinta y ſeis, ſin principios ni tablas, que á eſte reſpecto importa dos mil ciento y ſetenta y ſeis maravedis: y al dicho precio, y no mas, mandaron ſe venda; y que eſta Certificacion ſe ponga al principio de cada Libro, para que ſe ſepa el á que ſe ha de vender. Y para que conſte lo firmé en Madrid á diez y ſiete de Mayo de mil ſetecientos y ſeſenta.

*Don Joſeph Antonio de Yarza.*

## *EXEMPLUM REGII PRIVILEGII.*

# EL REY.

POR quanto para evitar los inconvenientes que ſe ocaſionan al público de la reimpreſsion de ciertos Libros por perſonas particulares, he venido por Decreto de catorce de Noviembre proximo paſſado ſeñalado de mi Real mano, en conceder, como por eſta mi Cedula concedo, Privilegio á mi Real Bibliotheca, á fin de que ſin embargo de qualeſquier otros Privilegios que ſe hayan concedido, pueda privativa y perpetuamente hacer la impreſsion y reimpreſsiones de la *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, de la *Antigua*, y *Nueva de Don Nicolas Antonio*, y de las tres Obras, y Hiſtorias del Padre *Juan de Ma-*

*Mariana*, de Don *Juan de Ferreras*, y de *Ambroſio de Morales* con las adiciones del Licenciado *Franco*, y demás conducentes al expreſſado fin: y debaxo de la pena de mil ducados, y quatro años de preſidio, prohibo la introduccion de las referidas Obras en eſtos mis Reynos ahora y en qualquier tiempo que ſe reimpriman fuera de ellos: Por tanto es mi voluntad, que la citada mi Real Bibliotheca, Bibliothecario Mayor, ó perſona que ſu poder, ó derecho repreſentare, y no otra alguna, en conſequencia de eſta mi Real deliberacion, paſſe á la impreſsion, y reimpreſsion de dichas Obras en el todo de ellas, ó cada una ſeparada, ſegun le parezca, y correſponda al exemplar que irá rubricado, y firmado al fin de Don Joſeph Antonio de Yarza, mi Secretario, Eſcribano de Cámara mas antiguo, y de Gobierno del mi Conſejo, ú del que en eſte empleo le ſuceda; con que antes que ſe venda la obra, ú obras que ſe impriman, ſe lleve ante los de él juntamente con el exemplar, para que ſe vea ſi la impreſsion eſtá conforme, llevando aſsimiſmo fee en publica forma, como por Corrector por mi nombrado ſe vió y corrigió dicha impreſsion por el exemplar, para que ſe taſſe el precio á que ſe ha de vender. Y mando al Impreſſor que imprimiere las mencionadas Obras, no imprima los principios y primeros pliegos, ni entregue mas que una ſola con ſu exemplar á la parte de mi Real Bibliotheca á cuya coſta ſe executa, para efecto de la correccion, haſta que primero eſtén corregidas y taſſadas por los del mi Conſejo, bien el todo de ellas, ú de la que ſe imprima; y eſtándolo aſsi, y no de otra manera, pueda imprimir los principios y primeros pliegos, en los quales ſeguidamente ſe ponga eſta Licencia, y la Aprobacion, Taſſa, y Erratas, pena de caer é incurrir en las contenidas en las Pragmaticas y Leyes de eſtos mis Reynos, que ſobre ello tratan y diſponen. Y quiero que ninguna perſona ſin permiſo de dicha mi Real Bibliotheca, ſu Bibliothecario Mayor, ó perſona que ſu derecho repreſente, pueda imprimir, reimprimir, vender, ni introducir en eſtos mis Reynos las citadas Obras, baxo de las penas que van expreſſadas; y mas incurra en perdimiento de todos los Libros, Moldes, y Pertrechos que ellas tuvieren, y en la de cinquenta mil maravedis, aplicando la tercera parte á mi Cámara, otra al Juez que lo ſentenciare, y la otra al Denunciador. Y mando á los del mi Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las mis Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la mi Caſa, Corte, y Chancillerías, y á todos los Corregidores, é Intendentes, Aſsiſtente, Gobernadores, Alcaldes Mayores y Ordinarios, y otros Jueces, Juſticias, Miniſtros, y perſonas de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de eſtos mis Reynos, y Señoríos, y á cada uno y qualquiera de ellos en ſu diſtrito y juriſdiccion, vean, guarden, cumplan y executen eſta mi Cédula, y todo lo en ella contenido; y contra ſu tenor y forma no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en manera alguna, pena de la mi merced, y de cada cinquenta mil maravedis para la mi Cámara. Dada en Buen Retiro á cinco de Diciembre de mil ſetecientos cinquenta y quatro.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

*Don Aguſtin de Montiano y Luyando.*

# PRÆFATIO.

BIBLIOTHECAM ESCURIALENSEM cùm variarum gentium linguis, tùm maximè Arabicâ, ſcriptorum Codicum numero, præſtantia, raritate celeberrimas inter Europæ Bibliothecas excellere, jam olim toto orbe terrarum non mendax fama percrebuit. Hinc ſanè tot vetera, tot recentia undique vota doctorum hominum tantas eruditionis Arabicæ gazas, aut aliquem ſaltem earum Catalogum, in publicam lucem atque utilitatem prodire cupientium ac penè convicio efflagitantium. Sed fruſtra; ſiquos enim *Benedictus Arias Montanus*, primus ampliſsimæ Bibliothecæ Præfectus, ejuſque diſcipulus ac ſucceſſor *P. Josephus de Siguenza*, Ordinis Hieronymiani Sodalis, & *David Colvillus Scotus* ejuſmodi Catalogos contexuerunt, ii profectò ſuis incluſi pluteis latuere manu ſcripti, ac teterrimo illo, quod eandem Bibliothecam anno MDCLXXI. vaſtavit, incendio penitùs interiêre. Leves tantummodò extant aliquot librorum notitiæ, ab eodem ſcilicet *Aria Montano*, & *Davide Colvillo* in ipſis libris exaratæ. Nullos itaque conſtat Arabicorum codicum Catalogos, ſive Indices MSS. in Eſcurialenſi Bibliotheca ſupereſſe, præter duos in unum volumen formâ folii coactos, quorum alter Arabico-Latinus codices DLXXVIII. Latinus tantùm alter CCCCXIX. recenſet; ſed uterque, præſertim hic, quam nudè, quàm aridè! Quid verò typis excuſos? Non alium equidem in vulgus emanaſſe arbitror, niſi quem *Joannes Henricus Hottingerus* in *Promptuarii*, ſive *Bibliothecæ Orientalis Appendice* vulgavit, à Licenciato *Castillo* die XVI. Auguſti, anno MDLXXXIII. confectum: qui ducentos ſexaginta unum, haud ampliùs, codices complectitur, quippe multis locis igne, ut ibidem annotatur, abſumptus. At is eodem prorsùs vitio laborat ac duo illi proximè commemorati.

Igitur mihi in tanta præſidiorum inopia, in hac mea ingenii & facultatis egeſtate ardua profectò res obtigit, provinciam penè intactam ſubigere, litteratorum omnium gentium explere vota, ſuffragia promereri. Tandiu inviſos, tam altè reconditos Arabum theſauros quaſi effodere, è tenebris educere, aptè atque eleganter collocare, eruditorum oculis, excuſſo pulvere, deterſa ærugine, inducto nitore, palam oſten-



ten-

tendere quàm immenſus labor, quantæ aleæ, quanti diſcriminis negotium! Deficiebat, vel proſpecta operis mole, animus; ſed deficientem erexit hinc publicæ utilitatis ſtudium, hinc privatæ laudis cupido; nunc amicorum deſideria & conſilia, nunc monita atque adhortamenta ſuperiorum accenderunt. Animos tandem afflavit, vires, ingenium, induſtriam, doctrinam addidit FERDINANDI, Clementiſsimi Regis, ad Litterarum ſplendorem, ad Hiſpanæ gentis ſalutem & ornamentum, ad humani generis delicias & venerationem nati favor ac patrocinium; meque ad Bibliothecam Arabico-Hispanam ea, quam mox aperiemus, ratione alacriter aggrediendam, perficiendamque omnino impulit.

Ineunte quidem anno MDCCXLVIII. Rmi. Patris *Francisci de Ravago*, Regis Catholici tunc imperantis à ſacris Confeſsionibus, Regiæque Bibliothecæ Moderatoris, mei quondam Romæ in Theologicis Magiſtri ſapientiſsimi, beneficentia & patrocinio fretus, Matritum veneram. Nec mea me deluſit fiducia, quippe qui non multo poſt in eandem fuerim Bibliothecam ejus operâ cooptatus, eo videlicet conſilio, ut ad Arabica ſtudia totus incumberem, atque ita Regii linguarum Orientalium Interpretis munus aliquando poſſem obtinere. Quod quum, *D. Andrea de Sancto Joanne* demortuo, vacaſſet, nobis tandem anno MDCCLV. feliciter obtigit indulgentiſsimi Principis conceſſu: unà ſuffragantibus tùm Illmo. *D. Emmanuele Quintano & Bonifaz*, Summo Fidei Quæſitore, illius à ſacris Confeſsionibus, ac Regiæ Bibliothecæ Moderatore, tùm Exmo. *D. Ricardo Vvallio*, Regio à ſanctioribus Statûs commentariis Adminiſtro.

Anno poſtmodum MDCCXLIX. cum ſupra laudatus Rmus. Pater *Franciscus de Ravago* univerſæ rei litterariæ, præſertim Hiſpanicæ, emolumento ac decori maximo futurum exiſtimaſſet ingentem Arabicorum omnigenæ diſciplinæ Codicum vim in Regia *Laurentiani*, ſive *Eſcurialenſis* Monaſterii Bibliotheca reconditam explorari, excuti, eorumque Indicem quàm accuratiſsimum confici atque in doctorum hominum manus dari; re cum *D. Blaſio Antonio Naſſarre*, tunc Regiæ Matritenſis Bibliothecæ Præfecto, communicatâ, mihi ad Monaſterium illud ejus negotii gratiâ, abjectâ omni cunctatione, proficiſcendum ſtatuit. Regiis itaque inſtructus codicillis, illuc confeſtim, eodem comitante *D. Blaſio*, contendi. A religioſiſsimis atque humaniſsimis Patribus liberaliter, ho-

honorificè, lautè exceptus habituſque, menſes ibi aliquot evolvendis, inſpiciendiſque diligenter codicibus, tùm ſchedis quæ ſingulorum titulos ac notitias complecterentur, perſcribendis omnino conſumſi.

Verùm quò ſubtiliùs, accuratiùs, pleniùs omnia perficerentur, nempe ut ipſæ Arabicæ auctoritates & archetypa teſtimonia ad ſcriptoris cujuſque patriam, genus, conditionem, inſtitutum, ætatem, opera, aliaque id genus pertinentia in promptu & quaſi ad manum eſſent; eaque, ubi res, locuſve poſtularet, fideliter allegarem & ad verbum etiam exprimerem, repetenda prorsùs erat litteraria in Eſcurialenſe Monaſterium expeditio.

Intereà *D. Blaſius Antonius Naſſarre* deceſsit, ejuſque in locum ſuffectus *D. Joannes de Santander*. Is poſt elapſum ferè biennium, anno ſcilicet MDCCLII. menſe Majo, opus tot nominibus utile, præclarum, immortale ægrè ferens intermiſſum, idque ſtrenuè perſequendum, imò ab integro aggrediendum ratus, novam mihi eòdem peregrinationem ſuſcipiendam cenſuit. Quò verò certiùs res ad exitum procederet, permiſſu Regis impetrato, & mandatis omnem operis concinnandi rationem tradentibus, & litteris ad *R.P. Blaſium de Arganda*, Cœnobii Eſcurialenſis Antiſtitem, nunc Segobricenſis Eccleſiæ Epiſcopum, datis inſtructum me, ac præthereà *D. Emmanuele Martinez Pingarron*, Regiæ Bibliothecæ Cuſtode, adjuncto comite, ornatum dimiſit.

Illuc igitur vix dum reverſus, has primùm muneris noſtri partes adimplendas exiſtimavi: eoſdem nimirum, quos anteà exploraveram, codices ad examen revocare, novâque adhibitâ diligentiâ, ſcrupuloſiùs expendere, atque ita expenſos in ordinem & claſſes digerere, ſua cuique libro, ut inveniri facilè poſſet, adſcriptâ foris numeri notâ. Totum me deinde tradidi excerpendis undequaque rebus ad Arabicam litteraturam, eruditionem, diſciplinam aptiſsimis. Quibus in adverſaria & copioſè & accuratè relatis; delectiſque præthereà ex eadem Bibliotheca duodecim codicibus, quos ad propoſitum meum illuſtrandum maximè facturos intellexeram, iiſque inde non ſine Regia facultate depromtis, poſt unius ferè anni ſpatium aſsiduo labori impenſum, Matritum redii Arabica meſſe gravidus, atque ut Virgilianum verbum uſurpem, *ſpoliis Orientis onuſtus.*

His quidem opibus, his adjumentis præſidiiſque anno MDCCLIII. Bibliothecæ Arabico-Hispanæ manum admovimus, accedente Regis Optimi Maximi ampliſsimo Decreto, ut ea ſcilicet in commune rei litterariæ bonum atque ornamentum, quàm accuratiſsimè ac luculentiſſimè fieri poſſet, typis non modò Latinis, ſed etiam Arabicis (opus apud Hiſpanos intentatum) ederetur, pecuniis ſimul ad impenſas editionis ſubminiſtrari juſsis: quas Vir Excellentiſsimus *Marchio de la Ensenada* ſummâ animi alacritate præbuit, non minùs quippe gaudens, pro ſuo Diſciplinas omnes fovendi ac propagandi ſtudio, Ærarium Minervæ, quàm Neptuno reſerare.

Jam verò priuſquam noſtri pateat inſtituti ratio, neque abs rei argumento, neque à lectoris cupiditate alienum ſanè videtur aſsignari quantus olim penès Bibliothecam Eſcurialenſem adhuc integram Arabicorum Codicum numerus fuerit; quantus poſt incenſam hodiernum uſque in diem extet.

Ac primùm quidem cum magnificentiſsimi ac toto orbe Chriſtiano celeberrimi Cœnobii ſplendidiſsimus ille, idemque ſapientiſsimus conditor, PHILIPPUS II. ad omnis diſciplinæ, omnis linguæ librorum Bibliothecam, qua illud ornatum voluit, magnopere locupletandam, Arabicarum etiam litterarum gazas pertinere cenſuiſſet, inter cæteros ejus auctoritate, conſilio, cura undique conquiſitos, illati ſunt cùm *Benedicti Ariæ Montani*, tùm *Didaci Hurtado de Mendoza* (a) codices Arabici, quorum, ut patent domini, ita numerus latet.

PHILIPPUS deinde III. Arabicorum voluminum ampliùs tria millia Medicinam, Philoſophiam, Politicen, Alcorani explanationem pertractantium in eandem Bibliothecam inferri juſsit, quæ Præfectus *Petrus de Lara* expugnatis captiſque anno MDCXI. non longè à *Salæ* portu duabus navibus quæ *Zeidani*, Marochinorum Regis, vaſa tranſvehebant, inter cæteras Regiæ ſupellectilis manubias, prædam ſanè pretioſiſsimam, invenerat. (b)

Verùm hæc volumina, ex quibus theſaurum Arabicum Eſcurialenſem

(a) Ita P. Josephus de Siguenza in *Chronici Ordinis Hieronymiani* vol.III.lib. IV.pag. 773. col. 2.

(b) Rem tradit Ægidius Gonzalez Davila in libro qui inſcribitur *Teatro de las Grandezas de la Villa de Madrid*, pag. 68. col. 2. ac paulò fuſiùs in opere MS. *Hiſtoria de la vida, y hechos del Rey D. Phelipe III.* quod in Regia Bibliotheca Matritenſi aſſervatur ineditum, cap. XLVIII. cujus ſumma: *De las hazañas que ſe hicieron por la mar en eſte año de* 1611. his nimirum verbis: *El Gobernador Pedro de Lara*

ſem præcipuè conſtitiſſe credimus, pleraque flammis abſumta quum die VII. menſis Junii, anno MDCLXXI. rei litterariæ longè funeſtiſsimo, *Laurentiani* Monaſterii ſuperiora exarſere; adeóque ſuperioris Bibliothecæ, quæ tota ex codicibus MSS. erat, librorum pars maxima deflagravit (c). Unde factum ut eo ex incendio mille octingenti quinque admodùm codices Arabici, ſi nonnullos Syriacè, Perſicè, Turcicè conſcriptos, atque etiam Latinè ex Arabico translatos, aut excerptos accenſeas, ſoſpites evaſerint: quos quidem, ne in tenebris, poſtquam effugerint flammas, diutiùs perlateant, propoſitum nobis eſt hujus Catalogi operâ in lucem evocare.

Indicato igitur Codicum numero, quis operis ordo, quæ diſtributio: quid in codicum lectione, caſtigatione, interpretatione ſtudii ac laboris poſitum: quæ in ipſis deſignandis, recenſendis, enucleandis ratio obſervata: quàm multis in omni diſciplinarum genere ſcriptoribus floruerit Arabum natio: quænam horum ſcripta in hac Laurentiana Bibliotheca præ cæteris emineant: quid ad hujus Catalogi lumen, copiam, ornatum, commendationem ſit à nobis collatum: poſtremò quæ ſuaſerint eam quam ipſi præfiximus inſcriptionem, aperiamus.

In primis librorum indigeſtam, inconditam, ac fortuitò coacervatam multitudinem, inſpectis titulis, exploratis argumentis, in varias Diſciplinarum claſſes, prout in optimis Catalogis uſitatum, quoad fieri licuit

*ra, corriendo el mar de Berberia, llegò junto à Salè, y encontrò con dos navios en que iba la recamara del Rey Zidan de Marruecos; y haviendo peleado con ellos, los rindiò. Hallò entre otras coſas precioſas mas de tres mil cuerpos de libros en lengua Arabe, de Medicina, Philoſophia, y buen gobierno, iluminados y eſcritos con gran coſta (vilos antes que ſe llevaſſen al Eſcorial); y el Zidan tuvo eſta perdida por la mayor, y ofreciò al Rey por ſu reſcate grande ſuma, en cantidad de ſetenta mil ducados. La reſpueſta fue entregaſſe todos los eſclavos Chriſtianos que ſe hallaſſen en ſu Reyno, y con eſſo reſcatarían los Libros. El Moro venía en ello, ſi las guerras civiles que trahía con un Morabito, y con ſu ſobrino Muley Xeque, dieran lugar à eſte intento. Y viendo nueſtro Catholico Rey que el ſuyo no llegaba haſta cumplir ſu deſeo, mandò llevar la librería al Convento Real de San Lorenzo el del Eſcorial.*

Eadem ferè narrat BARNABAS VIVANCO in ejuſdem *Philippi III.* Regis Hiſtoriæ volumine I. lib. IV. fol. 383. quam & Hiſpanè conſcriptam, & ineditam pariter habet proximè laudata Bibliotheca Matritenſis. Eadem quoque, licet paucis, refert BALTASSAR PORREÑO cap. XV. ejus Libri qui prodiit inſcriptus *Dichos y Hechos del Señor Rey D. Phelipe III. el Bueno.* Poſtremò inſignem ejuſmodi prædam P. FRANCISCUS DE LOS SANTOS in *Hiſtoriæ Ordinis Hieronymiani* Parte IV. libro II. cap. 5. ſatis copioſè memorat; ſtrictim verò in ſua *Eſcurialenſis Monaſterii Deſcriptione.* At de voluminum numero varium ipſum mireris, ſibique diſcrepantem auctorem; quippe qui in ſupra dicto Hiſtoriæ loco aſsignet quatuor propè millia (*cerca de quatro mil cuerpos de libros Arabigos*); in laudata verò Deſcriptione anno MDCLXVII. Matriti editâ, fol. 110. averſo ampliùs tria millia (*mas de tres mil libros Arabigos*); in eadem denique Deſcriptione, quæ ibidem anno MDCLXXXI. locupletior exiit, fol. 90. tria millia (*tres mil libros Arabigos*) tantùm adſcribat.

De navalis autem Expugnatoris nomine (quod gravioris momenti videtur) non minùs idem à ſe ipſe diſſentit, modò eum in allegata Hiſtoria *Petrum de Lara*, modò in Deſcriptionis utraque editione *Ludovicum Faxardo* vocitans; tametſi illum, non hunc ſplendidiſsimâ illâ ingeniorum prædâ compotem fuiſſe omnes inter ſe ſcriptores planè conſentiunt.

(c) Videſis P. FRANCISCUM DE LOS SANTOS in *Hiſtoriæ Ordinis Hieronymiani* Parte IV. lib. II. cap. 34. 35. & 36. Eſcurialenſis Cœnobii deflagrationem & uberiùs & accuratiùs enarrantem.

cuit, digeſsimus, voluminum ſerie perpetuis numerorum notis connexâ. Cum autem univerſum opus in molem ſanè improbam excreſceret, placuit in Tomos diſtribui duos, quorum prior Codices ad *Grammaticam, Rhetoricam, Poeſim, Philologiam* & *Miſcellanea, Lexica, Philoſophiam, Politicen, Medicinam, Hiſtoriam Naturalem, Juriſprudentiam*, ac *Theologiam* pertinentes complectitur; poſterior *Geographicos* tantùm & *Hiſtocos*, quippe ſeorſim aptiùs uberiúſque pertractandos, continet.

Quod verò ad præcipuam laboris noſtri partem ſpectat, ut rem candidè ac citra laudis ambitionem profiteamur; nemo profectò, nemo ſtudiorum hujuſmodi expertus, non intelligat quantùm nobis eluctandum inſudandumque fuerit, ſive in codicibus aliquot partim mutilis, partim ſemiuſtis, partim madore putrefactis, ſive in ipſis integris, ubi nullus, ut plurimum, rerum index, nulla capitum ſumma (ſolemne Arabicis ſcriptis vitium) occurrit, explorandis enucleandiſque; ſive in expedienda multiplici, ambigua, intricata ſcribendi forma; ſive in litteris vetuſtate ipſa caducis atque aciem fugientibus perſpiciendis. Adde vocales paſsim deficientes, puncta diacritica per librariorum aut inſcitiam, aut incuriam ſæpiùs omiſſa, vel male præfixa. Adde mendoſa vocabula, decurtatas ſententias, corruptas, vel dubiè exaratas, vel omnino præteritas numerorum notas, aliaque id genus ſcripturæ vitia quæ legendi atque intelligendi negotium quàm difficillimum effecere: adeò ut vatem potiùs quàm lectorem & interpretem non ſemel agere ſim coactus.

Ad occurrendum hujuſmodi vitiis, & cæteros, qui contextum Arabicum paſsim intricabant, nodos expediendos, non omnem modò ſolertiam atque induſtriam, ſed &, ubi res poſtulabat, integriora ſincerioraque adhibuimus exemplaria. Quòd ſi hæc non ſuppeterent, aut totus, vel pleruſque Codex, germani ſensûs eliciendi causâ, perlegendus fuit; aut optimus quiſque Arabicus de iiſdem rebus ſcriptor, nequid inconſultò fieret, in conſilium advocandus.

Pari ſtudio, diligentia, fide concinnata nobis eſt Latina ex Arabico interpretatio. Hæc interdum ad verbum, interdum ad ſententiam; modò preſsior, modò fuſior, ex utriuſque linguæ vi ac proprietate: alterâ alteri ita commodè aptatâ, ut Arabum hominem Romana non dedeceret toga. Quo quid operoſius? Ita enim gentis ejus ſermo peregrinis atque

que inuſitatis abundat translationibus, proverbiis, ſententiis, loquendi formis; ita ipſorum hominum moribus, inſtitutiſque conſonat, ut quæ ab iis dicuntur eleganter & ornatè, eadem Latinis, ſive Europæis illepidè ac ſordidè prorsùs dicta videantur. Hinc ſanè tot ineptas, tot barbaras id genus ſcriptorum interpretationes aut derideas, aut perhorreſcas. Accedit propria vocabula ab appellativis internoſcendi negotium. Hæc autem ſive hominum, puta Regum, Principum, Magiſtratuum, nobilium Scriptorum, ſive Locorum, quæ apud Europæos vel mutila, vel corrupta, vel alienis planè nominibus expreſſa circumferuntur, in priſtinum patriumque ſonum aſſerenda præcipuè curavimus. Exemplo ſint hæc ad Hiſpanicam Geographiam ſpectantia: القبذاق *Alcabzac*, vulgò *Alcaudete*: شلوبنية *Schalubaniat*, hodie *Salobreña*: المنكب *Almankab*, id eſt *Almuñecar*: قيجاطة *Kigiatha*, quod nunc *Queſadà*: البش *Albaſch*, ſcilicet *Helvas*: حصن الزهر *Hoſnalzahr*, nimirum *Peñaflor*: قلعة حماد *Calathamad*, vernaculo ſermone *Alamedilla*. فحص البلوط *Tahſalballuth*, nempe *Llano de las Bellotas*: غزوة عقاب *Prælium Acab*, illud videlicet ab Hiſpanis *La batalla de las Navas* vulgatiſsimo nomine vocitatum. In omni denique vocabulorum genere Latinè reddendo, Latinam inflexionem nunc ambiguitatis, nunc aſperioris ſoni declinandi causâ, non infrequenter uſurpamus. Litteras autem in ſcribendo ſemper adhibemus Europæas Orientalibus quàm proximè cognatas, hoc modo: litteram ث exprimunt TH, quibus planè conſentit Hiſpanicum C: litteram ح repræſentat H: litteræ خ vicem gerunt KH, quibus conſonat Hiſpanicum J: litteras ذ & ظ exhibent DH: litteræ ش ſonum reddunt SCH, qualem Itali per SC proferre ſolent: litteram ك deſignat K; litteram verò ق hæc ſyllaba CA, graviſsimâ nimirum cum aſpiratione. In cæteris nihil difficultatis, aut offendiculi.

Jam verò ad ipſos Codices & opera iis contenta progrediamur. Suâ codex quiſque numeri notâ, ut ſupra dictum, de more deſignatur. Cujuſque modus, litterarum forma, conditio, habitus; locus etiam, annus, menſis, dies, & ipſa nonnunquam hora qua fuerit exaratus; Librarii præterea, ſive Exſcriptoris nomen & patria; tum Bibliotheca cujus olim fuerit, & ſiqua alia ſcitu digna, quàm accuratiſsimè referuntur. Materiæ, niſi membraneus ſit codex, nulla mentio; cæteros bombycinos

ac

ac maximam partem chartaceos eſſe colligas. Foliorum numerus, niſi ubi jam libris ipſis, quod rarò evenit, adſcriptus occurrit, nuſquam à nobis indicatus; id enim ut præſtari ubique poſſet, quantus ex tot foliorum millibus ſuo numero ſignandis labor, quantum diſpendium temporis, quanta etiam huic Bibliothecæ mora! Itaque prætermiſsâ ejuſmodi numeratione, quoties unus idemque codex plura ſive unius, ſive multorum ſcripta complectitur; ea ſuis numeris, qui eorum ſcilicet inter ſe ordinem oſtendant, placuit diſtinguere. Singulorum autem Operum tituli, Auctorum nomina, agnomina, cognomina tùm Arabicè, tùm Latinè ſemper, quoad fieri potuit, expreſſa. Horum perinde patrias, origines, genera, religiones, inſtituta, ingenia, ſtudia, conditiones, munera, dignitates enarrare: quo ſæculo, quo principe quiſque floruerit: quo tempore opus incœperit, quandiu elaborarit, quando perfecerit: ubi vitam degerit, finieritve: quoto Egiræ natus ſit anno, quoto vitâ functus, prout etiam licuit, ſignificare ſtuduimus. Adjuncta plerumque de Scriptore ſcriptiſque publica opinio, fama, exiſtimatio; interdum etiam Doctorum Mahometanorum, & Arabicarum Academiarum ſuffragia ac cenſuræ. Quibus omnibus, quò major & auctoritas & fides accederet, non ſemel ſubnexuimus ſive Librariorum, ſive etiam Auctorum idiographas ſubſcriptiones, tùm horum Vitas, operumque Indices, aliaque idonea de illis teſtimonia è locupletiſsimis Arabum monumentis, præſertim Bibliothecis, petita: quæ ſubtiliùs deinde perſequemur. Atque hoc loco pium lectorem præmonitum volumus, quoties de Mahometani cujuſpiam hominis morum integritate, vitæ innocentia, ſive ſanctimonia loquimur, nihil nos ex noſtrâ (quod abſit) ſententiâ, ſed ex ſuperſtitioſæ gentis opinione, aut illius apud populares ſuos famâ, aut impiæ Sectæ placitis atque inſtitutis, hiſtorico tantùm more, tradere ac referre. Idem prorsùs à Nobis factum in quibuſcunque ad rem Theologicam à quovis ejuſdem Sectæ ſcriptore tractatam pertinentibus. Nuſquam præterea noſtram de iis vel cenſuram, vel ſententiam, vel opinionem duximus interponendam, omnia ſcilicet ſupremo S. Eccleſiæ judicio, ac Judicum harum rerum cognitioni præfectorum decretis (ut par eſt) omnino permittentes.

Totâ hac noſtrâ operâ ac labore excolendus, quàm felix ager obti-

tigit, quàm Minervæ grata ſecundùm Atticam tellus! Arabia nimirum, inclyta illa Diſciplinarum, ſeneſcente jam Græciâ, mendicantium altrix, eadem Aſiæ, Africæ, Europæ ipſius olim magiſtra. Quis enim neſciat Arabas, prolato longè latéque armis imperio, animos ad amplectenda propagandaque Litterarum ſtudia ita alacriter adjunxiſſe, ut pluſne harum umbrâ, an illorum fulgore claruerint planè ſit ambiguum. Hinc illi jam inde à primo Egiræ ſæculo *Grammaticas Inſtitutiones*, quibus Arabica lingua ad illud temporis caruiſſe fertur, conſcribere, evulgare; non multò poſt ad majorem ejus cultum ornatumque Academias cùm *Baſrenſem*, tùm *Cuphienſem* condere, unde tot inſignes prodière Grammatici: quorum omnium *Saibuiah* in *Aſsyria*; *Algiorgiani* & *Alzamkhaschri* in *Perſia*; *Ebn Alhageb*, *Ebn Hescham* in *Ægypto*; *Agrumi* in *Africa*; *Ebn Malek* in *Hiſpania* principes jure ac meritò prædicantur. Horum quot eximia opera, quot aliorum etiam excellentium Grammaticorum ad eadem Notæ, Explanationes, Commentarii in huncce noſtrum Catalogum confluxere!

Nec pauciores exhibet Arabicus ſermo *Rhetoras*, ſive *Oratores*, ac *Poetas*, Græcis Latiniſque ſicut numero, ita ratione, vi, copia, ſplendore dicendi; ita carminum inventione, artificio, acumine, elegantia, ubertate, magnificentia non impares.

E *Rhetoribus Oratoribuſque* præcipuos cenſeas *Alsokaki* & *Alhariri*, illum in tradendis Rhetoricæ præceptis alterum apud Arabas *Quintilianum*; hunc in copiosè atque ornatè eloquendo *Tullium* alterum: è *Poetis*, quorum innumerabilis penè multitudo, *Almotanabbi*, *Abu Nauas*, *Abu Tamam*, *Althograi*, *Khalil Ben Abik*, *Ben Mokanes*, *Ben Zaidun*: omnes quidem eo pretio, ea celebritate nominis, ut Scholiaſtas Enarratoreſque & frequentes & laudatiſsimos invenerint. Hiſpanos utroque ſcribendi genere nobiles cùm noſtra hæc Bibliotheca multos continet, tùm plures aliæ eàdem incluſæ alios memorant longè plurimos.

Neque *Epiſtolarum*, aut *De conſcribendis Epiſtolis* Auctores deſideres. Ex iis occurrunt hìc potiſsimi *Ebn Hatlab*, *Mohamad Abulhassan Albekri*, *Ahmad Ben Mohamad*.

Adde *Fabularum*, ſive *Apologorum* Artifices, quorum vetuſtiſsimus

mus idemque celeberrimus *Locmanus* fuiſſe traditur. Horum nonnullos, puta *Ebn Alhabarat*, *Omar Ben Abdalla Alrazi*, *Ben Arabscah*, hoc Catalogo recenſemus.

Quibus meritò adjunxeris qui *Proverbia*, *Sententias*, *Apophthegmata* vel excerpere, vel colligere ſtuduerunt, ut *Abulphadhl Ahmad*, *Abdelcassem* & alii, quos ibidem invenias.

Taceo (intercludit enim vocem multiplex operum turba) Dialogos, Confabulationes, Satyras, Scenicas Actiones Luſuſve, Ænigmatum explanationes, fictos Amatorum Caſus, variarum rerum Deſcriptiones ſcitas eleganteſque, ac cæteras demum Philologiæ amœnitates & delicias. In quibus omnibus ſive ſoluta, ſive ſtricta oratione compoſitis, multa, præter ſermonis Arabici veneres, vel ad excolendum ingenium, vel ad animum oblectandum appoſita; multa, præſertim in Fabulis, Proverbiis, Sententiis, Apophthegmatis, cùm ad Moralem, tùm ad Civilem diſciplinam commendatiſsima.

Quid *Lexica* memorem, quò Linguæ omnium profectò locupletiſsimæ, nec minùs Doctrinarum quàm Terrarum orbem pervagatæ, divitias ſummo undique ſtudio perquiſitas congeſſerunt viri non modò rei Grammaticæ, ſed & cunctarum Artium ac Scientiarum cognitione præſtantes: in iis *Algiauhari*, *Alphiruzabadi*, *Alzamkhaschri*, *Alzahri*, *Ebn Phares*, *Ebn Auas*, *Ebn Alathir*, *Alharabi*, *Ebn Cathiba*, *Ahmad Alphaiumi*, *Althalebi*, *Ebn Salam*, *Abu Musa Cæſarauguſtanus*; atque ille ante alios longè eruditiſsimus idemque laborioſiſsimus *Ebn Seira*, etiam *Hiſpanus*, cujus ampliſsimi *Lexici* in XXIV. libros diſtributi decimus ſextus tantùm ac decimus ſeptimus extant inter Codices Eſcurialenſes: in quo Lexico non modò verborum ille ſignificatus aperit, uſus annotat, origines inveſtigat, ſed rerum penè univerſarum naturas ac proprietates fusè doctéque pertractat.

Arabum poſteà ingenia cupiditas ſciendi vehementior ad nobiliores reconditioreſque Diſciplinas, *Philoſophiam* videlicet, *Matheſim*, *Medicinam*, *Hiſtoriam Naturalem*, perdiſcendas exacuit. Has ita *Haruni*, *Almansoris*, *Almaimonis* Principum iis mirificè faventium præſidio adjuti, excolere & comparare omni ope adniſi ſunt, præſertim conquiſitis undique Græcorum, Syrorum, Perſarum, Ægyptiorum, Indorum li-

libris, atque in patrium ſermonem quàm avidiſsimè translatis : adeò ut è Græcis (omitto cæteros) ferè neminem aut Philoſophum, aut Mathematicum, aut Medicum audires non Arabico vel interprete loquentem, vel explanatore clariùs copioſiúſque diſſerentem. Quo factum ut multa præclara Græcæ gentis ſcripta, quæ nec Græcè, nec Latinè omnino extant, ad noſtram uſque ætatem, Arabica litteratura quaſi cuſtode, pervenerint. Teſtes inſtar omnium, *Apollonii Pergæi Conicorum* libri quintus, ſextus & ſeptimus, à noſtrate *Abrahamo Ecchellensi* è Mediceo codice Arabico Latinè verſi ac primùm luce donati : teſtes, ut recentiſsimi, ita longè ante alios locupletiſsimi, *Galeni Commentarii* ſecundus, tertius, quartus & Sextus in *Hippocratis Epidemiorum* librum ſecundum ; ſeptimus verò & octavus in ejuſdem *Epidemiorum* ſextum : quos quidem totâ Græcia, toto Latio adhuc fruſtra quæſitos, tandem Eſcurialenſis Bibliotheca, nobis ejus Codices perſcrutantibus, inventos & ſibi & Orbi peræquè gratulatur.

Omnibus porrò id genus Diſciplinis præſtantium quanta hìc Auctorum copia! Quàm multos aut ingenii ſubtilitate, aut mentis altitudine, aut ſermonis nitore & affluentia præclaros earundem Interpretes reperire eſt!

Eminet inter cæteros in *Philoſophicis* *Ebn Bageh*, vulgò *Aven Pace*, vir non apud Orientales ſolùm, ſed etiam Europæos ob egregium acumen multiplicemque doctrinam celebratiſsimus : ad quem proximè accedunt *Athireddinus Abharita*, *Alkuangi*, *Alcuschagi*, *Alpharabius*, *Nassereddinus Thusæus*, *Ebn Alkhathib* ; tùm *Ebn Roschd*, vulgò *Averroes*, *Cordubenſis*, *Abulsalat* *Hiſpalenſis*, aliique Hiſpani.

In *Mathematicis* elucent exteri *Albategnus*, *Alchindus*, *Thabet Ben Corrah*, *Ebn Junes*, *Mohamad Ben Musa*, aliique plurimi ; Hiſpani verò *Ebn Albanna Granatenſis* ; *Abu Zaid Cordubenſis*, *Ben Badr Hiſpalenſis*, omnes in Arithmetica, præſertim *Algebra*, præclariſsimè verſati ; *Ebn Algiab*, etiam *Hiſpalenſis*, Geometra præſtantiſsimus ; item Aſtronomiæ ſcientiſsimi *Abi Schaker Granatenſis*, *Giaber Ben Aphlah Hiſpalenſis*, *Molesma Ben Ahmad Abulcassem Mageritenſis*, ſive *Matritenſis* ; *Alzarcallus Cordubenſis*, cùm Tabularum Aſtonomicarum confectione, tùm Inſtrumento illo ad obſervandos ſiderum motus appoſitiſsimo, cui nomen

ab auctore *Zarcallicum*, invento longè nobiliſsimus; & reliqui quos longum ſit referre.

Quod ad *Medicinam* attinet, non minùs in ea quàm in *Matheſi* deſudavit Arabum induſtria. Nam præter Scriptores Græcos *Hippocratem* & *Galenum*, quorum multa hîc habentur opera ex Arabica translatione *Honaini Isaaci Filii*, omnium Interpretum facilè principis, *Dioscoridem* & *Alexandrum Aphrodiſienſem* ab aliis verſos: præter vel gente, vel diſciplina, vel ſermone Arabas *Joannem Filium Mesue*, *Joannem Serapionis Filium*, *Avicennam*, *Averroem*, *Rasim*, vulgatiſsima apud Europæos nomina, plures occurrunt minùs apud eoſdem noti, quales *Abdalla Abilpharagius Aſſyrius*, *Ali Ben Alabbas Perſa*, *Mohamad Ben Massud*, & *Abulcassem Abderhaman*, ambo etiam *Perſæ*, ille *Galeni*, hic ejuſdem & *Hippocratis* explanator; *Ebn Alnaphis*, *Abu Mohamad Daud*, aliique plures ſive Auctores, ſive Scholiaſtæ.

Hiſpanos autem, extra laudatum ſupra *Averroem*, invenias *Abu Maruam Ben Zohar*, *Ebn Alhozar*, *Isaacum Ben Harun Schelmon*; item *Ebn Haphedi Valentinum*, *Garibai Ben Said*, *Mohamad Algapheki*, *Abu Zachariam*, *Jahia* & *Moysem Maimonidem*, genere *Judæum*, omnes nempe *Cordubenſes*. Inter cætera verò hujus Diſciplinæ monumenta librum mireris ſingularem, qui *Regia Medicina practica Caſtellæ* inſcribitur, anonymi Scriptoris patriâ *Toletani*, religione Judæi, arte Medici, cujus operâ *Ferdinandum* Hiſpaniæ Regem, hujus nominis quartum, ardentiſsima febri laborantem conſtat potu gelidæ largo crebroque ſanitati reſtitutum: ac denique ampliſsimam illam, nec Hiſpano tantùm, ſed humano generi longè ſaluberrimam *Beitharis Malacitani*, Philoſophi ac Medici præclariſsimi, *Simplicium Medicamentorum Collectionem*, in qua, Hiſpaniam, Africam, Aſiam diuturnis eruditiſque peregrinationibus emenſus, non Herbarum modò, ſed Lapidum, Metallorum, Animantium naturas, vires uſuſque ad Medicinam pertinentes tùm adſcriptis pro varietate regionum ſuis cuique vocabulis, tùm ſervato litterarum ordine, ita ſubtiliter, enucleatè, copioſè perſequitur, ut *Dioscoridem*, *Galenum*, *Æginetam*, *Oribasium* inde caſtigari, illuſtrari, locupletari maximè liceat: opus ſanè tot nominibus vel Hiſpana, vel Latina interpretatione digniſsimum.

Quod

Quod ſi *Naturalis Hiſtoriæ* amœnitas invitet oculos; nec pauciores profectò, nec minùs induſtrios, gnavoſve mireris ejus inveſtigatores. Præſtò adeſt in Codicibus noſtris ſpecimen, exiguis quidem numero, at laude maximis. Ibi de *Animalibus* doctè fuséque diſſerentes ſtatim occurrent *Abu Othman Amru Ben Bahr Algiaheth* & *Ali Ben Mohamad Abilphath Muſelenſis*; de *Lapidibus* verò *pretioſis Abu Rihan Albiruni Perſa*, qui horum colores, pondera, pretia, dotes, vitia, ceteraſque proprietates obſervaturus, totam Indiam quadraginta annorum ſpatio peragraſſe traditur. Ibi de Hiſpanis prætermittere nefas duxerim ſupra laudatum *Almageriti*, ſive *Matritensem*, *Animalium generationis* arcana reſerantem; *Abu Mohamad Abdalla Cordubenſem* præbentem *Equeſtris Theatri* ſpectacula; *Isa Ben Ali Hassan Granatenſem* univerſa *Aucupii* & *Venationis* genera pertractantem. Quid demum ſi Ruſticæ Diſciplinæ antiſtes *Ebn Avam Hiſpalenſis* prodeat? cujus abſolutiſſimo de *Agricultura* Commentario quicquid optimi apud Chaldæos, Græcos, Africanos, Latinos, Arabo-Hiſpanos ejus ſcientiæ ſcriptores legitur, aſpicias omnino complexum, Hiſpanoque cœlo, ac ſolo quàm ſapientiſsimè accommodatum: adeò ut nihil hujus vel regionis, vel artis cultoribus accidere æquè fructuoſum poſsit, ac ſi Liber is transferri (quod annuente nobis otium Deo, aliquando futurum confidimus) more plantarum obtineat.

Suos quoque nacta eſt Arabum natio & *Geographiæ* & *Chronologiæ* & *Hiſtoriæ* Scriptores. Non defuere qui Terrarum ſitus, Regionum conditiones, Urbium formas, Populorum ingenia moreſque deſcripſerint: qui Temporum rationem, Rerum geſtarum ordinem tùm ex aſtronomicis obſervationibus, tùm ex celebrioribus epochis diligenter expedierint: qui ſive Imperii ac Religionis ſuæ origines proceſſuſque, ſive Regum, Ducum, Adminiſtrorum res domi foriſque geſtas, ſive Virorum aut doctrinâ, aut ſapientiâ præcellentium vitas atque ſcripta litterarum monumentis conſignarint: quod vel ex *Herbelotii Bibliotheca Orientali* cuivis apertum ac manifeſtum ſit.

At infeliciter ſanè accidit ut Codicum ad hujuſmodi ſcientias pertinentium numerus male reſpondeat aliorum, quæ de cæteris hìc ſuppetunt, voluminum copiæ: cujus penuriæ invidiam non immeritò re-

ge-

geras ignis voracitati. Nonnulli tamen extant qui paucitatem virtute redimant. Tales omnino cenſendi:

## IN GEOGRAPHICIS,

*Abi Ali Ben Alzeiat* Hiſpalenſis *Coſmographia.*

*Seraggedini Omar Ben Aluardi*, ſtudiis & domicilio Hiſpani, *Rerum mirabilium ac peregrinarum Theſaurus.*

*Abu Obaid* Cordubenſis *Ægypti atque Africæ*, præſertim *Mauritaniæ Deſcriptio.*

*Abu Mohamad Alabderitæ* Valentini, *Ben Rascid Ben Ahmad Alnauschrisi* Nebriſſenſis *Itineraria Africæ, Ægypti, Syriæ.*

Atque in primis *Zachariæ Ben Mohamad Mahmud Alcazuini* Perſæ opus longè celeberrimum, *Regionum Mirabilia* inſcriptum, idque in ſeptem climata diſtributum: in quo nobilis ille peregrinator, universâ ferè Africâ, Aſiâque perluſtratâ, Regionum, Inſularum, Oppidorum, Montium, Fluminum vocabula, ſitus, naturas non ornatè minùs quàm accuratè deſcribit: Incolarum etiam religiones, inſtituta, mores, reſpublicas, artificia, commercia luculentiùs enarrat: ad hæc rariores quaſque Stirpes, Herbas, Metalla, Gemmas, Foſsilia; tùm inſigniora & Europæis ignota Quadrupedum, Volucrum, Piſcium genera pari ſtudio perſequitur: nihil denique ſibi prætermittendum omnino duxit aut viſu dignum, aut ſcitu, aut memoratu. Quamobrem præſtantiſsimi operis confecta à nobis eſt Latina epitome, eo nimirum conſilio ut tam multiplicis doctrinæ theſaurus, Arabicæ linguæ inſcitiâ vulgò præcluſus, erudito cuique patefiat: quod ut planè conſequatur, typorum tantummodo beneficium expectat.

## IN CHRONOLOGICIS,

*Ebn Algiuzi Speculum temporum*; *Mohamad Ben Alsaieb Alkalbi* Cordubenſis *Chronologia priſcorum Arabum.*

## IN HISTORICIS.

*Abulpheda*, *Abu Abdalla Mohamad Ben Modharaph*, *Alnouairi Hiſtoriæ univerſalis* volumina.

*Abu Said Abdelmalek Ben Coraieb* & *Abi Nasser Ben Alvazir*, cognomento *Ben Macula*, Rerum factorumque memorabilium Indices in litterarum ordinem digeſti, quos vulgò *Dictionaria Hiſtorica* vocitamus.

*Abu Omar Mohamad Almotharazi* & *Abu Amru Joseph*, vulgò *Alnamari*, Cordubenſis, *Veterum Arabum Annales*; necnon *Almacrizi Hiſtoria Monetæ Arabicæ*: aureus profectò liber.

*De Calipharum rebus geſtis Mansor Ben Mohamad Ben Hazna*, *Takildinus Mohamad Ben Ali Alhassan*, ac prætereà *Abu Omar Ahmad Ben Mohamad Ben Abdrabboh Dhulnosbain*, uterque *Cordubenſis*.

*De Ægypto Ægyptique Regibus Mohamad Abilhassan Alexandrinus*, *Baktasch Altocati* & *Abilabbas Ahmed Ebn Abi Hagèla Africanus*.

*De rebus Perſicis Mansor Ben Alhassen Perſa*, interprete *Abilphath Isa Ben Ali*, ac celeberrimus *Mirkond*, ſed *Perſicè*.

*De Æthiopicis Mohamad Abilhassan Alexandrinus*; *Abulpharagius Ebn Algiozi*; *Assiuthæus*.

*De Africæ*, præſertim *Mauritaniæ*, Hiſtoria *Abdalla Ismael* & *Abu Mohamad Abdelhalin Granatenſis*.

*De Regum Hiſpaniæ*, nempe *Granatenſium*, *factis Abulhassen Ali Abi Mohamad Abdalla Malacitanus* & *Ahmad Alnuscharsi*; Regum verò *Badajoz*, ſive *Luſitaniæ*, *Abdelmalek Ben Badrun*, ac *Ben Abdun Abi Mohamad Abdelmagid Hiſpanus*; in primis autem vir omni diſciplinarum genere ſummus *Abu Abdalla Alkhatib Granatenſis*, Calipharum Regumque *Hiſpaniæ* & *Africæ* geſta quàm diligentiſsimè complexus.

Huc addere liceat Virorum aut natalium ac munerum ſplendore, aut æquitatis moderationiſque fama, aut civilium negotiorum prudentia, aut fortitudine ac militari gloria florentium Vitas; neque Virorum modò, ſed Equorum etiam & generoſo ſemine & bellica virtute nobilium atque ipſis cum Equitibus de laude certantium res geſtas commentariis illuſtratas: quorum nomina, habitus, animos, triumphos tùm

*Abu Abdalla Mohamad Ben Zaiad Cordubenſis*, tùm *Abulmonder Heſcham Ben Mohamad Alkalbi Valentinus* memoriâ quoque hominum ſempiternâ dignandos eſſe judicarunt.

Omitto bene multos de *Mahometi* Pſeudo-Prophetæ, de Conſanguineorum ejus Sociorumque rebus, de præcipuorum impiæ religionis Sectatorum factis Scriptores. Prætereo deſcriptiones *Meccani* Templi nonnullas, variaſque illuc peregrinationum enarrationes.

Ad *Hiſtoriam* verò *Litterariam* quod ſpectat, quanta hîc præſidia ornamentaque! Non de primis Artium Inventoribus commentarios deſideres, quippe quos hîc invenias ab *Alassakeri* concinnatos: non *Hiſtorica Scientiarum Dictionaria*, quale illud omnino eſt quod *Mohamad Abu Abdalla Granatenſis* elucubravit.

Quid Bibliothecas enumerem? quarum amplius triginta cùm Scriptorum Arabum Orientalium Africanorumque, tùm maximè Hiſpanorum, ab his ut plurimùm confectæ, hac noſtrâ continentur. In iis non infinitam modò videas recenſeri voluminum de omni Scientiarum genere multitudinem, ſed alias quoque laudari Bibliothecas quàm inſtructiſsimas; atque in primis ſe tibi legendum ſiſtere egregium ac ſingularem *Abi Bakeri Mohamad Ben Khair* Hiſpani Tractatum de *Septuaginta Bibliothecis per Hiſpaniæ urbes ad uſum publicum patentibus*. Quapropter in luctuoſiſsima illa, quam ſupra deflevimus & iterum atque iterum deflemus, librorum clade hoc ſolatii, hoc penè felicitatis interveniſſe dixerim, quod quandoquidem tot periere Codices, ii potiſsimùm ſuperfuerint, per quos aliorum vel hîc, vel alibi deperditorum, aut latentium tituli, argumenta, auctores innoteſcerent, qui cæteros omnes quaſi ſummatim complexi, Arabicæ induſtriæ ac doctrinæ monumenta prohibuerint penitùs intercidere; noſtræque adeò Bibliothecæ ornandæ, locupletandæ materiam multò ampliſsimam ſuppeditarint.

Reſtat demum de *Juriſprudentia* ac *Theologia*, Diſciplinis apud Arabas inter ſe connexis, utpote communi fundamento, id eſt *Alcorano*, inſiſtentibus, quas iidem & uberrimè & accuratiſsimè juxta pertractârunt. Sed enim cum Scripta ejuſmodi ad bonarum Artium rationem & ornamentum parumper, nihil verò ad Chriſtiani Orbis eruditionem, quippe ab hujus legibus, inſtitutis, ſacris omnino abhorrentia, pertineant;

neant; ſatis ſuperque fore duximus, ſi à nobis per tranſennam ſignificetur complures ac potiſsimos utriuſque Diſciplinæ & Auctores & Explanatores in hoc haberi Catalogo: multa horum libris contineri ad interiorem Mahometani Juris notitiam ejuſque Legum interpretationem, multa ad explicationem Alcorani (unde tota fluxit barbarica Theologia) nempe ad hujus originem, fidem, præcepta, traditiones, cæremonias enucleandas maximè idonea; quæ nulli tamen, niſi qui peregrina jura & aliena planè inſtituta curioſiùs inveſtiget, aut vaniſsimæ gentis ſuperſtitiones, fabulas, errores impugnare ſtudeat, eſſe poſsint adjumento.

Codices demum Theologicos *Mahometanos* excipiunt *Chriſtiani* aliquot, ſed levioris momenti, præter unum pro multis ſanè habendum ac Bibliothecæ inſtar, qui hac etiam in re theſaurum imitatur, quòd ubi nulla, vel minima ſuſpicio, inter diverſi nimirum plutei, ſermonis, argumenti libros nec opinatò ſit inventus à ſupra laudato *D. Emmanuele Martinez Pingarron*, dum aliis ego intereà pervolutandis excutiendiſque operam dabam. Is folii modo, in membranis, litteris Cuphicis pervetuſtis, anno ſiquidem Æræ Hiſpanicæ MLXXXVII. à Presbytero quodam *Vincentio* ad uſum Epiſcopi *Joannis Danielis* exaratus. Titulum in fine (non nihil enim foliorum initio deſideratur) hunc exhibet: *Collectio Sacrorum Canonum*, ad uſum videlicet Eccleſiæ *Hiſpanæ*, ut ex præmiſſo Epiſcopalium hujus Sedium ordine, aliiſque argumentis liquidò apparet. In libros verò X. diſtributus, Canonas Sententiaſque continet cùm ex Eccleſiæ Catholicæ Conciliis, tùm ex Summorum Pontificum Epiſtolis Decretalibus excerptas atque in Titulos & Capita quàm aptiſsimè digeſtas.

Quæ autem ad commendationem operis maximè conferunt, tria ſunt: Collectionem hujuſmodi aliam prorsùs eſſe à Conciliorum Collectione quam & *Æmilianenſis* ac *Vigilanus* Codices Eſcurialenſis Bibliothecæ, & *Placentinus* Matritenſis, aliique plures Gothicis litteris deſcripti vulgò complectuntur: deinde eam ipſam eſſe integrum illud Canonum corpus ad uſum Eccleſiæ Hiſpanæ, cujus nudum Indicem primis quidem typis Cardinalis *Aguirrius* *, ſecundis *Cajetanus Cennius* evulgavit: poſtremò nullum adhuc archetypon Latinum, unde translatio hæc Arabica, nullum Arabicæ translationis exemplar aliud uſpiam comparuiſſe.

E De

* Hunc laudatus Cardinalis in *Collectionis maximæ Conciliorum omnium Hiſpaniæ* Tom. II. pag. 1. & ſeqq. repræſentat hoc titulo inſcriptum: *Index Sacrorum Canonum & Conciliorum quibus Eccleſia, præſertim Hiſpana, regebatur ab ineunte ſexto ſæculo uſque ad initium octavi.*

De Codice, Bibliothecæ Eſcurialenſis maximo ornamento, Eccleſiæ Hiſpanæ monumento longè ſanctiſsimo ſilere religio fuit. Plura in Commentationis hujus priori Volumine *Num.* MDCXVIII. de ipſo diſſeruimus, pleniùs etiam olim accuratiúſque dicturi quum idem in Orbis Chriſtiani lucem prodibit, quam CAROLI Regis Optimi Maximi nunc feliciter imperantis & pietas & munificentia ſperare omnino jubent.

Hactenus expoſitâ, quam in deſignandis cujuſque Diſciplinæ Codicibus, in ſingulis Scriptoribus recenſendis Scriptiſque enarrandis adhibuimus, ratione, eorum item præcipuis in exemplum ac ſpecimen allatis; reliquum eſt ut quidquid ad hujus Bibliothecæ copiam & exornationem ſit à nobis præſtitum, pari diligentia atque ordine referatur.

Porrò id ante omnia præcaventi mihi, ne argumentum ſuâpte naturâ jejunum atque exſuccum, quales eſſe Librorum Indices vulgò ſolent, induſtriæ noſtræ culpâ magis exareſceret, neque pro floribus ac pomis nuda tantùm folia aridoſque cortices politiorum hominum oculis ac palato præberem, nihil antiquius fuit quàm ut ex ipſis Auctorum Arabum fontibus haurirem, adſcriptis plerumque Arabicis etiam verbis, quæcunque ad Artium & Scientiarum cognitionem, præſertim *Humanitatis*, *Geographiæ*, *Naturalis* ac *Civilis Hiſtoriæ*, *Doctorum Virorum*, *Inventorum memorabilium*, *Rei Litterariæ progreſſuum*, atque ad *Hiſpaniam* in primis pertinentium, conducere quovis modo poſſent.

Priori itaque Tomo hæc eum in finem interſerenda viſa ſunt:

*Alphabeti Arabici* Litterarum Interpretatio, auctore nimirum *Ben Nomari Hiſpano.*

De variis apud Arabes *Carminum* Generibus & Vocabulis.

Ex *Assiuthæi Excerptis* Exemplum *Arabici Poematii*, verborum præcipuè luſu, commendabilis.

*Arabicæ Poeſeos* Specimen & Pretium.

De priſcorum & recentiorum *Poetarum Arabum* Claſsibus, ex *Abi Baker Ben Abdelmalek* Opere cui titulus eſt *Humaniorum Litterarum Gemmæ & Poetarum Theſaurus.*

*Poetarum Hiſpanorum* Series, ex *Abu Bahr Sephuan* Libro qui *Viatoris Commeatus* inſcribitur.

Aliorum Poetarum perinde *Hiſpanorum* Indices, ſive Catalogi

tùm

tùm ex *Abdalla Ebn Alabar Alcodhai* Valentini *Hiſtoria Poetarum Hiſpanorum*, tùm ex *Alphath Alcaissi* Hiſpalenſis *Bibliotheca Virorum illuſtrium qui Poetices ſama in Hiſpania floruerunt.*

De *Ualadata*, *Mohamad* Regis Hiſpaniæ, *Almoſtakphi Billa* nuncupati, filia, inſigni Poetria, & formæ & ingenii laude celebratiſsima.

De *Ahmad Ben Abdrabboh* Cordubenſi, *Odarum*, ſive *Lyrici Carminis* Inventore, cæteriſque Poetis Hiſpanis qui hunc imitati, novum id carminis genus Arabas Orientales edocuere, ex *Mohamad Ben Assaker* Damaſceni Libro qui *Textus & Ordo Odarum* inſcribitur.

De *Joannis Leonis Africani* Genere & Scriptis, præſertim de Libello cui titulus: *Vitæ Philoſophorum Arabum*, ſive *De Viris quibuſdam apud Arabas illuſtribus.*

*Ebn Alkhathib* Philoſophi clariſsimi Vita & Operum Catalogus, ex Anonymi *Bibliotheca Philoſophorum.*

De *Porphyrii* Vita & Scriptis, ex eadem potiſsimùm *Bibliotheca.*

*Alpharabii* Vita & Scripta, ex eadem etiam *Bibliotheca.*

De variarum Regionum ac locorum *Orientalium* præcipuis fœtibus; atque in primis *Samarcandæ* Urbis Deſcriptio, cùm ex *Florilegio Ezzeddini Abdelaziz*, tùm ex *Alcazuino*, *Abulpheda*, *Jacuto* & aliis.

Illuſtrium ac ſapientum Arabum Sententiæ ſive morales, ſive politicæ: ſpecimen Operis adeſpoti, cui titulus *Præcepta Sapientiæ.*

De Urbe *Ramla*, vulgò *Rama.*

De *Hippocratis* Vita Scriptiſque, & in ea Commentariis, ex ſupra laudata *Bibliotheca Philoſophorum*, aliiſque; atque oblatâ hinc occaſione, de ejuſdem aliorumque Græcorum Scriptorum Verſionibus Arabicis adversùs *Theophraſtum Renaudotum.*

*Alexandri Aphrodisiensis* Ætas & Scripta, horumque Interpretationes tùm Syriacæ, tùm Arabicæ; necnon Interpretum Nomina, ex *Bibliotheca Philoſophorum.*

Notæ quædam inſignes Chronologicæ de obitu Regum aliquot *Hiſpaniæ*, ex Codice DCCXCIV.

*Galeni* Vita, ejuſque Operum & Interpretum Recenſio, ex *Bibliotheca Philoſophorum.*

*Rasis* Vita, ejuſque Operum Catalogus, ex eadem *Bibliotheca.*

*Avicennæ* Vita, ejuſque Scriptorum Index, ex eadem.

*Beitharis* Vita ex *Abulphedæ Hiſtoria univerſali* & *Joannis Leonis Africani* Libello *De Viris quibuſdam illuſtribus apud Arabes.*

Ejuſdem *Beitharis* Prologus Operis *De Medicamentis ſimplicibus.*

De *Ponderibus & Menſuris* in Aſia & Ægypto uſitatis, eorumque Nominibus, ex Anonymi Opuſculo.

*Dioscoridis* Vita atque Opera, ex *Bibliotheca Philoſophorum.*

*Honaini Ben Isaac*, ſive *Isaaci Filii*, Vita, ejuſque Scriptorum Recenſio, ex eadem *Bibliotheca.*

*Morsis Maimonidæ Cordubenſis* Vita, ex eadem.

De *Arabicorum numerorum Notis*, necnon de *Æra* quam *Alſaphari* vocitant Arabes, id eſt *Hiſpana.*

De *Platonis* Vita & Scriptis, ex laudata *Philoſophorum Bibliotheca.*

*Aristotelis* Scripta eorumque Verſiones, atque in ea Commentarii, ex eadem *Bibliotheca.*

*Joannis Ben Mesue* Operum Catalogus, ex eadem.

*Animalium* quorundam Arabica Nomina, ex Libro *Ali Ben Mohamad Abilphat*, qui *Animalium utilitates* inſcribitur: cum Latina interpretatione, nonnulliſque explanationibus ex ipſius libri contextu petitis.

Catalogus Auctorum Arabum, Græcorum, Latinorum aliarumque gentium *De Re Ruſtica*, qui laudantur in Tractatu *Ebn Avam* Hiſpalenſis *De Agricultura.*

Index Capitum ejuſdem Tractatûs: adjectis ex eodem Arborum, Fructuum, Herbarum, Florum Arabicis vocabulis, adſcriptaque Latina & Hiſpana horum interpretatione, non ſine notis aliquot ex ipſo Opere depromptis.

*Euclidis* Vita, Scripta eorumque Verſiones, atque in ea Commentarii, ex *Bibliotheca Philoſophorum.*

*Albategni* Vita atque Opera, ex eadem *Bibliotheca.*

De *Menelao*, *Theodosio*, *Autolyco*, *Aristarcho*, *Hypsicle*, *Hipparcho* Græcis Mathematicis Arabicè olim verſis, ex eadem.

*Ptolemæi* Vita, ejuſque Operum, deſignatis Arabum verſionibus & commentariis, Recenſio, ex eadem.

*Abumassaris*, *Alchindi*, *Abulhassani* Vitæ Scriptaque, ex eadem.

De

De *Menſuris & Ponderibus* apud Arabas Hiſpanos ſexto Egiræ ſæculo uſitatis Excerpta ex *Ebn Algiab Hiſpalenſis* Opere quod *Analecta Geometrica Superficierum* inſcribitur.

De *Algebræ* Etymo atque Inventore.

De Urbe *Tadmir*, altera Syriaca, altera Hiſpanica.

Zoroastris Nomen, Dogmata, Scripta.

De *Hermete*, ejuſque Scriptis, ex *Abulpharagio*, *Bibliotheca Philoſophorum* & aliis.

*Moslemæ Mageritensis*, ſive *Matritensis*, omnium, qui ante illum floruere, Mathematicorum eminentiſsimi, Vita atque Scripta, ex eadem *Bibliotheca*.

*Eutocii*, *Archimedis*, *Apollonii Pergæi* Vitæ, Operumque Catalogi, ex eadem.

*Thabeti Ben Corrah*, viri omni genere ſcientiarum, præſertim Philoſophicis ac Mathematicis, excultiſsimi, Vita & Scriptorum Recenſio, ex eadem.

*Abraham Ben Jahia*, vulgò *Ben Zarcalli*, *Cordubenſis*, Inſtrumentorum ad Aſtronomiam pertinentium inventoris celeberrimi, Vita, ex eadem.

*Problemata* ſive *Chronologica*, ſive *Aſtronomica*, ex ejuſdem Tabulis Aſtronomicis, aliorumque libris excerpta.

Catalogus *Mathematicorum* qui Arabicè ſcripſere ampliſsimus, ex *Bibliotheca Philoſophorum* excerptus ac per litteras diſtributus.

*Albaidhavi*, qui Explanator *Alcorani* luculentiſsimus fuit, Vita, ex Codice MCCXCVI.

Quod ad poſteriorem hujus noſtræ Bibliothecæ Tomum ſpectat, acceſſere quæ ſequuntur, videlicet:

De præcipuis aliquot ac memorandis *Ægypti* atque *Africæ* Urbibus, ex *Abud Obaid Cordubenſis* Operis Geographico-Hiſtorici vol. ſecundo.

De *Nilo* ac *Nilometrio* quædam, ex *Abu Ali Ben Alzeiat Hiſpalenſis* Libro etiam Geographico.

De *Tormentorum bellicorum* ac *nitrati Pulveris*, tùm *Chartæ* apud Arabes antiquitate & uſu.

De *Geographia Nubienſi*, ejuſque Auctore.

Scriptorum Index quos in Hiſtoria ſua laudat *Abulpheda*.

De

De *Arabum* Origine, Moribus, Inſtitutis, Studiis, Lingua, Epochis Diſſertatio.

Index Auctorum quos *Ali Ben Abdalla Ben Hazil Granatenſis* allegat in Libro qui *Animorum Munus & Teſſera Hiſpana* inſcribitur.

Enumeratio, ſive Series Regum, Principum, Virorum illuſtrium qui & rerum geſtarum gloria & optimarum Artium, præſertim Poëticæ, ſtudiis à ſæculo Egiræ ſecundo ad ſeptimum in Hiſpania floruere, ex *Abu Baker Alcodhai Ebn Alabari Valentini* Opere, cui titulus eſt *Veſtis Serica.*

Catalogus *Bibliothecarum* unde opus ſuum *Doctorum Arabum Claſſes* inſcriptum contexuit *Abraham Ben Ali Ben Pharhun Hiſpanus.*

*Mohamad Ben Abdalla Ben Alkhathib Granatenſis* Vita, ejuſque Operum Index atque Excerpta locupletiſsima ex ejus Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ, cui titulus *Granatenſis Encyclica*, partibus VII. VIII. IX. X. & XI. ubi de Scriptoribus ut plurimùm Hiſpanis diſſeritur.

Excerpta alia ex ejuſdem Bibliothecæ Supplemento ab eodem Auctore conſcripto.

Excerpta ex *Abu Baker Alcodhai* ſupra memorati Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ volumine ſecundo, necnon alia ex alio ejuſdem Operis tomo.

Excerpta ex Bibliotheca Arabico-Hiſpana quæ *Res à viro cupido expetita* inſcribitur: auctore *Ahmed Ben Jahia Ben Ahmad Ben Amira Aldhobi Cordubenſi.*

Excerpta ex *Ben Basckual*, id eſt *Pascual*, etiam *Cordubenſis*, Bibliotheca Arabico-Hiſpana in partes X. diſtributa, cui titulus eſt *Munus Chronologicum Hiſpanum.*

Catalogus *Fœminarum* quæ litteris in Hiſpania maximè claruerunt, ex eodem Opere.

Index Bibliothecarum quas idem laudat in ſua, numero ſexdecim.

De *Moneta Arabica* ex *Takieldini Abu Mohamad*, vulgò *Almacrizi*, Hiſtoria Monetæ Arabicæ, quæ *Res Rationeſque contractæ* titulum præfert, aliorumque Scriptis.

*Calipharum, Regumque Hiſpaniæ & Africæ Chronologia*, quam & carmine conſcripſit & commentariis illuſtravit *Abu Abdalla Ben Alkha-*

*THIB*

THIB BEN ABDALLA MOHAMAD *Granatenſis*, Regum Granatenſium Chronographus, Latinè reddita, prætermiſsis verſibus, expreſsis tantùm commentariis, quorum Arabica verba Latinis ſubjecimus, Notis nonnullis interjectis.

De Nominis *Andaluſia* Etymo.

De RASIS, quæ vulgò circumfertur, Hiſtoriâ ex Arabico ſermone in Hiſpanicum versâ; tum notabilia quædam inde excerpta & diligenter examinata.

Atque hæc ferè omnia ſunt, quibus, præter juſtam ſingulorum Codicum recenſionem, data nobis eſt hujus inſtruendæ atque ornandæ Bibliothecæ copia. Sicui verò nos paulò nimium elaboraſſe videbimur ut ſingulorum Scriptorum Vitæ ac Operum indices, Scientiarum incrementa in medium proferantur; is non affectatione aut libidine, ſed conſilio & ratione id factum intelligat. Cum enim propoſitum nobis in primis ſit quàm amplisſimam, quàm veriſsimam Arabicæ gentis eruditionis imaginem exprimere, ſimulque Hiſpanias ſub ejus principatu Diſciplinarum omnium ſtudiis florentiſsimas, ac doctrina magis quàm auro vectigales oſtendere; percommodum fore duximus & inſtituto noſtro maximè conſentaneum, ſi ex locupletiſsimis & Auctorum & Librorum theſauris, ex quibus Poſterior hujus Operis Tomus fermè conſtat, quàm plurima colligeremus ejus rei teſtimonia, atque omnes Arabum, quoad fieri poſſet, Bibliothecas hac una complecteremur.

Poſtremùm de Operis Titulo, quod unum ſupereſt atque in Præfationis coronidem conſultò rejectum, Bibliothecam hanc pluribus de cauſis viſum eſt *Arabico-Hiſpanam* inſcribere. Primum quòd Scriptores, qui in ea recenſentur, plerique vel origine, vel patria, vel domicilio, vel ſchola fuerint Hiſpani: alterum quòd eorum plurimi de rebus ad Hiſpaniarum Geographiam Hiſtoriamque tùm Naturalem, tùm Civilem, tùm Litterariam ſpectantibus ediſſerant: tertium quòd multi occurrant ibidem conſcripti, aut deſcripti Codices: deinde quòd horum bona pars ad Regiam Bibliothecam *Granatenſem* olim pertinuerint, unde, mutatis poſteà unà cum imperio ſedibus, in Regiam *Marochanam* emigrarint. Huc adjungere denum liceat NICOLAUM ANTONIUM, Scriptorum Hiſpaniæ Cenſorem memoratiſsimum, ſuo nobis exemplo præluxiſſe, eadem inſcriptio-

tione præfixâ Commentariolo *De Scriptoribus Arabibus qui unquam uſquamve in Hiſpania aliquid litteris conſignaverunt*, quem *Bibliothecæ Hiſpanæ Veteris* Tomo II. attexuit, noſtriſque animadverſionibus, ubi hæc pariter ac *Nova* Collegarum noſtrorum ſtudio emendatior locupletiorque prodibit, illuſtriorem quoque proditurum, Deo juvante, confidimus.

Habes itaque, Lector, quæcunque tibi, de Scriptionis hujus cauſa, argumento, inſtituto, ratione, ſerie, ſumma, auctariis, ornamentis, titulo, meiſque omnibus in ea elucubranda vigiliis præfanda cenſui, ne ſcilicet in peregrinam quaſi regionem ſubitò delatus, incertus viæ, locorum inſolens, incolarum neſcius, linguæ rudis, aut immotus obſtupeſceres, aut male vagus aberrares. Siquid autem ineſt, quod tibi arrideat, curæ, nitoris, elegantiæ; id totum Clariſsimis Viris *Joanni de Santander*, Regiæ Bibliothecæ Præfecto, & *Joanni Yriarte*, noſtro in eadem Collegæ, acceptum referre me velim exiſtimes, qui & meâ causâ, & Collegii totius reſpectu, & pro Regiæ editionis dignitate, ſuam in hoc Opere caſtigando, expoliendo, exornando diligentiam atque induſtriam lubentiſsimè collocarunt. Cæterùm Laborem noſtrum, quem novitate non ingratum, argumento non inutilem fore auguramur, benignus excipe; ac Librorum Catalogo intereà utere, fruere, dum Libri ipſi, ad Hiſpanam præcipuè rem ſpectantes, CAROLI Præclariſsimi Regis (quem Deus bonarum Artium incremento, Populorum felicitati diu ſoſpitet) munificentiâ in lucem proferantur.

# GRAMMATICI

## *IN FOLIO.*

## CODEX PRIMUS.

CODEX literis Cuphicis exaratus feria 4. die 27. menſis Dilcadat an. Egiræ 629. Chriſti 1231. quo continetur opus Grammaticæ Arabicæ tripartitum, auctore inter principes Grammaticæ Scriptores Hiſtoricis maximè celebrato, *Abu Bascharo Amru Ben Otman Ben Cambar* cognomento *Saibviah* (1), gente Perſa, qui annos quadraginta natus, in urbe *Schiraza* anno Egiræ 180. Chriſti 796. imperitante Haruno Raſchidæo quinto ex Abbaſidis Calipha, ſupremum obiit diem. (2)

Priſci Arabes Antemahometani ad bene dicendum nati, Grammaticæ legibus minimè obſtricti erant; illius tamen uſus apud Mahometanos primùm coepit ſub auſpiciis Ali Ben Thalebi quinti Muslamorum Imperatoris, cujus auctoritate prima Grammaticæ fundamenta Aſſuadæus inter alios peritiſſimus jeciſſe fertur; idque ne ſermonis Arabici puritas inter tam varias nationes Mahometiſmum per ea tempora amplectentes paulatim amitteretur, vel depravaretur: quod quidem Schamſeldinæus Alanſaræus in *Antiquitatum Arabicarum Hiſtoria* hiſce diſertis verbis tradidit.

„ Ante Muslemaniſmum Arabes, „ qui ad eloquentiam ſua natura facti „ eſſe videntur, Grammaticæ regulis non „ utebantur. Inclareſcente Mahometiſmo, miſtiſque inter ſe nationibus, „ veritus Imperator Abuthalebæus ne „ ob eandem cauſam Arabica lingua „ deperiret, accerſivit Abu Alaſuadæum „ Dulæum, ut ſermonis Arabici leges „ inſtitueret. Aſſuadæi veſtigiis poſteà „ inſtitere Abſa *Elephantinus* dictus; „ Maimonides Acranæus; Jahia Ben „ Jamar Aladuanæus; Atha Ben Ala- „ ſua-



(1) *Auctor:* ابو بشر بن عثمان بن قنبر المعروف بسيبويـة ۞

(2) *Initium:* هذا بـــــــاب ۞

*Finis:* وهي عن ديـــــــة ۞

,, ſuadæus ; Abulharetius ; Abdalla Ben ,, Iſaci Hadhramita ; Iſſa Ben Omar ,, Alſacphi ; Abu Omar Ben Alalæus; ,, Khalilæus ; Saibuiah ; Alpharahidæus; ,, Alkaſæus. Inde Grammatici in duas ,, partes diſtracti , duas celeberrimas ,, Academias Baſrenſem , & Cuphien-,, ſem inſtituere. Prioris tamen Aca-,, demiæ princeps cenſetur Saibuiah, ,, cujus Grammaticam ceteris Aucto-,, res ubique præferre non dubitarunt. ,, Saibuiæ in principatum ſucceſſere ,, Abulhaſſan Alakhfaſchæus ; Saidæus ,, Ben Maſada ; Alpharæus ; Salehæus ,, filius Iſaci Algiarmæus ; Bakr Ben ,, Othman Almazenæus ; Mohamedus ,, Ben Jazid Almobardæus ; Abu Iſac ,, Alzegiagæus ; Abu Bakr Ben Alſara-,, gæus ; Abu Ali Alhaſſan Ben Abdal-,, gapharæus Perſa ; Abu Said Ben Ab-,, dalla Alſiraphæus ; Ali Ben Iſſa Alra-,, manæus ; Abu Alphath Ben Geni; ,, Abdelcaher Georgianus ; Alzamkhaſ-,, chræus ; Ebn Alhagebus ; Ebn Ma-,, lekus ; Agrumæus ; ac Ebn Heſcha-,, mæus. Atque hi ſunt Grammatico-,, rum Principes. [a]

Saibuiæ Grammaticam complures expoſuere , quos inter , ait Cazuinæus in opere Geographico-hiſtorico , præcipuum ſibi vindicat locum Abulhaſſan Perſa , ex urbe *Siraphа* oriundus, qui illam Commentario viginti tomis comprehenſo illuſtravit.

## I I.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo anni nota deſideratur : continet Commentarium in Saibuiæ Grammaticam, auctore *Kemaledino Abu Jahia Hispano* [1] , qui quarto Egiræ ſeculo floruiſſe fertur [2] . Is autem Commentarius in quatuor dividitur tomos , quorum primum noſtra exhibet Bibliotheca.

## I I I.

Codex mutilus , cujus initio pauca deſiderantur folia , literis Cuphicis exara-

(a) قال شمس الدين الانصاري ان قبل الاسلام ما كان للعرب قانون واعراب الكلام كان للعرب سجية لانهم مفطورون علي الفصاحة فلما جاء الاسلام واختلطت الامم فكادت العربية تتلاشي فرعا امير المومنين ابي طالب ابو الاسود الدولي ووضع له قوانين . ثم خلف ابا الاسود عنبسة المعروف بالفيل . ثم ميمون الاقرن . ثم يحيي بن يعمر العدواني . عطا بن الاسود . ابو الحارث . ثم عبد الله بن اسحق الحضرمي . عيسي بن عمر الثقفي . ابوعمر بن العلاء خليل . سيبويه . الفراهيدي . الكساي . ثم صار الناس بعد ذلك فريقين كوفيا وبصريا . اما سيبويه هو امام البصريين ولم يزل اهل العربية يفضلون كتابه علي غيره . ثم خلف سيبويه ابو الحسن الاخفش . وسعيد بن مسعده . والفرا . وصالح بن اسحق الجرمي . وبكر بن عثمان المازني . محمد بن يزيد المبرد . ابو اسحاق الزجاج . ابو بكر بن السراج . ابو علي الحسن بن عبد الغفار الفارسي . ابو سعيد بن عبد الله السيرافي . علي بن عيسي الرماني . ثم ابو الفتح بن جني . عبد القاهر الجرجاني . الزمخشري . ابن الحاجب . الاجرومي . ابن مالك . ثم ابن هشام . وهولا ايمة النحويين ☼

(1) *Auctor:* كمال الدين ابو يحيي الاندلسي ☼

(2) *Initium:* هذا هو باب ☼ *Finis:* في الشكل الاول ☼

ratus Marochi anno Egiræ 869. die 23. menſis Rabii prioris, Chriſti 1464. quo continetur Tomus ſecundus Commentarii in Saibuiæ Grammaticam, auctore *Negmeddino Radhi Persa Asterbadæo* (1), qui anno Egiræ 675. inter Grammaticos primæ notæ in Perſia, ac Meſopotamia claruit.

### I V.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 801. Chriſti 1398. quo continetur Tomus ſecundus Commentarii in Grammaticam *Alphia*, titulo (2) *Expoſitio Poematis de Grammatica*, auctore *Almoradæo*. (3) De hoc Poemate, ut et de ejus auctore, ſuo loco recurret ſermo.

### V.

Codex nitidis literis, aureiſque lineis ubique ductis exaratus Marochi anno Egiræ 998. die 17. menſis Schabani, Chriſti 1589. quo continetur Commentarius in Poema de Grammatica, *Alphia*, id eſt *Millenarium*, dictum, quod mille verſibus conſtet: auctore *Ahmedo Abulcassemo Fessano* (4), origine *Hiſpano* ex oppido *Carun*, fortè *Carrion*, titulo inſignitus *Ductor ad ſcopum, mentemque laudati auctoris Almoradæi*. (5)

Is autem Codex ad uſum Marochi Regis Abulabbas, *Almanſori Billa* nuncupati, ſcriptus eſt: quicum, ſi characterum elegantiam, colorum varietatem, & accuratam ſcribendi rationem ſpectes, pauci comparandi ſunt.

### V I.

Codex nitidè exaratus horis veſpertinis feriæ 6. die 28. Ragebi an. Egiræ 799. Chriſti 1396. quo continetur Commentarius in præfatum Poema de Grammaticæ inſtitutionibus, *Alphia* inſcriptum, auctore *Abuzaido Abdelrahmano Ebn Ali Ben Saleh Almacudi* (6), qui an. Egiræ 736. *Granatæ* natus, anno ejuſdem Æræ 807. Chriſti 1404. in urbe *Feſſa* obiit, ubi *Philologi*, & *Grammatici* nomen ſibi adeptus eſt. (7)

### V I I.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, quo continetur ejuſdem auctoris de eodem argumento alterum exemplar ſuperiori Codice haud inferius.

### V I I I.

Codex nitidis literis exaratus die 9. Ramdani an. Egiræ 987. Chriſti 1579. quo continetur Commentarius in Poema de Grammatica toties celebratum, titulo *Expoſitio Poematis Millenarii Doctoris Ben Maleki* (8), auctore *Schamseddino Mohameto Alpharadæo* (9), cujus Commentarium primæ notæ Grammatici magni faciunt. (10)

### I X.

Codex ſcriptus die 9. Schevali an. Egiræ 703. Chriſti 1303. quo continetur Commentarius in idem Poema



(1) *Auctor:* نجم الدين الرضـــي ☼

(2) *Titulus & Auctor:* الجزء الثـاني في شرح الالفية للمرادي ☼

(3) *Initium:* النرخيـــــــــــم ☼ *Finis:* طويل الشغــــــــن ☼

(4) *Auctor:* احمد ابي القـاسم القروني

(5) *Titulus:* الهادي الى مقاصـــــد المرادي ☼

(6) *Auctor:* ابو زيد عبد الرحمن ابن علي بن صالح المكودي ☼

(7) *Initium:* اما بعد ☼ *Finis:* خيرة الله ☼

(8) *Titulus:* شرح الفية بن مـا لـك ☼

(9) *Auctor:* شمس الدين محمـــــــد الفارضي ☼

(10) *Initium:* الشيخ الامـــــــام ☼ *Finis:* ونعم الوكيـــــــل ☼

*Millenarium*, inſcriptus *Expoſitio Alphiæ* (1), auctore (2) *Abdelazizo Ben Giomaa*, *Grammatico Muſelenſi Aſſyrio*. (3)

## X.

Codex mutilus, ab initio enim aliquot deſiderantur folia, nitidè exaratus feria 2. die 8. menſis Dilhagia anno Egiræ 870. Chriſti 1465. quo continetur Commentarius in idem Poema *Millenarium*, auctore *Mohamad Ebn Assameldino Granatenſi*, qui anno Egiræ 715. in *Cairi* urbe floruit.

## XI.

Codex, in quo anni nota deſideratur, ubi continetur Commentarius in idem Poema *Millenarium*, titulo *Aditus ad Regiam viam patens* (4), auctore *Mahometo*, vulgò *Aschmuni* (5) *Ægyptio*, ex urbe *Aſchmuna* oriundo. (6)

## XII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* an. Egiræ 802. Chriſti 1399. principio carens, quo continetur Commentarius in librum celeberrimi Grammatici *Ben Maleki* de re Grammatica, inſcriptum *Facilis methodus* (7), auctore *Almoradæo Ben Cassemo Ægyptio* (8), *Ben Haiani* Granatenſis auditore, qui anno Egiræ 749. Chriſti 1343. obiit in *Cairi* urbe.

## XIII.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, quo continetur Commentarius in eundem librum *Facilis methodus*, inſcriptus *Ad viam manuductio* (9), auctore *Ben Haiano*, magni inter Scriptores Arabes nominis, qui ultra quinquaginta opera de re Philologica edidit: hæc inter Commentarius, de quo ſermo eſt, in ſex tomos diſtributus enumeratur, quorum Codex noſter tertium exhibet. *Granatæ* natus anno Egiræ 652. vita functus eſt *Cairi* anno ejuſdem Æræ 745. Chriſti 1344. (10)

Hunc librum *Ben Maleki* auctores plures doctis commentariis ſunt perſequuti, quorum catalogum refert in ſua Bibliotheca Aſsiutheus, ubi principem inter alios ſibi vindicant locum *Nazerelgiaſch Ahmad Alepinus* (11), qui *Cairi* anno Egiræ 778. extinctus eſt; *Ahmedus Ben Joſeph Ægyptius* (12), qui an. Egiræ 756. in patria diem obiit; ut et *Badreldinus Aldomaminus*, qui *Alexandriæ* an. Egiræ 763. natus eſt.

## XIV.

Codex characterum elegantia, & nitore nulli ſecundus, in quo anni nota & finis deſideratur: eo continetur Commentarius in Poema *Ben Maleki* de re Grammatica, inſcriptum *Verborum auctoritas* (13), auctore *Aba Mohamad Mahmud Ebn Mohamad Alainæo*. (14)

In

(1) *Titulus:* ۞ شرح الالفية
(2) *Auctor:* عبد العزيز بن جمعة الموصلي النحوي ۞
(3) *Initium:* ۞ قال العبد الفقير
*Finis:* ۞ السحاب قطر
(4) *Titulus:* ۞ نهج المسالك
(5) *Auctor:* ۞ محمد الاشموني
(6) *Initium:* اما بعد *Finis:* في دار السلام
(7) *Titulus:* ۞ تسهيل ابن مالك
(8) *Auctor:* ۞ المرادي بن قاسم المصري
(9) *Titulus:* ۞ هداية السبيل
(10) *Initium:* ۞ الحمد لله الذي منح
*Finis:* ۞ خلاف
(11) ۞ ناظر الجيش الحلبي احمد ۞
(12) ۞ واحمد بن يوسف المصري ۞
(13) *Titulus:* ۞ شواهد الكلام
(14) *Auctor:* ابا محمد محمود بن احمد العيني ۞

In eo autem Poemate auctoris *Ben Maleki* ſcopus eſt Grammaticam à ſe jam editam, *Alphia* inſcriptam, veterum Grammaticorum auctoritate, necnon Poetarum teſtimoniis comprobare.

## XV.

Codex literis Cuphicis exaratus feria 3. die 11. Rabii poſterioris, anno Egiræ 771. Chriſti 1369. quo quidem anno et opus hocce abſolutum eſt: ibi continetur Commentarius in Grammaticam *Alphia* inſcriptam Doctoris *Ben Maleki*, in duas partes diviſus (1). Auctoris nomen latet. Ex Bibliotheca Regia Granatenſi.

## XVI.

Codex nitidè, ac pereleganter exaratus, carens anni notâ, quo continentur:

1º Commentarius in Poema *Ben Maleki* de Grammatica *Alphia*, id eſt *Millenarium*, ubi textus literis aureis inſertus occurrit, commentatore BADREDINO ABV ABDALLA BEN MOHAMAD BEN ALTHAI HISPANO (2), auctoris filio, qui operi ultimam impoſuit manum an. Egiræ 676. (3)

2º Commentarius in idem Poema, auctore SCHAMSEDDINO MOHAMAD BEN ABDELDAIEM ALBARMAVÆO HISPANO. (4)

3º Commentarius in ejuſdem auctoris *Ben Maleki* Poema de verborum conjugationibus, inſcriptum *Lamiat* (5), quod omnes & ſinguli illius verſus in literam لا deſinant: auctore ABV ABDALLA MOHAMAD BEN ALABBASO GRANATENSI (6), qui anno Egiræ 685. obiiſſe fertur.

4º Commentarius alter in idem Poema *Lamiat*, auctore JACOBO BEN SAID ALMOKELATI CORDVBENSI (7), qui octavo Egiræ ſeculo claruit.

5º Appendix ad Commentarium de quo ſuprà, auctore ABI ABDALLA ALBAGÆO (8) HISPANO, ex urbe *Beja* oriundo.

6º Commentarius in idem Poema *Lamiat*, auctore ABBVLABAS AHMAD BEN ALABBASO ORANENSI (9). Is autem Codex, quem aureum appellare jure poſſumus, continet folia 171.

## XVII.

Codex anni nota deſtitutus, quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, titulo *Expoſitio Caphiæ* (10), auctore celeberrimo Grammatico *Gemaleddino Abu Amru Ben Othman*, vulgò *Ebn Alhageb* (11); commentatore verò (12) OSSAMEDINO ALMORVZÆO. (13)

## XVIII.

Codex nitidè exaratus, ductis paſſim aureis lineis, & pereleganter compactus, carens anni notâ: quo continetur Commentarius in eandem Gramma-

(1) *Initium:* الي يوم الدين *Finis:* وحذف يا
(2) *Commentator:* بدر الدين ابو عبد الله بن محمد بن الطاي ۞
(3) *Initium:* ۞ هذه اوراق *Finis:* ۞ وجلا
(4) *Auctor:* شمس الدين محمد بن عبد الله البرماوي ۞
(5) *Titulus:* ۞ لامية الافعـــــال
(6) *Auctor:* ابوعبد الله محمد بن العباس
(7) *Auctor:* يعقوب بن سعيد المكلاتي
(8) *Auctor:* ۞ ابي عبد الله البجـــاي
(9) *Auctor:* ابو العباس احمد بـــن العباس الوهراني ۞
(10) *Titulus:* ۞ شرح الكـــافيـــة
(11) *Auctor:* جمال الدين ابو عمـــرو عثمان ابن الحاجب ۞
(12) *Commentator:* عصام الدين المروزي
(13) *Initium:* ۞ الحمد لله علي ما الهمني
*Finis:* ۞ وبراعتـــــــي

maticam *Caphia*, auctore (1) Schamseddino *Mohamad Alpharedæo* (2). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

XIX.

Codex nitidè exaratus die 12. menſis Rabii prioris, an. Egiræ 839. Chriſti 1435. quo continetur Commentarius in eandem Grammaticam *Caphia*, titulo donatus *Sana expoſitio* (3), auctore (4) *Abu Abdalla Amad Ben Alhasseno Algiarbardæo* (5). Is Codex exaratus anno Egiræ 785. extat etiam in Reg. Bibl. Pariſienſi, in 4º *Num.* 1286.

XX.

Codex literis Cuphicis exaratus abſque anni nota, quo continetur Tomus primus Appendicis in duos diſtributæ ad Commentarium, de quo ſuprà, titulo *Fodina Theſaurorum* (6); auctoris verò nomen latet. (7)

XXI.

Codex exaratus anno Egiræ 857. Chriſti 1453. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, inſcriptus, *Sanum munus* (8), auctore anonymo. (9)

XXII.

Codex nitidè exaratus, vocalibuſque animatus *Muſelæ* in Aſſyria, feria 1. die 18. Rabii poſterioris an. Egiræ 644. Chriſti 1246. quo continetur Commentarius in nobile Poema de Grammatica, inſcriptum *Margarita Alphiae* (10), cujus ſinguli verſus in literam ل jugiter deſinunt, olim editum à clariſſimo Grammatico *Jahia Ben Maatha Ben Abdelnur Alzuavi* (11), qui Africæ natus anno Egiræ 554. *Cairi* obiit an. ejuſdem Æræ 628. auctore *Abulabbasso Ahmad Ben Alhassain Ben Abi Almaali Ben Alkhabaz Muselensi* (12), qui ſe profitetur in Prologo poſtremam huic Commentario manum impoſuiſſe feria 2. die 23. menſis Saphari anno Egiræ 639. Chriſti 1241. (13)

XXIII.

Codex exaratus die 5. menſis Schabani an. Egiræ 694. Chriſti 1294. quo continetur alterum ejuſdem Commentarii exemplar, quocum altera editio collata, accuratior nobis viſa eſt.

XXIV.

Codex exaratus die ultima menſis Ramdani anno Egiræ 814. Chriſti 1411. quo continetur Commentarius in Grammaticam inſignis Grammatici *Mohamad Ben Mohamad Ben Alſaiph Alphadhel Aleſpharai-*

(1) *Auctor:* شمس الدين محمد الفارضي
(2) *Initium:* الحمد لله الذي جلت
*Finis:* والله المرجع
(3) *Titulus:* الشافية في شرح الكافية
(4) *Auctor:* ابو عبد الله احمد بن الحسن الجاربردي
(5) *Initium:* رب تمم بالخير
*Finis:* والله اعلم بالصواب
(6) *Titulus:* كنز المطالب على شافية ابن الحاجب
(7) *Initium:* الحمد لله الذي تصرف
*Finis:* الملك الجليل

(8) *Titulus:* التحفة الشافية في شرح الكافية
(9) *Initium:* الحمد لله الذي تفرد
*Finis:* والله اعلم
(10) *Titulus:* الدرة الالفية
(11) *Auctor:* يحيى بن معط بن عبد النور الزواوي
(12) *Commentator:* ابو العباس احمد بن الحسين بن ابي المعالي المعروف بابن الخباز الموصلي
(13) *Initium:* قال الشيخ
*Finis:* اديب والله

*raini* (1) *Perſæ*, ex urbe Eſphraina oriundi, titulo *Annotationes ad opus Grammaticæ medulla* nuncupatum, auctore *Mohamedo Ben Othman Abi Ali Alzuzanæo* (2), qui Commentarium, de quo ſermo eſt, ait ſe abſolviſſe anno Egiræ 736. Chriſti 1335. in urbe *Niſabura.* (3)

## XXV.

Codex exaratus anno Egiræ 768. Chriſti 1366. quo continetur altera ejuſdem Operis, & Commentarii editio, notæ tamen inferioris. Uterque Codex ex Reg. Bibl. Marochana, ut ex eruditiſsimi Zaidani Regis Marochi nota manu exarata liquet: quæ quidem nota in pleriſque Codicibus hujus Bibliothecæ paſsim legitur; ubi etiam ejuſdem Regis doctæ ac eruditæ annotationes occurrunt.

## XXVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 804. Chriſti 1401. quo continetur Commentarius in librum inſcriptum *Scientiarum Clavis* (4), auctore *Abu Jacob Almoali Joſeph Ben Mohamad Alſokaki* (5), qui anno Egiræ 626. vivere deſiit. (6)

Opus hocce tripartitum Grammaticæ, Rethoricæ, & Poeticæ inſtitutiones complectitur: quod auctores non pauci commentariis, notiſque illuſtrarunt & auxerunt, quos inter principem ſibi vindicat locum *Saadeldinus Massud Ben Omar Altaftazani* (7), Commentarii hujus auctor, qui anno Egiræ 792. fato functus eſt in urbe *Maraſcha.*

## XXVII.

Codex characterum elegantia vel præſtantiſsimis par, exaratus feria 6. ſub finem menſis Gemadi poſterioris, anno Egiræ 695. Chriſti 1295. Ibi continetur Commentarius in Grammaticam Doctoris *Abu Bakri Abdelcaheri*, vulgò *Algiorgiani* (8), inſcriptam *Propoſitiones* (9), auctore *Schamseddino Mohamad Ben Abi Alphath Ben Abi Alphadhil Albali* (10), qui, ut conſtat ex nota quæ ad codicis calcem occurrit, natus eſt in urbe *Balbeki*, ſive *Heliopolis*, in *Cæleſyria* an. Egiræ 645. Chriſti 1247. extinctus verò in *Cairi* urbe horis veſpertinis feriæ 7. die 17. menſis Saphari, anno ejuſdem Eræ 709. Chriſti 1309. (11)

In hujuſce Commentarii Prologo occurrit Auctoris Grammaticæ, de qua ſermo eſt, vita hiſce verbis. „ Abubaker Abdelcaher, gente Perſa, domo „ Georgianus, Grammaticus & Orator eruditus, præclara edidit opera, „ ex quorum numero ſunt: Commentarius in Rhetoricam *Dilucidatio* „ nuncupatam; Expoſitio Particularum, quæ *Centum regentes* dicuntur; „ Commentarius in Alcoranum, & alia

(1) *Auctor*: محمد بن محمد بن السيف المعروف با لفاضل الاسفرايني ۞
(2) Commentator: محمد بن عثمان ابي علي الزوزني ۞
(3) *Initium*: ۞ الحمد لله الـــــــزي
*Finis*: ۞ والجزم بالفطـــــــر
(4) *Titulus*: ۞ مفتاح العلـــــــوم
(5) *Auctor*: ابو يعقوب المعالي يوسف بن محمد السكاكي ۞
(6) *Initium*: ۞ خير *Finis*: ۞ والصواب

(7) *Commentator*: سعد الدين بن عمر التفتازاني ۞
(8) *Auctor*: ابو بكر عبد القاهر الجرجاني ۞
(9) *Titulus*: ۞ جمـــــــل
(10) *Commentator*: شمس الدين محمد بن ابي الفتح بن ابي الفضـــــل البعلي ۞
(11) *Initium*: ۞ قال الشيـــــــخ
*Finis*: ۞ الي يوم الديـــــــن

„ alia Poetica opera. Obiit anno Egi-
„ ræ 471. (a)

XXVIII.

Codex elegantiſsimè ſcriptus feria 2. die 18. menſis Delcadat anno Egiræ 786. Chriſti 1384. quo continetur Commentarius in Grammaticam inſcriptam *Propoſitiones Doctoris Abdelcaheri Algiorgiani*, de quo ſuprà : auctore (1) SCHOHABBELDINO AHMAD ALTHALABÆO ALZARI, *SUPREMO MUSLAMORUM IN URBE TRIPOLIS SYRIÆ JUDICE.* (2)

XXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Hiſpali* die 6. menſis Schevali anno Egiræ 627. Chriſti 1229. quo continetur opus Grammatico-Philologicum, inſcriptum *Caſtigata loquendi ratio* (3), quod jure dixeris Bibliothecam Arabicam Literariam ; ibi enim priſcorum Arabum proverbia, ſtudia, & eruditio occurrunt, auctore *ABI JOSEPH JACOB EBN ISAC ALSEKAITI* (4), qui anno Egiræ 244. Chriſti 858. Imperatore Metuakelo, peremptus eſt. Hunc auctorem Ben Schochna, aliique Scriptores magnum Arabicæ linguæ, ſimulque eruditionis Magiſtrum appellant. (5)

XXX.

Codex exaratus horis meridianis diei 6. menſis Rabii poſterioris, anno Egiræ 604. Chriſti 1207. quo continentur:

1º Tractatus de Grammaticæ inſtitutionibus, inſcriptus *Grammaticæ Ars* (6), auctore *ABULCASSEMO ABDELRAHMANO ALZIAGIAGI* (7), *Grammatico*, qui anno Egiræ 369. extinctus eſt. (8)

2º Anonymi Commentarius in librum, cui titulus *Arabicæ linguæ eloquentia* (9), editum à viro docto *ABU ALI ALANBARI* (10), qui *ANBARÆ* in Aſsyria anno Egiræ 317. ſupremum obiit diem. (11)

3º Opus de eodem argumento, inſcriptum *Triſyllabum* (12), ubi auctor *NASSER BEN ABI AHMAD ALBOSARI*, *BASRENSIS* (13), quinto Egiræ ſeculo clarus, de Verbis triſyllabis, quæ ob variam apicum motionem, variam ſortiuntur ſignificationem, latè diſſerit. (14)

Co-

(a) ابو بكر عبد القاهر فارسي الاصل جرجاني الدار عالم بالنحو والبلاغة صاحب التصانيف الجليلة فمنها كتاب المقتصد بشرح الايضاح. وشرح العوامل المائة وكتاب اعجاز القران وغيرها من النثر توفي سنة اربعماية وواحد وسبعين ☼

(1) *Auctor:* شهاب الدين احمد الثعلبي الزرعي قاضي قضاة المسلمين بطرابلوس الشام ☼

(2) *Initium:* ☼ قال الشيـــــخ
*Finis:* ☼ حرف النـــــدا

(3) *Titulus:* ☼ اصلاح المنطـــــق

(4) *Auctor:* ابي يوسف يعقوب ابـــن اسحق السكيت الاديب ☼

(5) *Initium:* ☼ املاء ابي يوســـف
*Finis:* ☼ وامتلخ ضرســـه

(6) *Titulus:* ☼ كتاب فن النحـــو

(7) *Auctor:* ابو القاسم عبد الرحمـــن الزجاجي النحوي ☼

(8) *Initium:* ☼ اقسام الكـــلام
*Finis:* ☼ لا رب غيـــره

(9) *Titulus:* ☼ كتاب الفصيـــح

(10) *Auctor:* ☼ ابو علي الانبـــاري

(11) *Initium:* ☼ قال ابو علـــي
*Finis:* ☼ الجف السخـــت

(12) *Titulus:* ☼ كتاب المثلـــث

(13) *Auctor:* ابي ناصر بن احمد البصري

(14) *Initium:* ☼ علي لساني *Finis:* ☼ الغمر

XXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Commentarius in Grammaticam *Abulcaſſemi Alziagiagi*, de quo *Num.* proximè ſuperiori. (1)

XXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Feſſæ* anno Egiræ 889. Chriſti 1484. quo continetur egregium Grammaticæ opus, inſcriptum *Verborum inflexio* (2), auctore *Abdelvahedo Ahmed Ben Ahmed Alhassani* (3), qui ſexto Egiræ ſeculo in Africa floruit. (4)

XXXIII.

Codex miſcellus, quo continentur:

1.° Tractatus de Particulis, inſcriptus *Theſaurus* (5), auctore *Abulhassano Ali Ben Mohamad Alharvi*, Perſa, *Heratenſi* (6), ex *Hera* urbe, olim *Aria* (7). Is Codex exaratus eſt anno Egiræ 768. Chriſti 1366. feria 1. die ſeptima menſis Schevali.

2.° Commentarius in Logicam, hoc titulo: *Principia accuratè fundata* (8), auctore *Azzeddino Ben Abdelhamid Ben Abi Alhadid* (9). Hujuſmodi Logica, quam publici juris fecit vir clariſsimus, ac Philoſophus ſexti Egiræ ſeculi facilè princeps, *Saidæus Mehieddinus Ben Mohamad Ben Omar Razæus* (10), & accuratè conſcripta eſt, & dilucidè (11). Is autem Commentarius exaratus eſt horis veſpertinis feriæ 1. die 24. menſis Dilcadat anno Egiræ 669. Chriſti 1270.

XXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus die prima menſis Dilhagia, id eſt Sabbati, anno Egiræ 626. Chriſti 1228. quo continentur:

1.° Grammaticæ Inſtitutiones, titulo *Scientiarum Sol* (12), auctore *Saphi Almaged Abi Alhassan Naschvan Ben Said Hamairita Jemanitarum* (13), ſive *Arabum Doctore*, qui tertio Egiræ ſeculo vixiſſe fertur. (14)

2.° Ejuſdem auctoris Onomaſticum Arabicum duobus conſtans tomis, inſcriptum *Verborum Arabicorum curatio à vulneribus* (15), quorum priorem Codex hic exhibet; incipit verò à litera *Aleph* uſque ad literam *Sad.*

XXXV.

Codex literis exaratus Cuphicis, tùm fine, tùm anni nota deficiens, qui



(1) *Initium*: قول ابي القاسم ☼
*Finis*: وهي في الحروف ☼
(2) *Titulus*: الصرف ☼
(3) *Auctor*: عبد الواحد احمد بن احمد الحسني ☼
(4) *Initium*: الحمد لله ☼
*Finis*: والله اعلم ☼
(5) *Titulus*: كتاب الذخاير ☼
(6) *Auctor*: ابو الحسن علي بن محمد النحوي الهروي ☼
(7) *Initium*: قال الامام ☼
*Finis*: المعقلا ☼
(8) *Titulus*: الايات المبينات ☼
(9) *Commentator*: عز الدين بن عبد الحميد بن ابي الحديد ☼
(10) *Auctor*: سعيد محي الدين بن محمد بن عمر الرازي ☼
(11) *Initium*: الحمد لله ☼
*Finis*: انشا الله تعالى ☼
(12) *Titulus*: شمس العلوم ☼
(13) *Auctor*: صفي المجد ابي الحسن نشوان بن سعيد الحميري علامة اليمن ☼
(14) *Initium*: اما بعد ☼
*Finis*: مستقيم ☼
(15) *Titulus*: دواء كلام العرب من الكلوم ☼

qui Tractatum complectitur in tres partes diviſum, quarum tertia deſideratur, inſcriptumque *Hortus auræ lenis* (1), de origine ac ſignificatione literarum Alphabeti Arabici, auctore *Ahmad Ben Mohamad Ben Ali Ben Nomari Ebn Munis Albegiani Hispano* (2), ex urbe *Beja* Portugalliæ, qui *Jarebum Regem* primum Arabicarum literarum auctorem, ut & *Eberum* earum promulgatorem fuiſſe exiſtimat. Hujus autem Alphabeti ſeriem integram hîc ſubjiciendam duximus.

الف *Aleph* unum, ac millenarium numerum denotat.

با *Ba* coitum.

تا *Ta* mulctram, qua lac è Camela emulſum excipitur.

ثا *Cia*, Hiſpano more elata, rem mollem.

جيم *Gim*, Gallorum more enunciata, libidinoſum Camelum, & veſtem ſericam auro intextam.

حا *Ha* mulierem lingua acrem, ac etiam Tribum.

خا *Ja*, ut Hiſpani efferunt, denſum Leonis crinem.

دال *Dal* pinguem mulierem, Lupumque.

ذال *Dzal* Gallum, celeremve inceſſum.

را *Ra* exiguum vas.

زا *Za* hominem edacem.

سين *Sin* pomum, vel malum Appianum.

شين *Scin*, Gallico more pronunciata, avarum hominem.

صاد *Sad* Gallum in terra ſe volutantem; interdum vas æneum.

ضاد *Dhad* Upupam avem.

طا *Tha* virum ſenem.

ظا *Tza* mulierem mammoſam.

عين *Ain*, præter oculum, quinquaginta alia ſignificat.

غين *Gain* ſitim.

فا *Fa* virum divitem, atque os deſignat.

قا *Ca* virum probum.

كاف *Kaph* manum.

لام *Lam* alam, virumque reparatorem.

ميم *Mim* vinum, puteumque.

نون *Nun* enſis genus.

ها *Ha* ſigna macularum quibus puerorum facies aſpergi ſolet.

واو *Vvau* Camelum admiſſarium.

يا *Ja* lac quod in mulierum uberibus remanet.

Literarum interpretationes hîc adſcriptas, apud alios fruſtrà quæſieris.

## XXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus *Hiſpali* die 4. Ramdani anno Egiræ 622. Chriſti 1225. Præfationis expers; eo autem continetur Commentarius in Grammaticam, cujus auctor ignoratur; Commentatoris verò nomen eſt *Abi Ali Omarus Ben Mohamad Ben Abdalla Azadita* (3), qui *Granatæ* obiiſſe traditur anno Egiræ 595.

## XXXVII.

Codex & initio, & anni nota carens, quo habetur præſtantiſſimum opus, inſcriptum *Pratum floridum* (4), de literaturæ Arabicæ ſtudio, & pe-

(1) *Titulus*: الروض الانسم في معاني حروف المعجم

(2) *Auctor*: احمد بن محمد بن علي بن نماري ابن مونس البجاني الاندلسي ☼

(3) *Commentator*: ابي علي عمر بن محمد بن عبدالله الازدي

(4) *Titulus*: المزهر في علوم اللغة ☼

peritia, in 50. capita diviſum, ubi auctor, cujus nomen prorsùs latet, de linguæ Arabicæ eruditione, ac de illius auctoribus cumulatiſsimè diſſerit. Ex eo quidem fonte Golius, & Pocokius non pauca diligenter hauſta Orbi litterario Latinè impertierunt.

## XXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tractatus ampliſsimus de Grammaticæ præceptis, inſcriptus *Fontes manantes* (1), auctore viro doctiſsimo Gelaldino *Abdelrahmano Abi Bakr*, vulgò *Alsiuthi*, *Ægyptio*, in urbe *Aſiutha* nato, qui nono Egiræ ſeculo omni ſcientiarum genere ornatiſsimus, bene multa, & quidem præclara edidit ingenii monumenta, quæ in hac noſtra Bibliotheca paſſim occurrunt. Id ſanè de tanto Scriptore affirmare non dubitem, plura unum opera conſcripſiſſe, quàm alii fortè legerint. (2)

## XXXIX.

Codex exaratus die 25. Ragebi an. Egiræ 990. Chriſti 1582. complectens alterum ejuſdem operis exemplar.

## XL.

Codex nitidis literis exaratus die 16. Gemadi poſterioris, anno Egiræ 984. Chriſti 1576. quo continetur opus de re Grammatica, inſcriptum *Similitudines* (3), ejuſdem Auctoris. (4) Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## XLI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 912. Chriſti 1506. complectens Tractatum ſatis amplum, cui titulus *Proluſiones* (5), ejuſdem Auctoris, qui ſummam operi manum impoſuit feria 5. die 9. menſis Schevali, anno Egiræ 905. Chriſti 1499. (6) Ibi Auctor plures proponit de re Grammatica difficiles nodos, eoſque ad mentem Grammaticorum principum *Ben Maleki*, *Ben Hagebi*, ac *Ben Heſchami*, quorum fusùs enarrat placita, diſſolvit, expeditque.

## XLII.

Codex exaratus feria 3. die 26. menſis Ragebi, anno Egiræ 605. Chriſti 1208. quo continetur Tractatus de Grammatica, inſcriptus *Liber Declarationum* (7), in duos Tomos diſtributus, quorum poſterior hîc tantùm occurrit: auctore *Abi Ali Alhassan Ben Ahmad Ben Abdelgaphar Persa Samavi* (8), qui hocce opus juſſu Regis *Adhadaldaulat Fanakhaſru* (9) nuncupati ſe ſcripſiſſe teſtatur. (10)

Adhadaldaulat quartus ex *Buiditarum* Dynaſtia, Perſidis & Bagdadi Rex fuit, qui anno Egiræ 338. teſte Abulpharagio in *Hiſtoria Dynaſtiarum*, pag. 310. fortunatiſsimum imperium auſpicatus eſt. Hæc autem Dynaſtia ſeptem & decem Reges enumerat in



(1) *Titulus*: همع الهوامع ☼
(2) *Initium*: قال الشيخ ☼
*Finis*: مكانا علينا ☼
(3) *Titulus*: الاشباه ☼
(4) *Initium*: سبحانه الله ☼
*Finis*: ونعم الوكيل ☼
(5) *Titulus*: النكت ☼
(6) *Initium*: قال شيخ شيوخنا ☼
*Finis*: علي خاتم الرسل ☼
(7) *Titulus*: كتاب الايضاح في النحو ☼
(8) *Auctor*: ابي علي الحسن بن احمد بن عبد الغفار الفارسي السموي ☼
(9) عضد الدولة فنا خسرو ☼
(10) *Initium*: اما علي اثر ذلك ☼
*Finis*: هذه الحروف ☼

Aſia potentiſsimos, quorum ſeriem, & res præclarè geſtas vide apud laudatum Abulpharagium Latinè verſum ab Eduardo Pocokio, necnon apud Herbelotium in *Bibliotheca Orientali*; prætermiſsis Arabibus Scriptoribus, ut *Abulpheda*, *Abrahim Ben Helal*, aliiſque non paucis, quos ſolùm Arabicæ linguæ peritis adire liceat.

## XLIII.

Codex initio, detractis aliquot foliis, mutilus, exaratus *Granatæ* anno Egiræ 621. Chriſti 1224. quo continetur ſuprà recenſiti operis Tomi ſecundi alterum exemplar.

## XLIV.

Codex nitidè exaratus die 3. Moharrami, anno Egiræ 604. Chriſti 1207. *Damaſci*, quo continetur Commentarius in Grammaticam *Liber Declarationum* nuncupatam, auctore *Abdelcaher Algiorgiani* (1) Perſa, Grammatico inſigni. (2)

## XLV.

Codex exaratus die 3. menſis Gemadi prioris anno Egiræ 633. Chriſti 1235. quo continetur Commentarius in eundem librum hoc titulo: *Expoſitio teſtimoniorum quæ in Libro Declarationum occurrunt* (3), auctore (4) *Hassano Ben Abdalla Alcaisi Hispano*. (5)

## XLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni nota, quo continetur opus magni apud Arabas nominis, inſcriptum *Iſagoge in caſtigatam loquendi Methodum* (6), diſtributa in duas partes, quarum primâ de ſermonis Arabici puritate, ſecundâ de eloquentiæ præceptis diſſeritur: auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Hescham* (7), qui opus hoc abſolvit anno Egiræ 740. (8)

Ibi Auctor eruditus complurium Grammaticorum errata recenſet & caſtigat, maximè *Abi Bakri Mohamad Ben Zobair*, qui opinionum novitate ductus, varios in linguam Arabicam abuſus induxit.

## XLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de rebus ad Grammaticam pertinentibus, inſcriptus *Gutta roris*, & *Ærugo expolita* (9): ſubjectis ſuprà laudati Scriptoris *Ben Heſchami* notis. Hic verò exaratus eſt horis veſpertinis feriæ primæ menſis Gemadi prioris, anno Egiræ 974. Chriſti 1566. (10)

2.° Ejuſdem opus ſatis eruditum, hoc inſigne titulo *Auri micæ* (11), de ſermonis ſcilicet Arabici puritate & peritia, cum ipſius Auctoris Scho-

(1) *Auctor*: عبد القاهر الجرجاني ۞
(2) *Initium*: الحمد لله رب العالمين ۞
*Finis*: في ادغام النـــون ۞
(3) *Titulus*: ايضاح شواهد الايضاح ۞
(4) *Auctor*: حسن بن عبد الله القيسي المغربي الاندلسي ۞
(5) *Initium*: قال الفقيـــه ۞
*Finis*: بنصيـــب ۞
(6) *Titulus*: مدخل تقويم اللسان وتعليم الفصاحة ۞

(7) *Auctor*: ابو محمد بن عبد الله بن هشام ۞
(8) *Initium*: قال الفقيـــه ۞
*Finis*: يقال له حبيـــب ۞
(9) *Titulus*: قطر الندي وبل الصدي ۞
(10) *Initium*: قال الشيـــخ ۞
*Finis*: اولا واخـــرا ۞
(11) *Titulus*: شذور الذهب في معرفة كلام العرب ۞

Scholiis (1). Extat quoque in Bibliotheca Regia Pariſienſi *Num.* MCCVI.

3º Ejuſdem Commentarius in celeberrimum *Ben Maleki* Poema de Grammatica, inſcriptus *Aditus maximè patens* (2), exaratuſque anno Egiræ 915. Chriſti 1509. in urbe Marochi. (3)

## XLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus ad uſum Regiæ Marochanæ Bibliothecæ, abſque anni nota, quo continetur opus præſtantiſsimum univerſæ Grammaticæ præcepta complectens, in octo partes diſtributum, inſcriptumque *Erudito viro ſufficiens* (4), auctore ſuprà citato GEMALELDINO *ABDALLA BEN JOSEPH BEN AHMADO BEN HESCHAM ANSARÆO*, qui, ut refert Aſsiutheus in ſua *Bibliotheca Ægyptiaca*, anno Egiræ 708. *Cairi* natus, anno ejuſdem Æræ 761. meridianis horis feriæ 6. die quinta menſis Dilcadat, Chriſti 1359. fato functus eſt (5). Varia de Grammatica, & ſermonis Arabici peritia edidit, quorum Catalogum Scriptor proximè laudatus ibidem contexit. Ea verò ſunt: „ Liber inſcriptus *Memoria*, decem „ tomis comprehenſus; alter titulo „ *Sufficiens*, de quo hîc agitur; Com„ mentarius in Poema *Millenarium*, „ de quo *Num.* ſuperiori, atque in „ opus ejuſdem *Ben Maleki*, titulo *Fa*„ *cilis Methodus*; Commentarius in „ Poema *Borda* nuncupatum; Com„ mentarius in ſuum opus inſcriptum „ *Auri micæ*, jam pridem memoratum; „ Commentarius in Grammaticam *Ben* „ *Hagebi*, ejuſque Artem Poeticam; „ *Collectio parva & magna* (a), & alia plura, quæ ad noſtri Codicis calcem adnotantur.

## XLIX.

Codex nitidè exaratus feria 2. die 22. menſis Saphari, anno Egiræ 992. Chriſti 1584. ex Regia Bibliotheca Marochana, quo continetur in opus proximè recenſitum Commentarius, cui titulus *Expoſitio media* (6), auctore SCHAMSELDINO *MOHAMAD BEN ALSAIEG* (7), Scholæ Hambaliticæ Doctore, qui anno Egiræ 776. *Cairi* obiit. (8) Id ipſum opus inter alios haud impari eruditione *Badreldinus Aldomamini* commentatus eſt.

## L.

Codex exaratus anno Egiræ 770. Chriſti 1368. quo continetur Poema de Particulis ac de Partibus Orationis, inſcriptum *Fundamenta jacta* (6), auctore videlicet ſupra memorato *Ben Maleko*. (7)

## CXXXIX.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Poema de Verbis conjugandis, inſcriptum *Clavis*, ſive *Lamiat* (8), ita ſcilicet dictum, quod omnes & ſinguli illius verſus in literam *Lam* ſimiliter deſinant, auctore *Ben Maleko* (9). Conſtat verſibus 115. exaratumque fuit die 17. Saphari, anno Egiræ 911. Chriſti 1505.

2.° Commentarius in idem Poema *Lamiat*, quem edidit *Badreddinus* Auctoris filius, exaratus die 21. Rabii poſterioris, anno Egiræ 912. Chriſti 1506. (10)

3.° Commentarius in Grammaticam Doctoris *Azzedini Alzengiani* Grammatici præſtantiſsimi, titulo *Epitome Verborum Arabicorum inflexionem continens* (11), auctore *Massudo Altaphtazani*, clariſsimo juxta Theologo & Juriſconſulto. Id autem opus *Marochi* exaratum anno proximè memorato, die 23. Gemadi prioris. Hujuſce Commentarii alterum aſſervatur exemplar in Regia Eſcurialenſi Bibliotheca.

## CXL.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur ſæpiùs memorati *Ben Maleki* opus aliud viris doctis planè commendatum, de quo ſupra mentionem fecimus inter Codices in 4.° inſcriptum *Facilis Methodus, ſeu Supplementum* (12), quod Auctor in gratiam amicorum Grammaticæ ſuæ adjectum voluit.

## CXLI.

Codex nitidis literis exaratus anno Egiræ 775. Chriſti 1373. quo continetur ejuſdem opus eruditum de re Grammatica, cujus alterum inter Codices in 4.° protulimus exemplar, inſcriptum *Clara & comprobata univerſæ*



(1) *Titulus*: شرح الفية بن مالك ۞

(2) *Auctor*: تأليف ابو زيد عبد الرحمن المكودي ۞

(3) *Initium*: فهذا ش——رح ۞
*Finis*: بالتسطي——ر ۞

(4) *Auctor*: خالد بن عبد الله الازهري ۞

(5) *Initium*: فان معرف——ة ۞
*Finis*: للمك——ودي ۞

(6) *Titulus*: تعليل البن——ا ۞

(7) *Initium*: والاس——م ۞
*Finis*: التق——وي ۞

(8) *Titulus*: المفتاح في ابنية الافعال اي لامية ۞

(9) *Initium*: بفع——ل ۞
*Finis*: وج——لا ۞

(10) *Initium*: ه——ذه اوراق ۞
*Finis*: عب——س ۞

(11) *Titulus*: مختصر الصرف للزنجاني ۞

(12) *Titulus*: كتاب تسهيل الفوايد وتكميل المقاصد ۞

*Grammaticæ Methodus* (1), ubi doctiſsimus Scriptor difficiliores Grammaticæ quæſtiones, adductis principum Grammaticorum & Poetarum teſtimoniis, enucleat, ſolvitque.

Ad Codicis calcem præclara, quibus *Ben Malekus* ab Academiis ornatur, cognomenta hujuſmodi occurrunt, videlicet *Linguæ Arabicæ Dominus*, *bonarum Artium Magiſter* (2).

## CXLII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in idem opus *Clara & comprobata univerſæ Grammaticæ Methodus* nuncupatum, titulo *Declaratio* (3), auctore viro Grammatico & linguæ Arabicæ perito (4) *Aba Mohamad Mahmud Alaini*. (5)

## CXLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Grammaticam *Lamiat* ab eodem *Ben Maleko* metricè conditam, quæ de Verborum inflexione agit, inſcriptus *Expoſitio Poematis Lamiat* (6), auctore *Abulabbas Ahmad Ebn Alabbas Alvahrani* (7) *Oranenſi*, qui *Orani* claruit anno Egiræ 752.

2.° Opus quadripartitum Grammaticæ Inſtitutiones complectens, inſcriptum *Grammaticæ Fundamenta* (8), quod quidem ex Codicibus noſtris eſt alterum exemplar: auctore viro clariſſimo *Abu Mohamad Gemaleldino Ben Hescham Alansari*, nobili *Ægyptio*.

3.° Libellus aſceticus, *Sponſæ Diadema* (9) inſcriptus, ubi de optimi Mahometani officiis ad fidem & religionem ſpectantibus diſſeritur: auctore (10) *Tagildino Ben Atha Allah*. (11)

## CXLIV.

Codex eleganti ac perita manu exſcriptus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in idem Poema *Lamiat*, titulo *Paraphraſis* (12), auctore (13) *Mohamad Ben Omar Jamanita*, vulgò *Ben Bohroc*. (14)

## CXLV.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, quo continetur Commentarius in idem Poema *Lamiat*, auctore *Abdalla Alhassan Joseph Ben Mahd Alziati* (15) *Granatenſi*. Ex hacce fami-

(1) *Titulus*: شواهد التوضيح والتصحيح لمشكلات الجامع الصحيح ۞

(2) مولاء لسان العرب وحجة اهل الادب ۞

(3) *Titulus*: شرح كتاب الشواهد ۞

(4) *Auctor*: تاليف الشيخ النحوي اللغوي ابا محمد محمود العيني ۞

(5) *Initium*: حمدا ۞
*Finis*: كثيرا ۞

(6) *Titulus*: شرح لامية بن مالك ۞

(7) *Auctor*: ابو العباس احمد ابن العباس الوهراني ۞

(8) *Titulus*: قواعد الاعراب ۞

(9) *Titulus*: تاج العروس ۞

(10) *Auctor*: تاج الدين بن عطاء الله ۞

(11) *Initium*: ايها الاخ الحبيب ۞
*Finis*: الموحد ۞

(12) *Titulus*: شرح قصيدة لامية المسماة ابنية الافعال في علم التصريف لابن مالك ۞

(13) *Auctor*: محمد بن عمر اليمني المعروف بابن بحرق ۞

(14) *Initium*: قال علم ۞
*Finis*: اجمعين ۞

(15) *Auctor*: عبد الله الحسن يوسف بن مهد عرف بالزياتي ۞

milia inter Granatenſes nobiliſsima genus duxit *Leo Africanus*, Deſcriptionis Africæ auctor haud ignobilis. (1)

## CXLVI.

Codex exaratus die 10. Gemadi prioris, anno Egiræ 683. Chriſti 1284. quo continetur Poema inſcriptum *Sufficiens* (2), de Grammatica, diſtichis LXXIX. conſtans, quod rerum Grammaticarum ſcientiſsimus *Ben Hagebus* Grammaticam ſuam *Caphia* illuſtraturus edidit. (3)

Poema hoc, quod apud linguæ Arabicæ peritos maximi fit, adeo carum, rarumque eſt, ut fruſtra alibi quæras. Is verò Codex ex Bibliotheca Regia Marochana olim fuit.

## CXLVII.

Codex nitidè exaratus die 11. menſis Scheuali anno Egiræ 975. Chriſti 1567. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, titulo *Expoſitio* (4), auctore celeberrimo *Abdelrahmano Algiami*, qui declinante nono Egiræ ſeculo floruit. Hujuſce operis, quod eſt totius Grammaticæ Arabicæ veluti compendium, alterum exemplar occurrit inter Codices in 4.° ſupra recenſitos.

## CXLVIII.

Codex pereleganter exaratus die 21. Dilcadat, anno Egiræ 952. Chriſti 1545. quo continetur ejuſdem Auctoris Commentarii in Grammaticam *Caphia* alterum exemplar. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CXLIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur quartum ejuſdem Commentarii exemplar omnium accuratiſsimum. Accedunt Scholia *Oſſameddini* Grammatici inſignis, *Algiamæo* æqualis.

## CL.

Codex pulchrè exaratus, abſque anni nota, quo continetur quintum ejuſdem Commentarii exemplar, adjectis notis marginalibus & interlinearibus locupletiſsimis.

## CLI.

Codex exaratus anno Egiræ 933. Chriſti 1526. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, titulo *Expoſitio* (5), auctore *Scheha-beldino Ben Schamseddino Ben Omar Aldaulatabadi Alhendi* (6), qui inter *Caphiæ* Commentatores primas facilè obtinet. Hujus Commentarii alterum inter Codices in 4.° extat exemplar, idque melioris notæ.

## CLII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 981. Chriſti 1573. quo continetur alterum ejuſdem Commentarii exemplar. Ex Bibliotheca Regia Marochana.

## CLIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, titulo *Medius*,



(1) *Initium*: الحمد لله المنفرد ۞ *Finis*: اختلافهما ۞

(2) *Titulus*: الوافية ۞

(3) *Initium*: الحمد لله علي ما انعما ۞ *Finis*: الافعال ۞

(4) *Titulus*: شرح كافية ابن الحاجب ۞

(5) *Titulus*: شرح الكافية ۞

(6) *Auctor*: شهاب الدين بن شمس الدين بن عمر الدولتابادي ثم الهندي ۞

*dius*, qui & *Abſolutus* (1) dicitur, auctore Hassan Ben Mohamad Alastarbadi (2), cujus non ſemel à nobis ſuperiùs facta eſt mentio.

## CLIV.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, quo videlicet continentur:

1.° Commentarius in eandem Grammaticam *Caphia*, titulo *Medii Expoſitio* (3), auctore Alsaied Alschariph Algiorgiani (4) *Perſa*, qui anno Egiræ 816. in urbe *Schiraza* deceſsit. (5)

2.° Appendix ad eundem Commentarium ab eodem Auctore, de quo ſupra, concinnata, cui titulum præfixit *Commentarius in Caphiam Medius*. (6)

## CLV.

Codex carens anni notâ, qui Commentarium in Grammaticam *Caphia* complectitur; Auctoris nomen latet. Ex Regia Bibliotheca Marochana olim fuit. (7)

## CLVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 988. Chriſti 1580. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, inſcriptus *Declaratio* (8), auctore Abrahim Ben Mohamad Ben Arabscha Alasphraini (9), qui in urbe *Samarcanda* claruit nono Egiræ ſeculo (10). Accedunt doctiſsimi viri *Algiami* in eandem uberrima Scholia. Ex Regia itidem Bibliotheca Marochana.

## CLVII.

Codex exaratus die 29. menſis Schabani anno Egiræ 985. Chriſti 1577. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, titulo *Paraphraſis* (11), auctore Ahmad Ben Hassan Algiarbardi (12), qui ſuum Commentarium in duos Tomos diſtribuit, quorum is, de quo ſermo, prior eſt. (13)

## CLVIII.

Codex nitidè exaratus feria 3. die 20. menſis Saphari anno Egiræ 988. quo continetur ejuſdem Commentarii Tomus alter (14). Idem opus extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* 1286.

## CLIX.

Codex exaratus anno Egiræ 956. Chriſti 1549. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Caphia*, auctore Radhæo, de quo ſuperiùs frequens mentio. (15)

Co-

(1) *Titulus*: شرح المتوسط ۞ الوافيـــة ۞

(2) *Auctor*: حسن بن محمـــــــــد الاسطربـادي ۞

(3) *Titulus*: شرح المتوســـــــــط ۞

(4) *Auctor*: السيد الشريف الجرجاني ۞

(5) *Initium*: اعلـــــــــــــم ۞
*Finis*: كمـا ذكـــــــــــــر ۞

(6) *Titulus*: حـاشية المتوسط بشـــــرح الكـافية ۞

(7) *Initium*: الكلمـــــــــــــة ۞
*Finis*: اتمـامـــــــــــــه ۞

(8) *Titulus*: شرح الكـافيـــــــة ۞

(9) *Auctor*: ابراهيم بن محمد بـــــن عربشـاه الاسفرايني ۞

(10) *Initium*: فيقـــــــــــــول ۞
*Finis*: جزاذـــــــــــــك ۞

(11) *Titulus*: شرح علي كـافية ابـــن الحـاجب ۞

(12) *Auctor*: احمد بن حسن الجربردي ۞

(13) *Initium*: نحمـــــــــــــدك ۞
*Finis*: والانتهـــــــــــــا ۞

(14) *Initium*: نحمـــــــــــــدك ۞
*Finis*: علي وحنـــــــــــــي ۞

(15) *Initium*: امـا بعد حمـــــــد ۞
*Finis*: علي الـــــــــــــي ۞

## CLX.

Codex & Præfationis expers, & anni notâ carens, ubi occurrit Commentarius in Grammaticam *Caphia* ſatis amplus & eruditus, omiſſo auctoris nomine, qui varia Alcorani, & veterum Poetarum teſtimonia profert, eaque juxta Grammaticæ præcepta expendit.

## CLXI.

Codex nitidè cum vocalibus exaratus die 7. menſis Dilcadat anno Egiræ 837. Chriſti 1433. quo continetur Commentarius in Grammaticam *Giarumia* nuncupatam, olim Romæ typis editam, ita inſcriptus: *Excerpta ad difficiliora Giarumiæ loca explananda* (1), auctore viro doctiſsimo Schamseddino Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Alansari Algranathi (*Granatenſi*) vulgò Alraii (2), qui monet in Prologo opus hoc à ſe fuiſſe perfectum anno Egiræ 842. poſtrema die Saphari, idque in Regio Collegio Granatenſi, ubi humaniores literas per plures annos publicè profeſſus eſt. (3)

Is Codex, ut ad calcem adnotatur, ex apographo in Regia Bibliotheca Granatenſi aſſervato deſcriptus eſt.

## CLXII.

Codex nitidè exaratus feria 7. die 6. menſis Schabani anno Egiræ 913. Chriſti 1507. quo continetur Appendix ad Poema in Grammaticæ *Giarumiæ* expoſitionem, editum à Nureddino Ali Ben Hassan, vulgò Alsanhuri, Scholæ Schapheiticæ Doctore et Lectore (4), qui ad Codicis calcem eam Appendicem ſe abſolviſſe ait anno Egiræ 911. atque hoc titulo donaſſe: *Expoſitio Poematis Aluiat nuncupati* (5). Hoc Poema, quod 219. verſibus conſtat, idcirco *Aluiat* inſcribitur, quia ſinguli ejus verſus in literam *Ain* ſimiliter deſinunt. (6)

Ejuſdem Auctoris aliud opus *Medinæ* hiſtoriam, reſque à Mahometo geſtas complectens, exaratum anno Egiræ 886. occurrit in Reg. Bibliotheca Pariſienſi *Num.* 848.

## CLXIII.

Codex nitidis literis, ductiſque ad ſingulas paginas lineis aureis conſpicuus, exaratus die 3. Rabii prioris, anno Egiræ 956. Chriſti 1549. quo continetur opus Grammaticæ Inſtitutiones complectens, inſcriptum nempe *Locus ubi animi quieſcunt* (7), cum Scholiis marginalibus & interlinearibus, auctore (8) Ahmad Ben Ali Ben Massud. (9)

Hujus operis plura habentur exemplaria in Reg. Bibliotheca Pariſienſi.

## CLXIV.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, quo continentur:

Ope-

(1) *Titulus*: المستقل بالمفهومية في حل الفاظ الجرومية ۞

(2) *Auctor*: شمس الدين ابو عبد الله محمد بن محمد الانصاري الغرناطي الشهير بالراعي ۞

(3) *Initium*: فان بعـــــض ۞
*Finis*: وما اشبه ذلـــــك ۞

(4) *Auctor*: نور الدين علي بن حسن الشافعي المقري السنهوري ۞

(5) *Titulus*: شرح المنظومة المسمـــاة بالعلوية ۞

(6) *Initium*: فيقـــــول ۞
*Finis*: المساويـــــا ۞

(7) *Titulus*: مـــــراح الارواح ۞

(8) *Auctor*: احمد بن علي بن مسعود ۞

(9) *Initium*: اعلـــــم ۞
*Finis*: والجلســـــة ۞

1.° Operis proximè recenſiti exemplar alterum, adjectis variorum notis.

2.° Ejuſdem operis Epitome. Accedunt Commentarii alterius *Ahmedis Aldonghoz*, quæ vox Turcica Latinè *Porcum* ſonat.

3.° Anonymi opuſculum de Nominum inflexione, ubi de eorum præſertim pluralitate diſſeritur. (1)

## CLXV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in eandem Grammaticam ſatis accuratus, titulo *Declaratio* (2), auctore *Ahmed* cognomento *Donghoz* (3), qui claruiſſe fertur anno Egiræ 1026. imperitante Turcarum Rege Othmano hujus nominis ſecundo. (4)

## CLXVI.

Codex literarum nitore inſignis, abſque anni nota, complectens opus tripartitum de Grammatica, inſcriptum *Verborum inflexio* (5), quod etiam *Locus ubi animi quieſcunt* aliàs nuncupatur: auctore ſuperiùs laudato *Ahmed Ben Massud*, adſperſis ad oram notis Perſicè conſcriptis. (6)

Hoc opus eundem ſanè titulum præfert ac alterum de quo *N.°* CLXIII. fuſiùs tamen atque uberiùs de rebus Grammaticis agit: quamobrem illud hujuſce Tractatus Epitomen eſſe non immeritò arbitramur.

## CLXVII.

Codex nitidè exaratus feria 6. die 20. menſis Gemadi poſterioris anno Egiræ 763. Chriſti 1361. quo continentur:

1.° Opus egregium de Grammatica, inſcriptum *Medulla medullarum* (7), cujus plura hactenus recenſuimus exemplaria, auctore viro magni inter Arabas nominis *Ben Heschamo*, adjectis notis marginalibus & interlinearibus planè eruditis.

2.° Commentarius in Grammaticam viri doctiſsimi *Abulcassem Mohamad Ben Omar*, vulgò *Alzamkhaschræi et Giarallah* (8), de quo ſupra mentionem fecimus: auctore (9) *Gelaleldino Alarnaki Damasci incola* (10). Is autem Commentarius exaratus, atque abſolutus eſt feria 6. die 9. Dilhagia, anno Egiræ 707. Chriſti 1307.

## CLXVIII.

Codex carens anni notâ, quo continetur Commentarius in opus Grammaticum *Ben Heschami*, *Medulla* inſcriptum, titulo *Expoſitio Medullæ medullarum* (11), auctore *Abdelmenemo Ben Mohamad Alabarcuhi* (12), qui *Cairi* floruit nono Egiræ ſeculo. (13)

Co-

(1) *Initium*: اما بعد فـــــــان ۞
*Finis*: لعلة اخـــــــري ۞
(2) *Titulus*: شرح مـــــراح الارواح ۞
(3) *Auctor*: احمد دونغـــــــز ۞
(4) *Initium*: اللهـــــــم ۞
*Finis*: فلنختم الكـــــــلام ۞
(5) *Titulus*: علم الصـــــــرف ۞
(6) *Initium*: علـــــــم ۞
*Finis*: لعلة اخـــــــري ۞
(7) *Titulus*: لب الالباب في صناعـــــة الاعراب ۞

(8) *Auctor*: ابو القاسم محمود بن عمر الزمخشري جار الله ۞
(9) *Commentator*: جلال الدين الارنكي ۞
(10) *Initium*: فلقد طـــــــال ۞
*Finis*: قلـــــــت ۞
(11) *Titulus*: شرح لب الابـــــاب ۞
(12) *Auctor*: تاليف عبد المنعم بن محمد الابرقوهي ۞
(13) *Initium*: ان ارد ـــــــح ۞
*Finis*: الحـــــــادث ۞

## CLXIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens Anonymi Commentarium in idem opus *Medulla* (1). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CLXX.

Codex exaratus die prima menſis Schevali anno Egiræ 982. Chriſti verò 1574. quo continetur Commentarius in opus ejuſdem *Ben Heſchami* de re Grammatica planè doctum, *Sufficiens* nuncupatum, inſcriptus *Declaratio operis Sufficiens* (2) *dicti*, auctore (3) *Mohamad Abdelmagid Alsamuli Sectæ Schapheiticæ Doctore*, vulgò *Saudi*, *Ægyptio*. (4)

## CLXXI.

Codex nitidis exaratus literis, abſque anni nota, quo continetur opus Grammaticum in duas partes diviſum, quarum prior de Particulis, altera de Orationis partibus agit. Utramque habet Bibliotheca noſtra. Prima verò pars, quam hic Codex exhibet, Romæ prodiit cum Latina verſione. Inſcribitur autem *Centum Regentes*, auctore *Abdelcader Abu Bakr Ben Abdelrahmano Algiorgiani Persa*, cujus frequens & clariſsima ſuperiùs, ubi de hoc ipſo opere diſſeruimus, facta eſt mentio.

## CLXXII.

Codex exaratus feria 5. horis matutinis diei 10. menſis Rabii prioris anno Egiræ 596. Chriſti 1199. quo quidem anno ipſum opus, ut ex nota ad Codicis calcem appoſita liquet, ab Auctore abſolutum eſt. Ibi continetur ejuſdem operis *Abdelcaderi* pars altera, quæ *Propoſitiones* (5) inſcribitur (6). Hæc autem altera pars nec idem nomen, nec eandem apud Grammaticos exiſtimationem ac prior obtinuit; idque ex eo potiſsimùm patet, quod prior pars *Centum Regentes* inſcripta, à plurimis viris doctiſsimis eſt illuſtrata.

## CLXXIII.

Codex nitidè exaratus die 15. menſis Dilcadat anno Egiræ 758. Chriſti 1356. quo continetur Commentarius in priorem ejuſdem operis partem, titulo *Expoſitio Libri Centum Regentium* (7), auctore *Mohamad Ben Ahmad Alcaisari* (8), qui *Cæſareæ* natus, anno Egiræ 713. ſupremum obiit diem. (9)

*Cæſarea*, unde ortum habuit Auctor noſter, ad *Palæſtinam*, non ad *Ciliciam* pertinet; eſt quippe urbs maritima XII. paraſangis ab *Acca* in Africum divergens, olim *Pyrgos*, ſeu *Turris Stratonis* dicta; poſteà verò collapſa, ab Herode amplificata eſt, & in gratiam Cæſaris Auguſti illo inſignita nomine, ut *lib.* 15. *Antiq. Jud.* Joſephus refert. A Francis tertiò occupatam eripuit anno Egiræ 663. Ægypti & Syriæ Rex *Baibarſus*, & ferè univerſam, quantacunque ſupererat, delevit.

Co-

(1) *Initium*: الحمدلله الذي رفـــــــع ۞
*Finis*: اللفـــــــــــــط ۞
(2) *Titulus*: شرح المغنـــــــــــي ۞
(3) *Auctor*: تأليف محمد عبد المجيد
السامولي الشافعي السعودي ۞
(4) *Initium*: فقد الهمنـــــــــــي ۞
*Finis*: وطاهـــــــــــــرا ۞

(5) *Titulus*: الجمـــــــــــــل ۞
(6) *Initium*: اعلم انكـــــــــــل ۞
*Finis*: الجمـــــــــــــل ۞
(7) *Titulus*: شرح المائة عوامـــــل ۞
(8) *Auctor*: محمد بن احمد القيصري ۞
(9) *Initium*: افتـــــــــــرح ۞
*Finis*: الى قبلهـــــــــــا ۞

## CLXXIV.

Codex multiplici manu exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in ejuſdem operis partem *Centum Regentes*, de Particulis videlicet, earumque uſu, titulo *Paraphraſis* (1), auctore KHALEDO BEN ABDALLA BEN ABI BAKR ALANSARÆO (2), exaratus die 11. Schevali, anno Egiræ 947. Chriſti 1540.

2.° Commentarius ejuſdem auctoris *Khaledi* in Grammaticam *Giarumia*, exaratus die 21. menſis Moharrami anno Egiræ 953. Chriſti 1546. (3)

## CLXXV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 940. Chriſti 1533. quo continetur Commentarius in opus *Candelabrum* (4) inſcriptum, de rebus ad Grammaticam pertinentibus, cujus auctor *Abdelcaher Algiorgiani*, de quo ſupra *N.*° CLXXI. Ad Commentatorem quod attinet, is vocatur *ABU KENANAH* (5), de cujus integro nomine, patria, ac ætate nihil compertum. (6)

## CLXXVI.

Codex eleganter exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continetur opus de Grammatica omnibus numeris abſolutum, titulo *Liber Diſtinctionum* (7), diviſum in partes quatuor, quarum prima de Nominibus, ſecunda de Verbis, tertia de Particulis, quarta de Orationis Partibus (8): auctore *ABI ALCASSEM MAHMUD BEN OMAR ALZAMKHASCHRI*, vulgò GIARALLAH nuncupato, & aliàs pluribus locis à nobis memorato, qui in oppido *Zamkhaſchr* natus anno Egiræ 468. obiit anno 538. Eo quidem opere, ut & aliis, magnam ſibi famam apud ſuos peperit.

## CLXXVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 854. Chriſti 1450. quo continetur ejuſdem *Libri Diſtinctionum* aliud exemplar, adjectis variorum notis tùm Perſicè, tùm Arabicè. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CLXXVIII.

Codex eleganti ac peritâ manu exaratus, quo continentur:

1.° Opus de Grammaticæ Inſtitutionibus, cujus titulus *Exemplar* (9), auctore eodem *ALZAMKHASCHRÆO*. Exaratus autem is liber feriâ primâ, die 2. menſis Saphari anno Egiræ 650. Chriſti 1252. (10)

2.° Commentarius in idem opus *Exemplar*, auctore SCHAMSELDINO *ABDELGANI ALARDABILI* (11) in urbe *Ardabila*, quæ ad Provinciam *Aderbigianam* pertinet, nato (12). Hocce opus cum

(1) *Titulus*: شرح العوامل للجرجاني ۞
(2) *Auctor*: خالد بن عبد الله بن ابي بكر الانصاري ۞
(3) *Initium*: انه لمـــــا ۞
*Finis*: خاتـــــم ۞
(4) *Titulus*: شرح المصبـــــاح ۞
(5) *Auctor*: ابو كنانـــــة ۞
(6) *Initium*: فهـــــذه ۞
*Finis*: عامـــــل ۞
(7) *Titulus*: كتاب المفصل في صنعة الاعراب ۞

(8) *Initium*: واعـــــل ۞
*Finis*: احـــــرف ۞
(9) *Titulus*: انموذج في النحـــــو ۞
(10) *Initium*: الكلمـــــة ۞
*Finis*: لحـــــق ۞
(11) *Auctor*: شمس الدين عبد الغني الاردبيلي ۞
(12) *Initium*: وبعد فيقـــــول ۞
*Finis*: لطفـــــه ۞

cum Commentario habetur inter Codices Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis *Num.* 1287. ubi Auctor noſter mendosè *Gemakldinus Mohamad* vocatur.

## CLXXIX.

Codex carens anni notâ, quo continetur Commentarius in idem opus *Exemplar*, titulo *Expoſitio* (1), auctore (2) SAADELDINO MASSUD BEN OMAR, vulgò ALTAPHTAZANI (3), cujus mortem ad annum Egiræ 792. refert *Ebn Caſſem* in *Hiſtoria Virorum Illuſtrium*, qui ibi verba de Scriptore noſtro faciens, ait *illum hocce opus illuſtrandum ſuſcepiſſe annos decem & ſex natum* (4). Deinde ejus recenſet opera, quæ ſunt: „ Commentarius duplex in opus „ de Rhetorica, *Scientiarum Clavis* in„ ſcriptum; fuſior & brevior Gramma„ tica, *Manuductio* dicta; Commenta„ rius in Grammaticam *Sufficiens* nuncu„ patam; Commentarius in opus Logi„ cum inſcriptum *Solare*; Commenta„ rius in Epitomen Juris Civilis Docto„ ris *Ben Alhagebi*; Commentarius in „ Hiſtoriam Traditionum *Collectio Mag„ na* nuncupatam; & Commentarius „ in Alcoranum cum Appendice. (a)

## CLXXX.

Codex carens anni notâ, quo continetur opus de rebus ad Grammaticam pertinentibus, titulo *Florilegium* (5), ubi ex variorum Auctorum libris de accuratâ locutione excerpta occurrunt, præſertim ex libro *Fundamentum* inſcripto, tùm ex alio cui titulus *Metaphora*, nec non ex opere *Medulla* (6): auctore ALTAPHTAZANI ſuperiùs laudato. (7)

## CLXXXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in opus Grammaticæ *Manuductio* (8) inſcriptum Doctoris *Altaphtazani*: auctore ALBOKHARÆO ALAIEDDINO PERSA (9), qui octavo Egiræ ſeculo floruiſſe traditur. (10)

## CLXXXII.

Codex exaratus die 22. menſis Gemadi anno Egiræ 985. Chriſti 1577. quo continetur Commentarius in opus de Grammaticæ Inſtitutionibus Doctoris *Altaphtazani* ſupra memorati, titulo *Appendix ad opus* VERBORUM INFLEXIO *inſcriptum* (11), auctore (12) SCHAM-



(a) ومن مصنفاته شرح المفتاح المطول والتلخيص ۞ الارشاد في النحو ۞ شرح الكافية ۞ شرح الشمسية في المنطق ۞ حاشية مختصر ابن الحاجب في الاصول ۞ شرح جامع الكبير ۞ الكشاف وشرحه ۞

(1) *Titulus*: ۞ شرح كتاب الانمـــودج

(2) *Auctor*: سعد الدين مسعود بن عمر التفتـــازاني ۞

(3) *Initium*: ۞ وكل امـــــــــــــر

*Finis*: ۞ من الفقهـــــــــــــا

(4) يوم تاليف هذا الشرح كـــــان التفتزاني ابن ستة عشر سنة ۞

(5) *Titulus*: ۞ كتاب الاعجـــــــاز

(6) ۞ المتن ۞ الايجاز ۞ اللبـــــاب

(7) *Initium*: ۞ فـاني قـــــــــــــــس

*Finis*: ۞ التحقيـــــــــــــــق

(8) *Titulus*: ۞ شرح الارشاد في النحو

(9) *Auctor*: ۞ تاليف الشيخ البخـــاري

(10) *Initium*: ۞ ان اجـــــــــــري

*Finis*: ۞ الفاضـــــــــــل

(11) *Titulus*: حاشية على كتـــــاب تصريف التفتزاني ۞

(12) *Auctor*: الشيخ شمس الدين محمد الغزي ۞

Schamseldino *Mohamad* *Algazi*. (1)

## CLXXXIII.

Codex nitidè exaratus feria 2. die 15. Ramdani, anno Egiræ 924 Chriſti 1518. quo continetur Commentarius in idem opus *Verborum Inflexio* nuncupatum, titulo *Expoſitio* (2), auctore Nassereddino *Abu* *Abdalla* *Mohamad* *Allacani* (3), qui nono Egiræ ſeculo *Damaſci* claruiſſe perhibetur. (4)

## CLXXXIV.

Codex exaratus anno Egiræ 951. Chriſti 1544. quo continetur Commentarius in opus de Grammaticæ Inſtitutionibus Doctoris *Schehabeldini*, vulgò *Albendi Aldaulatabadi*, inſcriptus *Aditus patens ad præcipua Grammaticæ Arcana* (5), auctore Schehabeldino *Ebn* *Alaeldin* *Altocati*, vulgò *Ebn* *Arkia* (6), ex urbe *Tocat* (7) in regione Cappadociæ, quæ trium circiter dierum itinere ab urbe *Sivas*, aliàs *Sebaſti*, diſtat (8). Videſis Golium in Notis ad Alpherganum *pag.* 266. & Herbelotium in Bibliotheca Orientali *pag.* 889.

## CLXXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 731. Chriſti 1330. quo continetur Pars ſecunda operis Grammatici *Excerpta* (9) inſcripti, auctore *Abilhassan* *Abaidalla* *Ben* *Abi* *Alrabi* *Alcarschi* (10) Hiſpano. (11)

## CLXXXVI.

Codex multiplici manu exſcriptus, quo continentur:

1.° Tractatus in partes ſeptem diſtributus, præmiſsis doctis Prolegomenis de Grammatica, & ſermonis Arabici proprietate ac puritate, titulo *Promptuarium Grammaticæ fundamenta complectens* (12), auctore viro doctiſsimo *Assiutheo* ſuperiùs non ſemel memorato. (13)

2.° Commentarius in Poema de Arte Metrica, *Khazragicum* ab Auctoris nomine nuncupatum, quod & *Indicans* (14) aliàs vocitatur (15). Poematis auctor, vir clariſsimus ac inter recentiores Poetas facilè princeps, *Dhialddinus Abi Mohamad Abdalla Alkhazragi* Hiſpanus, ut Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ teſtantur; non verò Ægyptius, ut P. Philippus Guadagnoli in *Arabica*

(1) *Initium:* فهـــــــزا ۞
*Finis:* ودرابـــــــة ۞
(2) *Titulus:* شرح التصريــــف ۞
(3) *Auctor:* تاليف ناصر الدين ابــــو عبد الله محمد اللقـاني ۞
(4) *Initium:* امــــــــا ۞
*Finis:* الفـاعـــــــل ۞
(5) *Titulus:* كشف حجب فرايــــد الهندي ۞
(6) *Auctor:* تـاليف شهاب الدين ابن علاء الدين التوقاتي الشهير بـابن عرقيه ۞
(7) توقــــــــات ۞
(8) *Initium:* فقرقــــــــال ۞
*Finis:* المطلـــــــب ۞

(9) *Titulus:* السفر الثـاني من كتـــاب الملخص ۞
(10) *Auctor:* ابي الحسن عبيد الله بــــن ابي ربيع القرشي ۞
(11) *Initium:* الكــــــــلام ۞
*Finis:* الادغــــــــام ۞
(12) *Titulus:* الاقتراح في علم اصــــول النحوٴ ۞
(13) *Initium:* هذا كتـاب غريــــب ۞
*Finis:* النحـــــــوٴ ۞
(14) *Titulus:* القصيدة الخزرجية المسمـاة بـالرامزة ۞
(15) *Initium:* قـال الشيـــــخ ۞
*Finis:* الانتهـــــــا ۞

*cæ Linguæ Inſtitutionibus* falsò putavit. Illum complures notis, ſcholiis, commentariis ſunt proſecuti: quos inter præcipui cenſentur „ Antiſtes ac Regius Granatæ Judex *Abi Abdalla Mohamad Ben* „ *Ahmad Alhaſſaini* Septanus, ut & noſtri Commentarii auctor *Badreldinus*, „ vulgò *Aldomamini*, Alexandrinus (a), qui anno Egiræ 763. natus, anno ejuſdem æræ 827. in India obiit: quod *Aſsiuthæus* non obſcuris innuit verbis.

Hujus Poematis, ejuſque Commentarii Latina verſio Romæ prodiit anno M.DC.XLII. operâ & ſtudio ſupra laudati P. Guadagnoli.

Is autem Commentarius ſcriptus eſſe traditur in urbe *Bancara ex regione Thebaidis* (1) horis pomeridianis feriæ 2. die 2. menſis Ragebi anno Egiræ 817. Chriſti 1414.

## CLXXXVII.

Codex nitidis literis exaratus ac vocalibus animatus *Damaſci* anno Egiræ 611. Chriſti 1214. quo continetur opus de Grammatica, inſcriptum *Eloquens* (2), auctore *Kemaleldino Abilabbas Talabi Damasceno* (3), qui de Arabicis vocibus, quæ iiſdem literis ſcriptæ, ob varias motiones variam ſortiuntur ſignificationem, fusè atque eruditè diſſerit (4). Hic, ut ferunt, *Mobarradi* magni nominis Grammatici fuit æqualis, & acerrimus adverſarius. Plures habuit ſuæ doctrinæ ſectatores & ante, & poſt obitum, qui ad annum Egiræ 291. Chriſti 903. refertur.

## CLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus cum vocalibus die 19. menſis Gemadi poſterioris, anno Egiræ 709. Chriſti 1309. quo continetur Poema de eodem argumento, duobus verſuum millibus conſtans, titulo *Poema de Libro Eloquens* (5), auctore *Abdelhamid Ben Abilhadid Hispano* (6). Accedunt ad oras Codicis variorum adnotationes eruditæ (7). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 25. Moharrami, anno Egiræ 697. Chriſti 1297. quo continetur opus inſcriptum *Quæſtiones* (8), ubi varia occurrunt quæſita de rebus ad Grammaticam pertinentibus, auctore *Abilcassemo Ben Abi Alhassan Hispalensi*



(a) الخزرجية المسماة بالرامزة نظم الشيخ ضيا الدين ابي محمد عبد الله الخزرجي الاندلسي التي شرحها سابقا الامام قاضي الجماعة بغرناطة ابي عبد الله محمد بن احمد الحسيني السبتي ۞ وبدر الدين الدماميني المالكي المصري الاسكندراني ۞

(1) في بنقاره من بلاد الصعيد ۞

(2) *Titulus* : كتاب الفصيح ۞

(3) *Auctor* : كمال الدين ابو العباس ثعلب ۞

(4) *Initium* : هذا كتاب ۞
*Finis* : العوام ال ۞

(5) *Titulus* : ارجوزة في كتاب الفصيح ۞

(6) *Auctor* : عبد الحميد بن ابي الحديد الاندلسي ۞

(7) *Initium* : يقول راجي ربه ۞
*Finis* : سلامي ۞

(8) *Titulus* : مسايل ۞

*Alkhotmai Alsamili* (1), qui Arabicæ linguæ peritiâ clarus, anno Egiræ 581. ſupremum diem obiit. (2)

CXC.

Codex literis Cuphicis exaratus die 15. menſis Ragebi anno Egiræ 694. Chriſti 1294. quo continetur Commentarius ſatis doctus in Grammaticam *Abu Muſa Ben Iſſa Algiozuli*, Grammatici ſexto Egiræ ſeculo clari, hac inſcriptione: *Expoſitio Grammaticæ Algiozuliat* (3), auctore *Abu Ali Omar Ben Mohamad Ben Abdalla Alazadi* (4), qui huic operi, ut ipſe in Præfatione aſſerit, manum admovit die 8. Gemadi prioris anno Egiræ 622. Chriſti 1225. (5)

CXCI.

Codex carens anni notâ, quo continetur Commentarius in Grammaticam inſignis Grammatici *Ali Ben Mohamad Alſakhaui*, titulo *Grammaticæ Declaratio* (6), auctore viro celeberrimo *Khuageh Nassereddino Althusi* (7), de quo ſuo loco redibit ſermo. (8)

CXCII.

Codex nitidè exaratus *Damaſci* anno Egiræ 657. Chriſti 1258. quo continetur Commentarius in Tractatum de caſtiganda lingua Arabica, olim elucubratum ab *Abu Naſſero Iſmail*, vulgò *Giauharæo*, eruditi Lexici Arabici *Sermonis Puritas* inſcripti conditore, hunc præferens titulum: *Expoſitio Libri Arcana puri Sermonis nuncupati* (9): auctore *Khalil Ben Abdalla Alsaphadi* (10), *Syro* ex urbe *Saphad*, qui plura Arabica vocabula ſuis, quas illa imperitorum vitio nonnihil amiſere, motionibus reſtituit; eaque ad priſtinam & ſeveriorem Majorum normam reformavit. (11)

CXCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur opus de re Grammatica, capitibus ducentis comprehenſum, titulo *Arcana Linguæ Arabicæ* (12), auctore *Kemaleldino Abulbarkat Alanbari Assyrio* (13), qui ſeculo Egiræ quinto in urbe *Anbara* claruiſſe memoratur. (14)

*Anbara*, quæ ad *Bagdadæ* tractum pertinet, peculiari nomine *Firuzabur* (15) nuncupari ſolet. *Anbar* (16) verò dicitur, quod Latinè *horreum* ſonat, quia *Nabocandaſre* illius, ut fertur, condi-

(1) *Auctor*: ابي القاسم بن ابي الحسن الخثعمي ثم السميلي ❁

(2) *Initium*: زعمـــــــوا ❁
*Finis*: الدليـــــــل ❁

(3) *Titulus*: شرح الجزوليه في النحوٓ ❁

(4) *Auctor*: ابو علي عمر بن محمد بن عبد الله الازدي ❁

(5) *Initium*: هذه الجملـــــــة ❁
*Finis*: وماشبه ذلــــــــك ❁

(6) *Titulus*: شرح للسخاوي في النحوٓ ❁

(7) *Auctor*: ذاليق خواجه نصير الديـــن الطوسي ❁

(8) *Initium*: قراكـــــــــر ❁
*Finis*: كالـــــــــون ❁

(9) *Titulus*: شرح كتاب غوامـــــض الصحاح للجوهري ❁

(10) *Auctor*: خليل بن عبد اللـــــه الصفدي ❁

(11) *Initium*: فان كتـــــــــاب ❁
*Finis*: في اســــــــــف ❁

(12) *Titulus*: كتاب اسرار العربيـــة ❁

(13) *Auctor*: كمال الدين ابو البركات الانبـاري ❁

(14) *Initium*: ان قـــــــــال ❁
*Finis*: والســـــــــلام ❁

(15) فيروزسابـــــــــور ❁

(16) الانبـــــــــار ❁

ditor, quaſdam Arabum familias incertis caſtris vagantes hoc oppido & territorio, velut ſtabili ſede & horreo, congregaſſet: ita quidem *Cazuinæus* refert, à quo & Golius eadem accepit, quæ adnotata reperies in ejus ad Alpherganum Notis *pag.* 124.

## CXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 634. Chriſti 1236. foliis aliquot detractis initio mutilus, quo continetur opus Grammaticæ Inſtitutiones complectens, inſcriptum *Liber Declarationum* (1), auctore *Abu Ali Alhassan Ben Ahmad Alfassui*, ex urbe *Faſſa* in Perſia, unde gentile nomen *Faſſui*, oriundo.

## CXCV.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de Grammaticæ Inſtitutionibus ſatis amplus, in quo & Auctoris nomen, & anni nota, perinde ac operis principium deſiderantur.

2.° Grammaticæ Compendium, titulo *Fundamenta* (2), auctore *Abu Ali Ahmad Albosravi* (3), qui *Boſræ* in Syria natus, claruiſſe fertur ſexto Egiræ ſeculo. (4)

3.° Poema de Grammatica, mille conſtans verſibus, *Margarita Millenaria* (5) inſcriptum, auctore *Abu Zacharia Jahia Ben Maath Ben Abdelnur Alzavavi*, origine *Africano* (6), gente *Hispano*, qui Poemati Mahometanis commendatiſsimo ultimam manum impoſuiſſe traditur anno Egiræ 595. & *Cairi* obiit anno 625. (7)

Id autem Poema exaratum eſt in urbe *Ameria* die poſtrema Rabii poſterioris anno Egiræ 720. Chriſti 1320.

## CXCVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Tractatus in decem capita diſtributus, titulo *Oblectamentum Elegantiæ* (8). Ibi de Nominum declinandorum, Verborumque conjugandorum ratione præcipuè diſſeritur. (9)

## CXCVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo nec anni nota, nec Auctoris nomen extat. Eo continetur Tractatus ſatis amplus de Grammaticæ Inſtitutionibus, inſcriptus *Clara Methodus* (10): opus ſanè in primis utile & commodum Arabicæ linguæ ſtudioſis, quippe quod difficultates, quas mille tricis & ambagibus Grammatici plures implicuerunt, brevi, facili ac perſpicuâ methodo & propoſitas & explicatas exhibeat. (11)

## CXCVIII.

Codex literis pariter Cuphicis exara-

(1) *Titulus*: كتاب الايضاح في النحو ۞
(2) *Titulus*: القواعـــــــــد ۞
(3) *Auctor*: ابو علي احمد البصروي ۞
(4) *Initium*: الكـــــــلام ۞
*Finis*: ونسيـــــــان ۞
(5) *Titulus*: الدرة الالفية في علـــــم العربية ۞
(6) *Auctor*: ابي زكريا يحيا بـــن معط بن عبد النور الـــــزواوي الاندلسي ۞
(7) *Initium*: وبعـــــــد ۞
*Finis*: أسلـــــــم ۞
(8) *Titulus*: نزهة الطرف في علـــــم الصرف ۞
(9) *Initium*: فـــــــان ۞
*Finis*: حل الفعـــــل ۞
(10) *Titulus*: كتاب الواضح فـــــي النحو ۞
(11) *Initium*: هذا كتـــــاب ۞
*Finis*: ان شا اللـــــه ۞

aratus die 11. menſis Schabani an. Egiræ 642. Chriſti 1244. complectens Anonymi opus de Grammatica, quod inſcribitur (1) *Epitome totius Grammaticæ.* (2)

Hîc obſervare operæ pretium duximus Codices literis Cuphicis exaratos, plerumque Auctores habere Hiſpanos, vel in Hiſpania fuiſſe conſcriptos: tùm quia characteres Cuphici Afris & Hiſpanis ſunt maximè peculiares, tùm quia hujuſmodi Codices iis temporibus ſunt exarati, quum literæ & ſcientiæ plurimùm in Hiſpania florerent.

## CXCIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo Auctoris nomen, operis initium & anni nota deſiderantur. Ibi occurrit Tractatus de Grammaticæ Inſtitutionibus ſatis quidem amplus, ſed temporum injuriâ male habitus: quod ſanè infortunium non paucis horum Codicum accidiſſe, eoſdem noſtris ipſi manibus pertractantes, deprehendimus.

## CC.

Codex literis Cuphicis exaratus, complectens opus multiplici manu exſcriptum, ubi de Orthographia Arabica diſſeritur, adjectis variorum notis.

## CCI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Grammatica *Agrumia* dicta, cujus plura tùm manuſcripta, tùm impreſſa ocurrunt exemplaria in Regia Bibliotheca Eſcurialenſi: auctore *Mohamad Ben Abdalla Abu Abdalla Ben Daud Alsanhagi.* (3)

(1) *Titulus*: كتاب مختصر في النحو ۞

(2) *Initium*: الكــــــــلام ۞

*Finis*: مــــــــن ذاك ۞

(3) *Auctor*: تاليف محمد بن عبد الله ابو عبد الله بن داود الصنهاجي ۞

# RHETORICI
## IN FOLIO.

### CCII.

CODEX literis Cuphicis exaratus die 14. menſis Dilhagia an. Egiræ 837. Chriſti 1433. quo continetur opus Rhetoricas Inſtitutiones complectens, in duas partes diſtributum, quod *Viro eloquenti Sufficiens* (1) inſcribitur, ubi clariſsimus vir, ſæpe à nobis inter Grammaticos ſupra laudatus, Gemaleldinus *Abu Mohamad Abdalla Ben Hescham*, de peritia atque arte Arabicè dicendi fuſiùs diſſerit. Nonnulla initio hujus Codicis deſiderantur folia.

### CCIII.

Codex nitidè ac pereleganter exaratus die 15. Moharrami, anno Egiræ 1007. Chriſti 1598. quo continetur Commentarius in idem opus *Sufficiens*, de quo ſuprà, inſcriptus *Expoſitio* (2), auctore *Mohamad Ben Abi Bakr Almakhzumi Aldomamini* (3), qui nono Egiræ ſeculo *Cairi* floruit (4). *Domamini* autem vocitatur, quia ex oppido quodam Ægypti ſuperioris *Domamin* (5) nuncupato genus duxiſſe fertur, ut eruditus Aſsiuthæus notat in *Bibliotheca Ægyptiaca*, quam publici juris fecit anno Egiræ 904. ubi auctorem noſtrum tradit *Alexandriæ* obiiſſe anno Egiræ 872. Chriſti 1467.

### CCIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 892. Chriſti 1486. quo continetur ejuſdem Commentarii alterum exemplar, inferioris tamen notæ.

### CCV.

Codex pereleganter exaratus, vocalibuſque animatus horis matutinis feriæ 4. die 6. menſis Schevali anno Egiræ 982. Chriſti 1574. quo continetur opus longè celeberrimum Artis dicendi præcepta complectens, inſcriptum *Scientiarum Clavis* (6), diviſumque in partes tres, quarum primâ *de Grammaticæ præceptis* (7) diſſeritur; ſecundâ *de Arte Rhetorica*, ſive *de Verborum ſenſu, ac Demonſtrationibus, necnon de Elocutione, & figurata Dictione* (8); tertiâ

*de*

(1) *Titulus*: كتاب المغني اللبيب في كتب الاعاريب ۞

(2) *Titulus*: شرح مغني اللبيب عن كتب الاعاريب ۞

(3) *Auctor*: تصنيف محمد بن ابي بكر المخزومي الدماميني ۞

(4) *Initium*: من المعلـــوم ۞
*Finis*: فمالي وللتطويـــل ۞

(5) الدماميـــن ۞

(6) *Titulus*: مفتاح العلـــوم ۞

(7) *Titulus*: في الصرف والنحـــو ۞

(8) *Titulus*: علمي المعاني والبيان ۞

*de Arte Poetica* (1) : auctore viro eloquentiſsimo SERAGEDDINO *ABU IACUB* JOSEPHO BEN *ABI BAKR ALSEKAKI PERSA* (2), qui apud Arabes in tradendis Rhetoricæ præceptis tanti ſit, quanti apud Latinos Quintilianus. Inter alia verò quæ ille ibidem ſancit, illud ſanè præcipuum eſt neminem poſſe in quavis arte, vel ſcientia Scriptoris nomen mereri, qui non ſit Grammaticæ, Rhetoricæ, & Poeticæ præceptis maximè imbutus, atque apprimè eruditus. (3)

Ad Codicis calcem varia hujuſce operis præconia metricè conſcripta legere eſt, quorum unum, vel alterum Diſtichon ſeligo, ut auctoris nomen & operis pretium intelligas.

„ Utilitates *Scientiarum Clavis* ſunt ſin-
„ gulares: viro cuique optimo, con-
„ ſummatoque ornamentum eſt. Qui
„ illius commoda ſemel ſentit, ad eam
„ redire rurſus cupit: verè ego juro
„ *Clavem* hanc ſemper ac ubique uti-
„ lem fore. (a)
„ Proh *Scientiarum Clavis*! verè enim
„ illa mare immenſum eſt, ubi res pre-
„ tioſæ affluunt. Neve timeas illi te
„ committere, amicus verè eſt; nam qui
„ elegans eſt, elegantem invenit & be-
„ nevolum. (b)

Arabes Pſeudoprophetâ antiquiores, ſi carmina excipias, nullum ſanè literarum monumentum poſteris reliquiſſe omnes penè Scriptores teſtantur; proſâ tamen oratione illi utebantur; quotieſque declamandi occaſio ſeſe offerret, qui ceteris eloquentior, is ad populum concionem habebat. Ceterùm in iis qui poſteà ſcripſere, ſententiarum quidem acumen & phraſium elegantiam mireris; at methodum, quæ apud Græcos, Latinoſque ſemper obtinuit, vix reperias. Id vitium facilè videre eſt in Alcorano, cujus Auctorem ferunt Mahometum, ubi orationes diſperſæ, miniméque inter ſe colligatæ paſsim occurrunt. Atque hæc ſanè inter alias ratio potiſsima eſt, cur Alcoranus in alium ſermonem difficili negotio converti poſsit. Itaque recentiores Arabes rerum potiti, graviſſimo huic incommodo conſultum volentes, ſtudioſè conquiſitis Græcorum libris, ſelecta Rhetoricæ præcepta in Arabicum ſermonem tranſtulerunt, eaque ſuæ linguæ indoli accommodarunt. Hac dicendi arte ceteris palmam præripuiſſe Auctorem noſtrum fatetur Aſſiuthæus, qui & præſtantiſsimos variæ ætatis Oratores commemorat in *Bibliotheca Ægyptiaca*; idque prætereà ex eorum ſerie in hac noſtra Bibliotheca deinceps patebit.

Co-

(a) فوايد مفتاح العلوم فرايد : لاجياد ارباب النهي وقلايد
عوايده من حاول الفضل عايدا : اليه اليه كل وقت عوايد

(b) واها لمفتاح العلوم فانه بحرخضّم فاض فيه لطايف
فعليك بالتطواف ماخلّيبه ان اللطيف علي اللطيف لطايف

(1) *Titulus*: علم العروض
(2) *Auctor*: تاليف الامام سراج الدين ابو يعقوب يوسف بن ابي بكر السكاكي

(3) *Initium*: فان نوع الادب
*Finis*: لفصل الاختصار

## CCVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 851. Chriſti 1447. Eo continetur Commentarius in tertiam partem ejuſdem operis de Rhetorica, titulo *Expoſitio tertiæ partis Clavis Scientiarum* (1), auctore ALSAIED ALSCHARIPHI ALGIORGIANI *ABU HASSAN ALI* (2), qui anno Egiræ 740. natus, obiit *Schirazæ* in Perſia anno ejuſdem Æræ 816. Accedunt variorum Scholia (3). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCVII.

Codex, omiſsâ anni notâ, continens ejuſdem Commentarii alterum exemplar cum notis marginalibus ac interlinearibus.

## CCVIII.

Codex exaratus die 23. menſis Saphari anno Egiræ 833. Chriſti 1429. quo continetur ejuſdem Commentarii tertium exemplar, quod ab aliis non nihil videtur diſcrepare. Ad hujus Codicis calcem hæc adſcripta nota: *Auctor Commentario ultimam impoſuit manum anno Egiræ* 803. *Chriſti* 1400.

## CCIX.

Codex mutilus, carens & fine & anni notâ, quo continetur Appendix ad eundem Commentarium, hoc titulo: *Scholia ad Commentarium Doctoris Alſaied Alſchariphi in librum Clavis Scientiarum* (4): auctore *ALI BEN MAGEDEDDINO ALSCHAHRURI ALBATAMI* (5), fortè *BASTAMI* (6), ex urbe *Baſtham* in Perſia oriundo, ut probabiliùs conjicio.

## CCX.

Codex primoribus aliquot foliis mutilus, exaratus anno Egiræ 803. Chriſti 1400. quo continetur Commentarius in Librum *Clavis Scientiarum*, id eſt in tertiam illius partem de Rhetorica: auctore *ABU ALI AHMAD DANBAVANDI PERSA* (7) ex regione *Danbauand* (8), quæ Tabreſtanam inter & urbem *Rey*, ad quam jure pertinet, ſita eſt. Inter alia memoranda illius regionis ab Hiſtoricis celebrata, mons eſt eximiæ altitudinis, eodem nomine *Danbauand* dictus, quem eleganter deſcribit Jacutus apud Golium. *pag.* 197. „ Danbauand ſublimis atque eminens „ quàm maximè mons eſt, qui & *Biuraſphi* mons dicitur. Superiorem ejus „ partem hyeme ac æſtate non deficiunt „ nives. Verticem conſcendere, vel „ accedere nemo valet. Hunc ego mon„ tem aſcendi ſummo cum labore & „ vitæ diſcrimine, donec ad ejus me„ dium tandem perveni; neque ul„ teriùs quempiam eſſe progreſſum pu„ to. Ille idem etiam conſpicitur ex „ prato Arcis; at quiſquis illum ex *Rey* „ urbe proſpicit, exiſtimat ſibi eun„ dem deſuper imminere, cum tamen „ intercedant tres paraſangæ. Vidi ego „ fumum & ignem è montis ejuſ„ dem ſpecu exeuntes; & rei veri„ tatem comprobaturus, hiſce oculis aſ-



(1) *Titulus* : شرح القسم الثالث مـــن كتـاب المفتـاح ۞

(2) *Auctor* : السيد الشريف الجرجـاني ابو حسن علي ۞

(3) *Initium* : نحمـ———ك ۞

*Finis* : الموفقيـ———ن ۞

(4) *Titulus* : حـاشية علي شرح مفتـاح العلوم للسيد الشريف ۞

(5) *Auctor* : الشيخ علي بن مجد الدين الشهروري البطـامي ۞

(6) البسطامـ———ي ۞

(7) *Auctor* : ابو علي احمد الدنباوندي ۞

(8) دنباونـ———د ۞

,, pexi ſulphureum quemdam fontem,
,, & circum ſaxo ſimile ſulphur : ubi
,, orto ſole accenditur , hinc ignis
,, apparet. Sub monte autem per fo-
,, veas , ſive crateres varii permeant
,, venti , unde contrarii oriuntur ſo-
,, nitus qui vocem humanam auſcul-
,, tanti referre videntur. Quamobrem
,, fumus ille , quem Dohaki halitum
,, eſſe putant , revera nihil aliud eſt
,, quàm fontis ſulphurei exhalationes.
,, Præterea in montis ejuſdem tracti-
,, bus veſtigia reperi antiquæ ſtructuræ,
,, ut & monumenta quædam , quæ
,, illa Perſicorum Regum eſſe opera
,, demonſtrant. Prope ipſum hunc
,, montem fodina extat ſtibii Reyani,
,, necnon lithargyri , plumbi , & chal-
,, canthi.

## CCXI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 13. Ramdani anno Egiræ 977. Chriſti 1569. quo continetur Commentarius in eundem Librum *Scientiarum Clavis* dictum , titulo *Expoſitio fuſior* (1), auctore *Massud Ben Omar Altaphtazani* (2) , qui huic Commentario ultimam manum impoſuiſſe traditur anno Egiræ 789. (3)

## CCXII.

Codex nitidè exaratus die 3. menſis Moharrami anno Egiræ 990. Chriſti 1582. quo continetur Appendix ad Commentarium Doctoris *Altaphtazani* in tertiam partem *Clavis Scientiarum* de Arte bene dicendi , titulo *Scholia ad Commentarium fuſiorem* (4) , auctore viro clariſſimo (5) *Hassan Gelabi* , vulgò Cadhizadeh *Romæo*. (6)

## CCXIII.

Codex nitidè exaratus die 24. Dilcadat anno Egiræ 886. Chriſti 1481. quo continetur Appendix ad eundem Commentarium fuſiorem in *Clavem Scientiarum* , inſcripta *Notæ ad Librum fuſiorem* (7) , auctore *Jahia Ben Saiph Alsirami* (8) , qui ſuum hunc Commentarium abſolvit die 3. feria 4. menſis Saphari anno Egiræ 830. Chriſti 1426. (9)

Is Auctor *Sirami* vocitatur à *Serramanraa* (10) Iracæ , vel Aſſyriæ urbe: quæ quidem vox compoſita ex *Serra-man-Raa* , Latinè ſonat *qui eam videt, lætatur*. Eo autem nomine nuncupata fertur , quod ſoli fertilitate , cœlique temperie frueretur : unde *Serramorenæ* in Hiſpania nominis fortè derivatio.

## CCXIV.

Codex nitidis literis cum vocalibus exaratus die 7. menſis Schevali anno Egiræ 735. Chriſti 1334. quo continetur opus præſtantiſſimum de Arte Rhetorica & Poetica , inſcriptum *Methodus univerſalis ac abſoluta* (11) , in octo partes diſtributum : ubi auctor ejus

(1) *Titulus* : كتاب المطول علي شرح المفتاح ۞
(2) *Auctor* : تاليف مسعود بن عمر التفتزاني ۞
(3) *Initium* : ۞ هذا كتاب
*Finis* : ۞ الخاتمة
(4) *Titulus* : ۞ حاشية علي المطول
(5) *Auctor* : ۞ حسن جلبي قاضي زاده

(6) *Initium* : ۞ الهما
*Finis* : ۞ البلاغة
(7) *Titulus* : ۞ حاشية كتاب المطول
(8) *Auctor* : ۞ يحيي بن سيف السيرامي
(9) *Initium* : ۞ هذا شرح كتبة
*Finis* : ۞ تخيل
(10) ۞ سر من راي
(11) *Titulus* : كتاب المثل السائر في ادب الكاتب والشاعر ۞

ejus *Dhiaeldinus Abilphath Nasserallah Ben Mohamad Ben Abdelcarim Algezeri* (1), Aſſyrius ex Inſula in Meſopotamia dicta *Gezirat Bani Omar* (2). Hic ſanè incomparabilis vir & ævi ſui Scriptor eminentiſsimus, ſingula optimi Rhetoris recenſens requiſita, inquit: Rhetori 1.° neceſſaria eſt Gram-
„ maticæ ſcientia; 2.° Linguæ Arabicæ
„ peritia; 3.° Veterum Arabum prover-
„ biorum & annalium doctrina; 4.° Fre-
„ quens & accurata ſelectorum tùm
„ Poeticæ, tùm Rhetoricæ facultatis
„ Auctorum lectio; 5.° Regii juris no-
„ tio; 6.° Alcorani intelligentia cum
„ perfecto ejus uſu; 7.° Rerum geſta-
„ rum, quæ ad Mahometanos potiſ-
„ ſimùm ſpectant, eruditio; 8.° de-
„ nique Scientia Artis Metricæ & Rhy-
„ thmicæ.(a)

## CCXV.

Codex nitidè ac pereleganter exaratus ad uſum Bibliothecæ *Zaidani*, Regis Marochi, die 24. menſis Gemadi poſterioris, anno Egiræ 1018. Chriſti 1609. quo continetur Commentarius in opus de Rhetorica inſcriptum *Veris Flores* (3), magni inter Arabas pretii, ubi textus & aureis literis exaratus, & elegantiſsimorum colorum varietate diſtinctus, oculis mirificè arridet: auctore (4) *Hossain Ben Solimano Alepino*. (5)

## CCXVI.

Codex nitidè exaratus, in quo principium & anni nota deſiderantur. Is continet Poema de Arte Rhetorica, inſcriptum *Alphia* (6), cujus ſinguli verſus in literam *Aleph* ſimiliter deſinunt. Accedunt Doctoris *Almoradæi* Commentarii ſatis eruditi. Poematis auctor *Abu Zacharia Jahia Ebn Maath Hispanus* (7), *Damaſci* incola, qui *Cairi* anno Egiræ 628. deceſsiſſe traditur.

## CCXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 762. Chriſti 1360. *Conſtantinæ* in Africa, cujus fuſam & elegantem habes deſcriptionem apud Leonem Africanum in *Africæ Deſcriptione*, quo con-



(a) الكاتب والاديب يحتاج اولا معرفة علم العربية من النحو والتصريف ۞ ثانيا معرفة اللغة ۞ ثالثا معرفة امثال العرب ومعرفة الوقايع التي جاءت في الحوادث ۞ الرابع الاطلاع علي تاليفات من تقدمه الصنعه في من اربابهذه المنظوم والمنثور والتحفظ للكثير منه ۞ خامسا معرفة الاحكام السلطانية ۞ سادسا حفظ القران والتدرب باستعماله ۞ سابعا حفظ ما يحتاج اليه من الاخبار المختصة في مذهب الاسلام ۞ ثامنا معرفة العروض والقوافي ۞

(1) *Auctor*: ضياء الدين ابي الفتح نصر الله بن محمد بن عبد الكريم الجزري فريد عصره ووحيد دهره ۞

(2) *Initium*: باب علم البيـــــان ۞
*Finis*: كقطرة من البحـــــر ۞

(3) *Titulus*: حاشية زهر الربيع فـــــي شواهد البديع ۞

(4) *Auctor*: تاليف الشيخ حسن بـــــن سليمان الحلبي ۞

(5) *Initium*: قفن رابـــــن ۞
*Finis*: دفخرها عنهـــــا ۞

(6) *Titulus*: الفيـــــة ۞

(7) *Auctor*: ابو زكريا بن معط يحيي الاندلسي ۞

continetur liber de Arte dicendi & ſcribendi, cujus titulus *Demonſtrationes* (1), auctore (2) *Abu Abdalla Alhossain Ebn Abdalla Ben Mohamad Althaiebi* (3). Is huic operi, in quo exquiſitiſsima ex libris *Fax ſelectior*, & *Methodus univerſalis* (4) inſcriptis delibata collegit, ultimam manum impoſuit anno Egiræ 737. Chriſti 1336. feria 2. die poſteriori menſis Schevali; obiiſſe autem fertur anno Egiræ 743.

Accedunt ejuſdem Auctoris Scholia & Notæ. Hic verò Codex habetur in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* 1585.

## CCXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Poema de Arte dicendi cum Commentario, hoc inſignitum titulo: *Cingulum margaritis exornatum* (5), auctore Gelaleldino Assiuthæo. (6)

2.° Ejuſdem Auctoris Poema de Eloquentia, cum Commentario, inſcriptum *Aſtrum ſeſe diffundens* (7), cujus initio unum, alterumve deſideratur folium.

3.° Ejuſdem Opuſculum aliud Rhetoricæ exercitationes complectens, quod inſcribitur *Selecta*. (8)

## CCXIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Commentarius in Artem dicendi *Fax* (9) nuncupatam, quam edidit vir clariſsimus *Mohamad Ben Mohamad Abdalla Ben Malek Althai Jaienenſis*, auctore Antiſtite *Mohamad Ben Abdelrahman Hispano*, origine *Marochano* (10), qui octavo Egiræ ſeculo floruit. (11)

2.° Tractatus de Arte Metrica, inſcriptus *Solutio Sigillorum* (12), ubi varia carminum genera ordine alphabetico, exemplis inſertis, proponuntur: auctore viro erudito *Khalil Ebn Abdalla Alsaphadi*, Syro, & Regio Damaſci Cancellario. (13)

## CCXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in eandem Artem dicendi *Fax* dictam, auctore *Ebn Zadeh Kemaleldino* (14). Olim ex Regia Bibliotheca Marochana. (15)

Co-

(1) *Titulus*: التبيان في المعانـــــي والبيان ۞

(2) *Auctor*: تاليف الشيخ ابو عبد اللـــه الحسين ابن عبد الله محمد الطيبي ۞

(3) *Initium*: فان اولي مـــــــا ۞
*Finis*: ادـــــــــرا ۞

(4) *Titulus*: كتاب المصباح ۞ النـوادر ۞ المثل السائر ۞

(5) *Titulus*: كتاب المنظومة المسمـــي بالجمان في علم المعاني والبيان ۞

(6) *Auctor*: تاليف جلال الديـــــن الاسيوطي ۞

(7) *Titulus*: الكوكب الساطع في شرح جمع الجوامع ۞

(8) *Titulus*: كتاب النقايـــــة ۞

(9) *Titulus*: شرح المصباح في علـــــم المعاني ۞

(10) *Auctor*: تاليف الامام محمد بـــن عبد الرحمن المراكشي ۞

(11) *Initium*: فهذا تعليـــــــق ۞
*Finis*: بمعني علـــــــي ۞

(12) *Titulus*: كتاب فض الختام عـــن التورية والاستخدام ۞

(13) *Initium*: فان هذه اللغـــــة ۞
*Finis*: المرافيـــــــا ۞

(14) *Auctor*: تاليف ابن زاده كمـــال الدين ۞

(15) *Initium*: صنـــــــــف ۞
*Finis*: مقـــــــروب ۞

## CCXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus *Cordubæ* anno Egiræ 512. die 15. Schevali, continens opus tripartitum de priſcorum Arabum ſtudiis, præcipuè de ſermonis Arabici uſu & proprietate, illudque juxta Academicorum Baſrenſium placita, cui titulus *Liber Pandectarum* (1), auctore *Abulhassen Ben Alnamat Cordubensi* (2), qui ſeculo Egiræ quinto floruit. (3)

# RHETORICI

## *IN QUARTO.*

## CCXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, continens bipartitum opus inſcriptum *Scribendi Methodus* (4), de Rhetoricæ ac Poeticæ Inſtitutionibus, quas fusè ac doctè perſequitur vir politiori literatura clariſsimus, *Abu Mohamad Abdalla Ben Mohamad*, *Albathlusi* (5), id eſt, ex *Badajoz*, qui anno Egiræ 421. ſupremum obiit diem.

## CCXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus feria 2. die 29. Ramdani, anno Egiræ 724. Chriſti 1323. quo continetur Tractatus de Rhetoricæ præceptis, in capita XXIII. diſtributus, titulo *Demonſtrationes*, auctore *Kemaleldino Abi Mohamad Abdelvahed Ben Abdelcarim Ben Khalaph Hispano* (6), qui huic operi ſummam impoſuit manum die 20. menſis Ramdani anno Egiræ 637. Chriſti 1239. (7)

Auctorem noſtrum impugnavit *Ahmedus Ben Abdalla Ben Alhaſſain Ben Amira Almakzumi Abulmathraph Hiſpanus* (8) in illo egregio opere quod ipſe edidit, inſcripſitque *Admonitiones ad ambiguitates quæ in Libro Demonſtrationum occurrunt* (9). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCXXIV.

Codex nitidè exaratus die 10. menſis Ramdani anno Egiræ 741. Chriſti 1340. quo continetur Commentarius in Librum *Demonſtrationum* ſupra nobis laudati Scriptoris *Kemaleldini Ben Khalaph*, titulo *Vindiciæ* (10), auctore *Ali Ben Issa Granatensi* (11), qui anno Egiræ 737. id opus abſolvit (12). Ibi *Kemaleldinum* ab adverſariorum injuriis quàm acerrimè vindicat, præcipuè in elegantiſsimo Prologo, quem

(1) *Titulus*: كتاب الكامـــــل

(2) *Auctor*: تاليف ابو الحسن بن النعمة القرطبي

(3) *Initium*: اخبرنا ابو عثمن شعـــد
*Finis*: لان تومنوا باللـــــه

(4) *Titulus*: كتاب ادب الكاتـــب

(5) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بـــن محمد البطلوسي

(6) *Auctor*: كمال الدين ابي محمـــد عبد الواحد بن عبد الكريم بن خلـــف الاندلسي

(7) *Initium*: وقد بعـــــــرف
*Finis*: عين الصـــــــواب

(8) *Auctor*: احمد بن عبد الله بـــن الحسين بن عميره المخزومي ابو المطرف الاندلسي

(9) *Titulus*: كتاب سمة التنبيهات على ما في التبين في التموهيات

(10) *Titulus*: شرح حقايق التبيـــان

(11) *Auctor*: تاليف على بن عيســـي الغرناطي

(12) *Initium*: ان اشرف العلـــــوم
*Finis*: ا ـــــــــــــرا

quem ſuo Commentario præmiſit.

## CCXXV.

Codex nitidè exaratus die 5. menſis Saphari anno Egiræ 743. Chriſti 1342. quo continetur Anonymi Commentarius in opus Rhetoricæ præcepta complectens, quod *Scientiarum Clavis* inſcribitur, adjectis variorum notis locupletiſsimis (1). Vide Codicem *Num.* CCV.

## CCXXVI.

Codex non una manu exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in idem opus de quo ſupra, titulo *Appendix ad Scientiarum Clavem* (2): auctore *Massud Ben Omar Altaphtazani*. (3)

## CCXXVII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius fuſior ejuſdem *Altaphtazani* in librum *Clavis Scientiarum* dictum, quem edidit vir Arabicæ eloquentiæ facilè princeps *Abu Jacub Joſeph Alſekaki*. Is autem Codex exaratus eſt die 15. menſis Moharrami anno Egiræ 994. Chriſti 1585. (4)

2.° Animadverſiones in ſupra memoratum Commentarium, *Exegeſis* (5) inſcriptæ, auctore *Mohamad Abu Bakri* (6), *Altaphtazani* pronepote, *Perſa*. (7)

Codex autem exaratus eſt die 11. menſis Ragebi anno Egiræ 994. Chriſti 1585.

## CCXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarii in *Clavem Scientiarum* Tomus prior, titulo *Prolixior* (8), auctore *Massud Ben Omar Altaphtazani*. (9)

## CCXXIX.

Codex exaratus feria 4. die 25. menſis Moharrami anno Egiræ 813. Chriſti 1410. quo continetur Tomus poſterior ejuſdem Commentarii (10). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCXXX.

Codex nitidè exaratus die 11. menſis Moharrami anno Egiræ 881. Chriſti 1476. quo continetur Appendix ad Commentarium *Altaphtazani* in *Clavem Scientiarum*, *Prolixior* inſcriptum, auctore generis & doctrinæ laudibus claro *Alsaied Alschariph Algiorgiani* (11), qui *Schirazæ* in Perſia obiit anno Egiræ 816. (12)

## CCXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus anno

(1) *Initium*: فهذه حاشيـــــــة ۞
*Finis*: تكملـــــــــة ۞
(2) *Titulus*: حاشية علي المفتـــــاح ۞
(3) *Initium*: خبر خيـــــــــر ۞
*Finis*: اللفظ كمـــــــــا ۞
(4) *Initium*: فلما كـــــــــان ۞
*Finis*: لماتقـــــــــدم ۞
(5) *Titulus*: تلخيص المفتـــــاح ۞
(6) *Auctor*: محمد ابو بكر التفتزاني ۞
(7) *Initium*: قال المصنـــــــف ۞
*Finis*: الي جـــــــــري ۞

(8) *Titulus*: الجزء الاول من شرح المفتاح من المطول ۞
(9) *Initium*: تنبيـــــــــــة ۞
*Finis*: والغايبيـــــــــن ۞
(10) *Initium*: فان احـــــــــق ۞
*Finis*: المـــــــــــرام ۞
(11) *Auctor*: السيد الشريـــــــف الجرجـاني ۞
(12) *Initium*: فهذه من الفوايـــــد ۞
*Finis*: رقطـــــــــــاء ۞

anno Egiræ 882. Chriſti 1477. quo continetur Appendix Doctoris *Altaphtazani* ad opus Rhetoricum *Explanatio* (1) inſcriptum, quod *Mohamad Ben Abdelrahman Alcazvini*, *Damaſci* incola, *Clavem Scientiarum* explanaturus, anno Egiræ 730. publici juris fecit. (2)

## CCXXXII.

Codex nitidè exaratus, & abſolutus feria 3. die 29. menſis Schevali anno Egiræ 757. Chriſti 1356. quo continetur ejuſdem Appendicis alterum exemplar.

## CCXXXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur Scholia ad ejuſdem *Altaphtazani* Commentarium in *Clavem Scientiarum*, titulo *Prolixior*, auctore *Hassan Ben Algazi* (3), *Syro*, qui nono Egiræ ſeculo claruit. (4)

## CCXXXIV.

Codex exaratus die 1. Gemadi poſterioris anno Egiræ 979. Chriſti 1571. quo continetur Commentarius in Librum Rhetoricum qui *Clavis Scientiarum* nomine circumfertur: auctore magni nominis Juriſconſulto *Schamseddino Ahmad Ben Soliman*, vulgò *Kemal Pascha* (5), qui anno Egiræ 940. extinctus eſt Conſtantinopoli, ubi plures de Jure edidit Commentarios, quorum Catalogum videſis apud Herbelotium. (6)

## CCXXXV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in opus de Rhetoricæ & Eloquentiæ præceptis, quod ſæpius memorati *Altaphtazani* ſtudio prodiit, titulo *Scholia in Epitomen Rhetoricæ* (7), auctore (8) *Ebn Cassem Cordubensi* (9). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCXXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Rhetoricæ Compendium ex variis Auctorum libris excerptum, quorum Catalogus ſub initium occurrit. Auctoris nomen, & Operis titulus latent.

2.° Poema de Grammatica, *Alphia*, ſive *Millenarium* inſcriptum, auctore *Ben Maleko Hispano*. Hujus Poematis extant in hac noſtra Bibliotheca plura exemplaria.

## CCXXXVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tomus prior Commentarii inſcripti *Fuſior* in opus Rhetoricum Doctoris *Altaphtazani*, auctore *Abrahamo Ben Mohamad Ben Arabschah Alasphraini*. (10)

Co-

(1) *Titulus*: تلخيص المفتـــــــاح ۞

(2) *Initium*: وانانه حـــــــــلاوة ۞
*Finis*: الخاتمـــــــــة ۞

(3) *Auctor*: حسن بن الغـــــزي ۞

(4) *Initium*: قوا ـــــــــــه ۞
*Finis*: البلاغ ـــــــــة ۞

(5) *Auctor*: شمس الدين احمد بـــن سليمان المعروف كمال باشا ۞

(6) *Initium*: الفاذ ـــــــــون ۞
*Finis*: الشع ـــــــــر ۞

(7) *Titulus*: حواشي على مختصـــــر التفتزاني في المعاني والبيان ۞

(8) *Auctor*: ابن قاسم القرطبـــي ۞

(9) *Initium*: فهذه حواشــــــي ۞
*Finis*: المستقيـــــــم ۞

(10) *Initium*: ان افضل ما يتمسك بـه ۞
*Finis*: فمجانب لاشبهـــــة ۞

## CCXXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Granata* ad uſum Regiæ Bibliothecæ *Granatenſis*, ubi occurrit doctus in idem opus Rhetoricum Commentarius quem publici juris fecit *Mula Hassanus*, Granatensis, *Alcori* (1) nuncupatus, quippe qui ex vico vulgò *Alhora* originem duxiſſe videatur. (2)

## CCXXXIX.

Codex nitidis exaratus literis, anni notæ expers, quo continetur in idem opus Commentarius in duas partes diviſus, quarum priorem exhibet hic Codex, auctore *Ahmedo Ben Cassemo Alobadita Jurisconsulto* (3), *Aſsyrio*. (4)

## CCXL.

Codex nitidè, exaratus, abſque anni nota, quo continetur opus ſanè egregium de Rhetorica & Poetica facultate, inſcriptum *Aſtri Curſus* (5), auctore *Abi Hamed Ezzeddino Ebn Abi Alhadid Almadaini* (6), *Aſsyrio* ex urbe *Madain* (7), quæ Arabicè *urbs duplex* ſonat (8). Is autem celeberrimi Rhetoris *Dhiaeldini Abilphath*, cujus mentionem ſupra fecimus *Cod.* ccxiv. veſtigiis inſiſtens, hocce opus, ad cujus calcem lxix. Rhetorum, quos laudat, Catalogus occurrit, ad umbilicum perduxiſſe ſe profitetur die 15. menſis Dilhagia anno Egiræ 633. Chriſti 1235.

## CCXLI.

Codex nitidis, aureiſque literis cum vocalibus pereleganter exaratus feria 5. die 4. menſis Schevali anno Egiræ 983. Chriſti 1575. quo continetur opus quod totius Arabici ſermonis & eruditionis Theſaurum jure dixeris, inſcriptum *Pratum floridum* (9), capitibus L. comprehenſum (10). Ibi eruditus *Aſsiutheus* illius auctor, de Arabicæ linguæ peritia, puritate, elegantia atque eloquentia diſſerit, inſertis ubique graviſsimorum Scriptorum teſtimoniis & exemplis: ibi literaturæ Arabicæ Bibliothecam, quam alibi fruſtra quæſieris, invenias. Huic in primis Operi & Auctori, quidquid eruditionis habet in *Specimine Hiſtoriæ Arabum*, Eduardus Pokokius debere ſe profitetur. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCXLII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur opus de Arte dicendi, inſcriptum *Solutæ orationis Delectus* (11), auctore *Abilpharagio Ebn Giaphar*, vulgò *Codamah*, *Philologo Bagdadensi* (12), qui eo in opere ſelectiora ſparſim apud Auctores tractata in unum collegit; frequentem ta-

(1) *Auctor*: تاليف مولي حسن الغرناطي القري ۞

(2) *Initium*: قوله افتتح كتاب——ه ۞
*Finis*: لكونه خارجا عن البلاغة ۞

(3) *Auctor*: تاليف احمد بن قاس——م الشافعي العبادي ۞

(4) *Initium*: فهذه حواش——ي ۞
*Finis*: فليتام——ل ۞

(5) *Titulus*: كتاب الفلك الداير علي المثل الساير ۞

(6) *Auctor*: تاليف الامام ابي حام——د عز الدين ابن ابي الحديد المدايني ۞

(7) مداي——ن ۞

(8) *Initium*: فقد وقف——ت ۞
*Finis*: انته——ارة ۞

(9) *Titulus*: كتاب المزهر في علوم اللغة ۞

(10) *Initium*: عل——م ۞
*Finis*: في جري——ه ۞

(11) *Titulus*: نقد النث——ر ۞

(12) *Auctor*: ابي الفرج قدامة اب——ن جعفر الكاتب البغدادي ۞

tamen vocum ſimiliter deſinentium in proſa uſum, qui Arabibus in amore & deliciis eſt, vehementer reprehendit (1). De hoc ipſo argumento egregium edidit opus, cui titulus *Demonſtratio* (2), vir clariſsimus *Abi Abdalla Mohamad Ben Aiub*, domo & ſcholâ *Cordubenſis*, quem Auctor noſter maximè dolet à multis ſumma injuria affectum atque impugnatum.

## CCXLIII.

Codex nitidis literis exaratus, necnon vocalibus animatus *Damaſci* feria 4. die 18. menſis Schevali anno Egiræ quinto ſupra milleſimum, Chriſti 1596. quo continentur Exercitationes Rhetoricæ tùm ſoluta, tùm ſtricta oratione ad Academicorum uſum elaboratæ, titulo *Ars ſelectiora ſcribendi* (3), auctore *Mahmud Ben Iahd Alepino*, qui octavo Egiræ ſeculo floruit. (4)

## CCXLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Anonymi Commentarius in librum inſcriptum *Senſuum Theſaurus*, ſive *Literarum humaniorum Diſciplina* (5), ubi de Rhetoricæ præceptis diſſeritur. (6)

2.° Poema Rhetoricæ & Poeticæ præcepta complectens, auctore *Abdalla Mohamad Ben Mohamad Laidun Ægyptio*. (7)

3.° Commentarius in celeberrimum Poema de Arte Metrica, titulo *Alkhazragia* (8), olim conditum ab inſigni Poeta *Dhialdino Alkhazragæo Abulcaſſem Mohamad Granatenſi*: auctore ſcilicet *Badreldino Abi Mohamad Abdalla Alkhazragæo Cairensi* (9). *Khazragi* nobilis familiæ nomen eſt, quæ ex Africa in Hiſpaniam migravit, inde mutata ſede, ad urbem *Cairum* ſe contulit.

Is Codex exaratus eſt die 17. menſis Schevali an. Egiræ 801. Chriſti 1398.

## CCXLV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Opus Rhetoricum, titulo *Veris Flores* (10), cujus alterum jam ſupra recenſitum eſt exemplar: auctore *Hossain Ben Soliman Alepino*.

2.° Opus tripartitum, inſcriptum *Viri elegantis Oblectamentum, & Regum Munus* (11), ubi de moribus quibus ornari debent qui in Regum, Principumque virorum conſuetudinem ſeſe dant, perinde ac de Regum doctrina, ſtudio, pietate & optimo regimine diſſeritur: auctore *Ben Ali Ben Daud Ben Joseph Ben Omar Algassani* (12), *Hiſpano*, qui anno Egiræ 585. Chriſti 1189. idem opus *Joſepho Saladino* nuncupavit, in cujus laudem varia etiam edidit Poemata quæ in Regia Bibliotheca Pariſienſi aſſervantur.



(1) *Initium*: فانك طلب———ن ۞
*Finis*: به منه———ا ۞
(2) *Titulus*: البيـــــان ۞
(3) *Titulus*: حسن التر———ل ۞
(4) *Initium*: فانه لم———ا ۞
*Finis*: المختــــار ۞
(5) *Titulus*: شرح كتاب كنز المعاني
يسمي منشا الخلاق ۞
(6) *Initium*: فان فضيلة العل———م ۞
*Finis*: انش———اده ۞

(7) *Auctor*: تاليف عبد الله محمد بـــن
محمد لايدون المصري ۞
(8) *Titulus*: الخزرجيـــــة ۞
(9) *Commentator*: بدر الدين ابي محمد
عبد الله الخزرجي المصري ۞
(10) *Titulus*: زهر الربيع في شواهـــد
البديع ۞
(11) *Titulus*: نزهة الظرفا وتحفة الخلفا ۞
(12) *Auctor*: بن علي بن داود بن يوسف
بن عمر الغساني ۞

### CCXLVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Liber de Arte Rhetorica, titulo *Veris Flores* (1), quem ejus auctor *Aſsiuthæus* variis tùm veterum, tùm recentiorum Scriptorum teſtimoniis prolatis, auxit & illuſtravit. (2)

### CCXLVII.

Codex exaratus abſque anni nota, quo continetur ejuſdem *Aſsiuthæi* Poema de Arte Rhetorica mille conſtans verſibus, inſcriptum *Cingulum Margaritis exornatum* (3). Auctor Poema hoc edidit die 10. menſis Gemadi poſterioris anno Egiræ 892. Chriſti 1486. (4). Accedit ipſius Auctoris in ipſum Commentarius.

### CCXLVIII.

Codex nitidis literis exaratus *Alepi* die 18. Ragebi, anno Egiræ 657. Chriſti 1258. quo continetur Anonymi Tractatus tripartitus de Eloquentia Arabica, ex variis ſelectiſsimis Auctoribus excerptus, titulo (5) *Florilegium* (6). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

### CCXLIX.

Codex mutilus, in quo & anni nota, & principium deſiderantur. Eo continetur Opus Rhetoricum inſcriptum *Veris Flores*, cujus Auctor ignoratur; plurimi ſiquidem quos de Rhetorica, vel de Hiſtoria libros ſcripſere, eos eodem titulo donarunt.

# RHETORICI

## *IN OCTAVO.*

### CCL.

Codex literis Cuphicis exaratus feria 6. die 19. Ragebi, anno Egiræ 737. Chriſti 1336. quo continetur Tractatus de Rhetoricæ Inſtitutionibus, *Candelabrum* (7) inſcriptus, auctore Badreddino *Abu Abdalla Mohamad Ben Malek* (8), inſignis Grammatici *Ben Maleki* filio, qui ſeptimo Egiræ ſeculo *Granatæ* claruit (9). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

### CCLI.

Codex nitidè exaratus, vocalibuſque animatus, carens anni notâ & principio, quo continetur Opuſculum de Arte dicendi & ſcribendi, titulo *Diſſertatio* (10), auctore viro doctiſsimo *Abu Ali Ben Sina*, vulgò *Avicena* (11). Accedunt Anonymi Commentarii ſatis eruditi.

### CCLII.

Codex nitidis literis exaratus die 3. Ge-

(1) *Titulus*: زهر الربيع

(2) *Initium*: فان العبن
*Finis*: قايم براته

(3) *Titulus*: كتاب عقود الجمان في المعاني والبيان

(4) *Initium*: وبعد تعليق
*Finis*: القايل

(5) *Titulus*: منتخب

(6) *Initium*: كتاب الجدول
*Finis*: المضاف

(7) *Titulus*: كتاب المصباح

(8) *Auctor*: بدر الدين ابو عبد الله محمد بن مالك

(9) *Initium*: فان علم الادب في اللغة
*Finis*: الانعام

(10) *Titulus*: رسالة في المعاني والبيان

(11) *Auctor*: تاليف الشيخ ابو علي بن سينا

Gemadi prioris anno Egiræ 750. Chriſti 1349. quo continetur Pars tertia Libri inſcripti *Clavis Scientiarum*, de Arte bene dicendi, auctore SERAGEDDINO *ABU JACUB ALSEKAKI* jam ſæpiùs memorato.

## CCLIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur eadem Pars tertia *Clavis Scientiarum*, quam in epitomen contraxit ipſemet auctor SERAGEDDINUS *ABU JACUB ALSEKAKI*, adjectis ad oras variorum notis, præcipuè viri eruditi *Ebn Kemal Paſcha*, qui totus in confutandis aliorum Scriptorum placitis verſatur.

## CCLIV.

Codex mutilus, carens fine & anni nota, quo continetur Commentarius doctiſsimi viri *Altaphtazani* toties laudati in Tractatum de Arte dicendi, qui inſcribitur *Exegeſis Clavis Scientiarum*, jam pridem editum à *Gelaleldino Alcazuini*. Ejus Commentarii complura occurrunt inter hujus noſtræ Bibliothecæ Codices exemplaria.

## CCLV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens alterum ejuſdem Commentarii exemplum, ſubjectis notis interlinearibus & marginalibus. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLVI.

Codex nitidis literis exaratus die 3. menſis Ragebi anno Egiræ 974. Chriſti 1566. quo continentur:

1.° Opus de Arabica Eloquentia, quod titulo *Exegeſis Clavis Scientiarum* (1) circumfertur, auctore magni apud Arabas nominis GELALELDINO *MOHAMAD ALCAZUINI*, qui octavo Egiræ ſeculo claruit. Accedunt in illud Annotationes ſupra laudati *Altaphtazani*, qui inter hujuſce operis Commentatores primas ſibi vindicat.

2.° Anonymi Tractatus de Logica, ad cujus calcem varia Mahometanorum dogmata proponuntur, exaratus in urbe *Damiata* die 13. menſis Rabii poſterioris anno Egiræ 945. Chriſti 1538. (2)

## CCLVII.

Codex exaratus anno Egiræ 851. Chriſti 1447. quo continetur ejuſdem *ALTAPHTAZANI Appendix ad Librum Rhetoricum Exegeſin Clavis Scientiarum* (3). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in ejuſdem *Altaphtazani* Appendicem, titulo *Explanatio* (4), auctore (5) *ALHAPHID* DOCTORIS *ALTAPHTAZANI* EX SORORE NEPOTE. (6)

## CCLIX.

Codex multiplici exaratus manu, quo nimirum habentur:

1.° Ejuſdem *Alhaphid* Commentarii alterum exemplar exaratum anno Egiræ 886. Chriſti 1481.



Com-

(1) *Titulus:* تلخيص المفتاح في علم المعاني والبديع ۞

(2) *Initium:* فهذا تهذيب الكلام ۞
*Finis:* اخره ۞

(3) *Titulus:* حواشي علي تلخيص المفتاح في المعاني والبيان للتفتزاذي ۞

(4) *Titulus:* شرح حواشي تلخيص المفتاح ۞

(5) *Auctor:* تاليف الحفيد ابن بنت التفتزاني ۞

(6) *Initium:* قوله نحمدك ۞
*Finis:* من الحزن ۞

2.° Commentarius in Librum *Theoremata* (1) inſcriptum, ubi de præcipuis Sectæ Mahometanæ capitibus, à *Negmedino Omaro Alnaſaph* anno Egiræ 525. compoſitum, qui quàm plurimos ſui operis habuit Explanatores, quos inter non infimum locum obtinet hujuſce Commentarii auctor SADEDDINUS MASSUD BEN OMAR ALTAPHTAZANI multorum operum ſcriptor clariſsimus. (2)

Is Codex anno Egiræ 972. die 14. menſis Gemadi poſterioris exaratus eſt.

## CCLX.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de Rhetoricæ & Poeticæ præceptis, mutilus, in duas partes diſtributus, cui titulus *Explanatio* (3), auctore GELALELDINO ABDELRAHMAN ALCAZUINI, DAMASCI JUDICE. (4)

2.° Incerti Auctoris Poema de Grammatica, pereleganter exaratum, ſed omiſsâ anni notâ, inſcriptum *Mare longè, latéque patens* (5), quod quidem eſt tertium carminis genus, Arabibus *Expanſum* dictum. (6)

## CCLXI.

Codex in quo anni nota deſideratur, continens alterum exemplar ejuſdem *Gelaleldini* Tractatûs de *Rhetorica*, adjectis ad oras Codicis variorum notis.

## CCLXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus de Rhetorica & Poetica facultate, inſcriptum nempe *Methodus Univerſalis* (7), cujus alterum occurrit exemplar inter Codices in fol. *Num.* CCXIV. auctore NASSERALLAH MOHAMAD BEN ABDELCARIM ALGEZERI. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLXIII.

Codex exaratus die 20. Ramdani, anno Egiræ 737. Chriſti 1336. quo continetur Commentarius in Opus de Eloquentia Arabica, *Demonſtrationes* (8) inſcriptum, jam olim editum ab *Abdelcahero Algiorgiani* hoc titulo: *Rerum mirandarum Argumenta* (9). Commentatoris nomen ALZAMAKANI (10), cujus patria, ætas, nomenque integrum ignorantur (11). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLXIV.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de Arte Rhetorica & Poetica, inſcriptus *Stylus ſublimis* (12), auctore ABU HASSAN NASSER BEN ALHASSAN ALMARIANI (13), qui Bagdadi flo-

(1) *Titulus*: شرح العقايـــــد ۞
(2) *Initium*: المتوحـــــد ۞
*Finis*: والفضايـــــل ۞
(3) *Titulus*: كتاب الايضاح في علـــم المعاني والبيان والبديع ۞
(4) *Auctor*: تاليف جلال الديـــن عبد الرحمن القزويني قاضي الشام ۞
(5) *Titulus*: بحر البسيـــط ۞
(6) *Initium*: الحمد لله رب النـــور ۞
*Finis*: مبـــدع ۞

(7) *Titulus*: المثل السائر في ادب الكاتب والشاعر ۞
(8) *Titulus*: التبيان في علم البيـــان ۞
(9) *Titulus*: كتاب دلايل العجايـــز ۞
(10) *Commentator*: الشيخ الزماكاني ۞
(11) *Initium*: الحمد لله الذي انطـــق ۞
*Finis*: تسليمـــا ۞
(12) *Titulus*: كتاب البديـــع ۞
(13) *Auctor*: تاليف الشيخ ابو حســن نصر بن الحسن المرعياني ۞

floruiſſe fertur ſeptimo Egiræ ſeculo. (1)

2.° Ejuſdem Excerpta Rhetorica & Poetica ex probatiſsimorum Auctorum libris, titulo *Selectiora Argumenta* (2), ubi Rhetorum & Poetarum optima quæque loca ad Academicorum uſum occurrunt (3). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLXV.

Codex abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Opus de Rhetoricæ & Eloquentiæ præceptis, quod *Medullæ* (4) nomine omnium manibus teritur. Illius auctor *Mohamad Ben Mohamad Ben Saiph Alaſphraini*; Commentator verò *Mohamad Ben Massud Ben Abi Alphateh Alschirazi* (5), Perſa ex *Schiraza* urbe, qui Commentario ultimam impoſuit manum, ut ex Prologo conſtat, anno Egiræ 746. Chriſti 1345. (6)

## CCLXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 29. Gemadi poſterioris anno Egiræ 989. Chriſti 1581. quo continetur Tractatus de Sermonis Arabici proprietate, ſtylo, & uſu in Academiis, titulo *Margaritarum Piſcatus* (7), auctore celeberrimo Philologo & Academico *Abu Mohamad Alcassem Ebn Ali Alhariri* (8), qui quinto Egiræ ſeculo magnam ſibi peperit famam (9). Id opus, utpote rariùs obvium, ab omnibus avidè conquiritur.

## CCLXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus in Regia urbe *Marochi* anno Egiræ 989. quo continetur Poema de Metaphorarum tùm in ſoluta, tùm in ſtricta oratione, uſu, inſcriptum *Metaphoræ Applicatio* (10), auctore *Abi Abdalla Ben Alsabag Almacnasi* (11), *Mecnaſæ* in Mauritania nato. *Mecnaſa*, cujus perelegantem & eruditam deſcriptionem habet Leo Africanus *lib.* 3. *fol.* 104. à Feſſa triginta ſex ferè diſtat milliaribus. Accedunt in illud docti Commentarii quos edidit *Ahmad Ben Ali Ben Abdelrahman Almangiuri* (12), qui *Granatæ* natus, Feſſæ ſedem fixit, quò, urbe Granata à Chriſtianis expugnata, confugere cum ceteris coactus eſt.

## CCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 10. Gemadi prioris anno Egiræ 790. Chriſti 1388. quo continetur Anonymi Tractatus de Rhetorica, ubi Præfatio, & aliquot folia deſiderantur. Dividitur is in duos Tomos, quorum prior eſt hic Codex, ut ex nota ad ejus calcem appoſita liquidò patet.

Co-

(1) *Initium* : هذا كتـــــــــــــاب ۞
*Finis* : صفـــــــــــــــة ۞
(2) *Titulus* : كتاب المحاسن فــــــي النظم والنثر ۞
(3) *Initium* : هذا كتاب الغناه من محاسن
*Finis* : العصـــــــــــــر ۞
(4) *Titulus* : كتاب اللبـــــــــاب ۞
(5) *Commentator* : تاليف محمد بـــــن مسعود بن ابي الفتح الشيرازي ۞
(6) *Initium* : فان كتاب اللبـــــــاب ۞
*Finis* : بالفعـــــــــــــل ۞

(7) *Titulus* : درة الغواص في اوهـــــام الخواص ۞
(8) *Auctor* : الشيخ ابو محمد القاســـم ابن علي الحريري ۞
(9) *Initium* : فاني رايـــــــــــت ۞
*Finis* : الاجابـــــــــــــة ۞
(10) *Titulus* : علاقات المجـــــاز ۞
(11) *Auctor* : ابي عبد الله بن الصبـــاغ المكناسي ۞
(12) *Commentator* : احمد بن علي بـــن عبد الرحمن المنجوري ۞

## CCLIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Rhetoricæ Compendium ex plurimis Auctoribus excerptum, quorum Catalogus ſub initium occurrit. (1) Auctoris nomen, & Codicis titulus prorsùs latent.

2.° Poema de Grammatica, *Alphia* ſive *Millenarium* inſcriptum, auctore Ben *Maleko Hiſpano*. Hujus Poematis extant in hac noſtra Bibliotheca plura exemplaria.

(1) *Initium*: فاني لمـــــــا اري ۞ *Finis*: انتـــــــرب ۞

POE-

# POETICI
## IN FOLIO.

### CCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Poema *Cab Ben Zohair* celeberrimi apud Arabas Poetæ, qui primis Mahometiſmi temporibus Mahometum, cujus tamen dogmata nunquam amplexus eſt, *coram ſummis extulit laudibus* (1), ut ex Codicis inſcriptione liquet: auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Ioseph Ben Hescham*, qui octavo Egiræ ſeculo Grammatici & Philologi nomen obtinuit.

2.° Commentarius in Poema *Ben Maleki* Hiſpani de Verbis conjugandis, titulo *Lamiat* (2), quòd illius ſinguli verſus in literam لا deſinant: auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Alabbas* (3) *Granatenſi*. Is Codex exaratus eſt *Granatæ* feria 4. die 23. Gemadi poſterioris anno Egiræ 799. Chriſti 1396.

3.° Commentarius in Grammaticas *Alphiam*, & *Caphiam* Grammaticorum principum *Ben Maleki*, & *Ben Hagebi*, ubi eruditus Auctor Ben Hescham ſupra memoratus utriuſque ſententias inter ſe conciliare conatur, prætereáque de varia *Alphiæ*, & *Caphiæ* exemplarium lectione diſſerit. (4)

Codex exſcriptus eſt anno Egiræ 905.

### CCLXIX.

Codex nitidè exaratus, vocalibuſque animatus abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Poema *Zohairi Ben Abi Salmi Almazini* (5), qui unus ex ſeptem priſcorum Arabum Poetis cenſetur: auctore *Abilabbas Ahmad Ben Iehia Thaalabo* (6). Eo Poemate Poeta *Zohairus* Duces, quorum res præclarè geſtas deſcribit, videlicet *Haretium Ben Auph*, & *Harmum Ben Senan* (7), impenſiùs laudat. (8)

### CCLXX.

Codex literis Cuphicis exaratus in oppido *Septa* die 19. Schabani, anno Egi-

(1) شرح قصيدة كعب بن زهير النبي مدح بها محمد وانشدها بحضرته ۞

(2) *Titulus*: لامية الافعـــــال ۞

(3) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بـــن العباس ۞

(4) *Initium*: فهذه نكـــــــت ۞
*Finis*: قبلـــــــــي ۞

(5) *Auctor*: زهير بن ابي سلمـــــي المزاني ۞

(6) *Commentator*: ثالبف ابي العبـــاس احمد بن يحيي ثعلب ۞

(7) الحرث بن عوف وهرم بن سنان ۞

(8) *Initium*: امن ام او فـــــــي ۞
*Finis*: عند الشتيا وقلة الانـــــواء ۞

Egiræ 599. Chriſti 1202. quo continetur Anonymi Commentarius in Poema *Abulthaiebi Ahmad Ben Hoſſain*, cognomento *Almotanabbi*, Poetarum Arabum facilè principis (1). Is *Cuphæ* anno Egiræ 303. natus, *Damaſci* autem, ubi puer adhuc carmina fundere cœpit, educatus, tandem in itinere *Bagdadum* versùs à malevolis, in quos ſatyras conſcripſerat, anno Egiræ 354. interemtus eſt. *Almotanabbi* vocitatur à vaticinio & prophetico munere quod ſibi delirans arrogavit; literis verò & armis mirum in modum excelluit, ut ex hoc ejus verſu conſtat:

*Equi & acies me cognoſcunt, bellum, charta & calamus.*

Explanatores ſuorum carminum, & defenſores quadraginta & ultra habuit.

## CCLXXI.

Codex literis Cuphicis valde corroſis exaratus, carens anni notâ, quo continentur:

1.° Commentarius in Carmina ordine alphabetico digeſta celebris Poetæ ABULOLÆ AHMAD BEN SOLIMAN ALTNUKHI (2), qui in oppido *Emeſſæ*, nuncupato *Maarrah* (3), in Syria natus anno Egiræ 363. contracta ex variolis anno 367. cæcitate, obiit anno 449. Chriſti 1057. Eum ex carminibus, ut ingenioſum & acutum Poetam, ita quoque minimè religioſum eſſe apparet, quòd Chriſtianam Religionem, ac Judaicam & Mahometanam Sectas impudentiſsimè ſæpiùs derideat. Commentarii auctor ABU MOHAMAD BEN ALSAIED ALBATHLUSI HISPANUS PACENSIS (4) ex urbe *Pax Iulia* dictâ, quam Arabes corrupto vocabulo *Bathlios* vocitarunt, Hiſpanè vulgò *Badajoz*. Hic genere & doctrinæ laude claruit ineunte quinto Egiræ ſeculo. Perperam ergo Anonymus in *Expoſitione Nominum quorundam Hiſpaniæ locorum* Hiſpanè edita ad calcem Dictionarii Antonii Nebriſſenſis, vocem hanc *Badajoz* ex Arabica *Bathlios* deſumtam, *Terram nucum*, ſeu *vitis* interpretatur.

2.° Ejuſdem *Abulolæ* Sententiæ ſelectiores, quas ex ejus libris excerpſit ſupra allegatus *Albathluſi*, inſcripſitque (5) *Amicorum Occurſus*. (6)

3.° Liber Apologeticus, quo noſter ALBATHLUSI omnia *Abulolæ* ſcripta defendit, eaque ab Adverſariorum cenſurâ vindicat. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCLXXII.

Codex nitidè exaratus & vocalibus animatus, quo continentur:

1.° Poema de rebus ad Grammaticam pertinentibus, inſcriptum *Diſperſorum Collectio & Ordo* (7), auctore ABULHASSAN MAHLAB BEN ALMAHLABI (8), qui anno Egiræ 575. Chriſti 1179. hocce Poema publici juris fecit. Accedit ipſius Auctoris in illud Commentarius. (9)

2.° Poema eruditum in primis ac

(1) *Initium*: اطاعن خيـــــــــــلا ۞
*Finis*: النبيـــــــــــن ۞

(2) *Auctor*: ابي العلاء احمد بن سليمان التنوخي المعري ۞

(3) معـــــــــــره ۞

(4) *Commentator*: ابي محمد بن السيـــد البطلوسي ۞

(5) *Titulus*: ملقي السبيـــــــــل ۞

(6) *Initium*: كم نجي الرجـــــل ۞
*Finis*: كـــــــــل ردي ۞

(7) *Titulus*: نظم الفرايد وحصر الشوارد ۞

(8) *Auctor*: الشيخ ابو الحسن مهلـــب بن المهلبي ۞

(9) *Initium*: حدثنا الفقيــــــــه ۞
*Finis*: ولالامــــــــــــا ۞

nobile, foliis aliquot initio mutilum, quo illius auctor *Abi Mohamad Abdelmagid Ben Abdum* (1), Poeta *Hiſpanus* celeberrimus, qui in oppido *Ebura* anno Egiræ 529. deceſsit, ut referunt *Abilcaſſem Ebn Baſcual*, & *Ebn Alkhathib* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, res adverſas & infelicisſimum finem quem perpeſsi ſunt urbis *Badajoz* Reges *Beni Muslama*, vulgò *Beni Alaphtas* (2), flebili, ſed eleganti muſa deſcribit. Accedunt in idem Poema eruditi Commentarii inſignis Scriptoris *Abu Mervan Abdelmalek Ben Abdalla Ben Badrun Hispalensis*. (3)

In eo Poemate multorum Regum & Calipharum tùm regni, tùm ſtatus vices occurrunt, idque maximè ad aliorum vel ſolamen, vel terrorem. Inter alia notatu digna incidit mentio *Heſchami Ben Abdelmaleki*, decimi Omiaditarum Caliphæ, „ quem *Meccam* religionis ergo inviſurum, camelos ſexcentos veſtibus oneraſſe memoriæ proditum eſt; quum autem vita exceſsiſſet, non habebant quo illum involverent. (a)

*Beni Alaphtas*, de quibus Poema agit, jam inde à principio anni Egiræ 561. imperium urbis *Bathlios* ſibi vindicarunt, quod poſteà ad Cæſarauguſtam, aliaſque Hiſpaniæ urbes protulere. De iis fuſiùs *Ebn Alkhathib* in *Chronico Hiſpaniarum Regum*, quorum ſeriem ſuo loco, Deo annuente, repræſentabimus.

## CCLXXIII.

Codex ſine principio & anni nota, quo continetur Tomus primus varia complectens carmina in Calipharum Omiaditarum laudem, auctore *Abilphath Ben Abi Hasinah*, *Alſalami*, (4) ſive *Bagdadenſi*, qui anno Egiræ 445. horum carminum Collectionem, Arabicè *Diuan* (5) vocitatam, abſolviſſe traditur.

Dixi *Alſalami*, ſive *Bagdadenſi*, quia *Medinat Alſalam*, id eſt *Civitas pacis* (6), unde gentile nomen *Salami*, eadem eſt ac *Bagdad* quam condidit *Almanſor Abu Giaphar* ſecundus Abbaſidarum Calipha, qui aureorum quadragies centena millia in eam urbem impendiſſe fertur. Conſuleſis Hiſt. Sarrac. *lib.* 2. *cap.* 3. & Golium in Notis *pag.* 122.

## CCLXXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Poeticum, ubi varia Poeſeos genera ad ſex uſque millia verſuum de multiplici rerum argumento occurrunt, auctore *Abulola Ahmad Ben Soliman Altanukhi*, qui operi ſuo *Ignis excuſsi* (7) nomen indidit, ea nimirum de cauſa, quòd in ipſo juventutis calore ad illud ſcribendum animum appuliſſet; vel quod ibi



(a) قيل ان هشام بن عبد الملك حين خرج الي الحج حملت لباسه علـــــي ثنماية جمل ولما مات لم يكن له ما يكفن به ۞

(1) *Auctor*: ابي محمد عبد المجيـــــد بن عبدون ۞

(2) بني مسلمه المعروفين ببنـــــــي الافطس ۞

(3) *Commentator*: ابو مروان عبد الملك بن عبد الله بن بدرون الاشبيلي ۞

(4) *Auctor*: ابي الفتح بن ابي حصينه السلمي ۞

(5) ديـــــــــــــــوان ۞

(6) مدينة السلـــــــــــــم ۞

(7) *Titulus*: سقط الزنـــــــــد ۞

ibi juveniles amores potiſsimùm luſiſſet.

## CCLXXV.

Codex nitidè exaratus die prima Ragebi, anno Egiræ 652. Chriſti 1254. quo continentur Opera Poetica *Diuan* (1), id eſt *Conſeſſus*, inſcripta, quæ videlicet inter Academicos ſtatis temporibus legi mos erat, quæque collecta & ordine alphabetico digeſta, vel auctorum, vel aliorum ope in lucem prodibant. Hujuſmodi Poetæ de vario rerum argumento differentes in ſuo *Diuan*, univerſa Poeticæ Artis genera complecti contendunt.

Scripta hæc, quæ maximo ſunt in pretio apud Arabes Poetas, *Ali Ben Alabas Ben Gioragi Alrumi* (2), eleganti Poetæ adſcribuntur, qui *Emeſſæ* in Syria, ubi perpetuam habuit ſedem, obiit anno Egiræ 283. *Alrumi* (3), hoc eſt *Romæus*, vocitatur juxta ſolemnem Scriptorum Arabum conſuetudinem, qui *Romæos* per ea tempora appellabant quotquot Græcorum imperio ſubjecti erant.

## CCLXXVI.

Codex abſque anni nota exaratus, quo continentur Opera Poetica, titulo *Diuan*, auctore (4) *Abilhassan Ali*, vulgò *Alschastari Alnomairi*, *Bagdadi* incola. (5)

## CCLXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 630. Chriſti 1232. quo continetur centum & triginta unius celebriorum Poetarum Bibliotheca, titulo *Epitome Claſsis Poeticæ* (6), ubi eorum vitæ, & ſelectiora quæque carmina fuſè ac eruditè referuntur: auctore *Abilabbas Abdalla Ben Almotaz* (7), ex Regia *Abbaſidarum* ſtirpe orto; quippe qui filius erat Caliphæ Abbaſidarum tertiidecimi, cognomento *Almotaz*, qui anno Egiræ 252. inauguratus eſt Imperator. (8)

De hoc argumento, & quidem eodem titulo, complures prodiere Bibliothecæ, ut liquet cùm ex variis hujus noſtræ Codicibus ſuo loco recenſendis, tùm ex Catalogo quem in Bibliotheca Orientali refert Herbelotius *pag.* 1012.

## CCLXXVIII.

Codex mutilus, quo continetur pars Bibliothecæ Poeticæ ita inſcriptæ: *Theatrum Poetarum*, & *Florilegium Principum* (9), atque in Tomos XXIV. digeſtæ, ubi de Arte Poetica & de Poetis inſignioribus, perinde ac de eorum progreſsibus, inventiſque, adductis paſsim ipſorum carminibus maximè ſelectis, diſſeritur. Ex iis Tomis XXIV. noſtra Bibliotheca hunc decimum tantùm exhibet, quo Methodus componendi *Satyras* (10) comprehenditur. Auctoris nomen mihi nondum exploratum.

## CCLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo

(1) *Titulus*: دذ ـــــــــــــــوان ۞

(2) *Auctor*: علي بن العباس بن جريج الرومي ۞

(3) الروم ــــــــــــــــى ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابي الحسن علـــي الشنتري النميري ۞

(5) *Initium*: قصـــــــــــــــري ۞

*Finis*: والنثـــــــــــــري ۞

(6) *Titulus*: كتاب مختصر طبقـــات الشعرا ۞

(7) *Auctor*: ابي العباس عبد الله بـــن المعتز ۞

(8) *Initium*: ابرهيـــــــــــــــم ۞

*Finis*: مكتســـــــــــــــب ۞

(9) *Titulus*: منظر الشعرا ومزهر الامرا ۞

(10) في الهجا والـــــــــــذم ۞

quo principium & anni notam deſideres. Ibi auctore incerto occurrit Cenſura in Opera Poetica quæ publici juris fecit anno Egiræ 411. *Abdelrahmanus Abulmothreph* (1) Hiſpaniarum Rex Omiadita. Hujus Anonymi Cenſura prodiit anno Egiræ 467. titulo *Animadverſiones in Sphalmata Abilmothrephi* (2), quem poſteà nonnulli vindicarunt.

## CCLXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, ad cujus calcem unum, vel alterum deficit folium. Eo habetur Commentarius in Poema *Veſtis elegans* (3) nuncupatum, quod tanto eſt apud Mahometanos in pretio, ut plures interpretes invenerit, quos inter non infimum locum obtinet Auctor hic noſter *Abu Abdalla*, *Hispanus Illiberitanus* (4). Id Poematis condidit *Scharapheddinus Mohamad Ben Said Ben Hemad Albuſiri Ægyptius*, ſeptimi Egiræ ſeculi Scriptor: qui cum in morbum incidiſſet, Mahometi ope, qui ſe illi in ſomnis obtulerat, recuperata valetudine (ut ipſe male credulus aſſerit) hoc grati in Pſeudoprophetam animi monumentum extare voluit.

## CCLXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus ad uſum Bibliothecæ Regis Marochi *Abilabbas Ahmad Almanſor Billah*, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem Commentarii in Poema, de quo ſupra, exemplum alterum. Jam verò Poematis hujus ſinguli verſus in literam م jugiter, ſimiliterque deſinunt. (5)

## CCLXXXII.

Codex nitidis literis exaratus prima die menſis Dilcadat anno Egiræ 988. Chriſti 1580. quo continetur Commentarius in Artem Poeticam *Clavem Scientiarum* (6) nuncupatam Rhetoris *Abu Jacub Alſocaki*: auctore *Alscharipн Algiorgiani* (7). De utroque frequens à nobis ſupra mentio.

## CCLXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota; quo continetur Tomus prior Operis hanc præ ſe ferentis inſcriptionem: *Selectioris Poëticæ Methodus & Fulcimentum* (8), auctore nimirum *Abu Ali Hassam Ebn Roschd Azadita Cyronenſi*, Arabicè *Carui* & *Cairuani* (9), Poeta inſigni, qui *Cordubæ* ſupremum obiit diem anno Egiræ 456. (10)

In eo autem opere Poeta noſter fusè & eruditè agit de *Arte Metrica*, de ejus inter Arabes origine & antiquitate, tùm de priſcis & laudatiſsimis ſeptem Poetis Arabibus, ac de eorum Poematis quæ *aurea* dicuntur; iiſque inter



(1) عبد الرحمن ابو المطـــــرف ۞
(2) *Titulus*: كتاب التنبيه علي مغالطات ابي المطرف ۞
(3) *Titulus*: قصيدة البـــــــردة ۞
(4) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله الابيــري الاندلسي ۞
(5) *Initium*: امن تذكر جيران بـــذي سلم مزجت ۞
*Finis*: دمعا جري من مقلة بـــدم ۞
(6) *Titulus*: شرح المفتاح في الكـــلام في الشعر ۞
(7) *Initium*: الفـــــــن الاول ۞
*Finis*: وحققه هاهنـــــــا ۞
(8) *Titulus*: كتاب العمدة في محاسن الشعر وادابه ۞
(9) *Auctor*: ابي علي حسن ابن رشـــق الازدي القروي اي القيرواني ۞
(10) *Initium*: فان اخر من جنـــــي ۞
*Finis*: مراحـــــا ۞

ſe collatis, *Amrilcaiſum* ceteris omnibus præferre, eumque & veterum, & recentiorum Poetarum principem pronunciare non dubitat.

## CCLXXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſſâ anni notâ, complectens ejuſdem operis Tomum alterum de *Arte Poetica.* (1)

## CCLXXXV.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota, quo continetur pars Operis Hiſtorico-Geographici in XXVII. Tomos diſtributi, hoc titulo: *Oculorum Peragrationes, ſive Itinera in varias Orbis regiones* (2), auctore *Schahabeddino Abulabbas Ahmad Mehildino Iahia Ben Fadlalla* (3), qui *Marochi* ortus, ibidem extinctus eſt anno Egiræ 649.

Eo in opere tam vaſto, eximioque eas Auctor regiones, quæ Mahometanorum imperio parent, potiſsimùm deſcribit; diſſerit etiam de viris ſive literarum, ſive armorum laude inſignibus. At ex XXVII. illis Tomis ſolùm extat in noſtra Bibliotheca Tomus hic decimusquintus, qui principum Poetarum hiſtoriam & ſelectiora carmina complectitur, quorum inſtar eſto ſequens Diſtichon:

*Nulla gloria in mundo ſine opibus:*
*Opes nullæ ſine honoribus.* (a)

## CCLXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Commentarius in Librum de *Arte Poetica* veteris & nobilis Grammatici *Khalil*, inſcriptum *Artis Metricæ Arcana & Quæſita* (4): auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Ali Ben Khaled*, vulgò *Ebn Alsacath* (5) *Cordubenſi.*

2.° Ejuſdem Opuſculum de *Arte Metrica*, quam in compendium ea claritate & brevitate contraxit, ut quotquot ea de re ſcripſere, longè ille ſuperaſſe ſemper mihi viſus ſit. (6)

3.° Opuſculum de quadam carminis ſpecie *Dhubait* (7) nuncupatâ, de qua inter Auctores lis eſt; plerique enim in Arte Poetica nulla præter quindecim carminum genera agnoſcunt; alii contra, præſertim Perſæ, genus aliud carminis, quod vocant *Dhubait*, & quo maximè delectantur, addidere.

Perſis præcipuis hujus opinionis propugnatoribus calculum adjicit Auctor noſter *Abulhokm Malek Ben Abdelrahman Ben Almarhal* (8) *Hiſpanus*, qui *Cairi* floruiſſe fertur anno Egiræ 715.

Tra-

(a) فلا مجد في الدنيا لمن قل ماله
ولامال في الدنيا لمن قل مجده

(1) *Initium:* فان احـــــــــق
*Finis:* العـــــــــدم

(2) *Titulus:* كتاب مسالك الابصار في مسالك الامصار

(3) *Auctor:* شهاب الدين ابو العبـــاس احمد محي الدين يحيي بن فضل الله

(4) *Titulus:* الغموض من مسايـــــل العروض

(5) *Auctor:* ابو عبد الله محمد بن علي بن خالد المعروف بابن السقاط

(6) *Initium:* الشعر مركـــــــــب
*Finis:* يغـــــــــدر

(7) ذو بيـــــــــت

(8) *Auctor:* ابو الحكم مالك بـــن عبد الرحمن بن المرحل

4.° Tractatus de *Arte Metrica*, cui titulus *Sigillum reſeratum* (1), auctore ABDALLA MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN EDRIS ALPHARANI ALCOTHAI ALCALVSI (2) *Hiſpano*, qui opus hoc in tres diviſit partes, quibus univerſam, ut ipſe profitetur, Artem Metricam complexus eſt. (3)

5.° Ejuſdem Poema, quod exempli gratiâ, ſuam Artem Metricam adornaturus, compoſuit; idque, ut ipſe in Prologo ait, anno Egiræ 686. perfecit.

## CCLXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Opera præſtantiſsimi Poetæ *Abi Tamam Habib Ben Auas Althai* (4), ſic inſcripta: *Carmina heroica ad recentiorum Poetarum methodum accommodata* (5): auctore ABILPHATVH THABET BEN MOHAMAD ALGIORGIANI, *olim in Regio Bagdadenſi Collegio Auditore* (6), idque anno Egiræ 378.

*Abi Tamam Habib* ſui ævi Poetarum facilè princeps, veterum Poetarum Arabum carmina collegit, eaque tandem concinnavit & quàm plurimùm auxit. Is, teſte *Ebn Khalcano*, Scriptore fide digno, à Principe quodam ob carmen ipſi oblatum quinquaginta aureorum millia dono accepit, addito inſuper hoc elogio: *Eſt & hoc infra poematis tui dignitatem* (7). De alia autem ab ipſo compoſita Elegia fertur quidam hanc protuliſſe ſententiam: *Haud mortuus eſt qui hoc deflebatur carmine* (8). Claruit autem *Abu Tamam* tertio ineunte Egiræ ſeculo, ita ut anno ejuſdem Æræ 232. fato conceſſerit.

## CCLXXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo anni nota deſideratur, complectens ejuſdem *Abi Tamami* varia carmina ordine alphabetico digeſta *in Regum, aliorumque virorum principum laudem.* (9)

## CCLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continetur alterum ejuſdem operis exemplar, adjectis nonnullis ad Codicis oram annotationibus. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCXC.

Codex nitidè exaratus, in quo & anni nota & principium deſiderantur, complectens *Partem decimamoctavam Magnæ Collectionis carminum* (10) Poetarum tùm veterum, tùm recentiorum, auctore EBN SCHEHABO AHMAD CORDVBENSI. (11)

## CCXCI.

Codex nitidis literis exaratus anno Egi-

(1) *Titulus*: الختام المفضوض عن خلاصة علم العروض ۞

(2) *Auctor*: عبد الله محمد بن محمد بن ادريس الفراني القضاعي ثم القلوسي ۞

(3) *Initium*: فان الشعر ۞
*Finis*: اشتقاقاتها ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابي تمام حبيب بن اوس الطايي ۞

(5) *Titulus*: شعار الحماسة ۞

(6) *Commentator*: شرحها ابي الفتوح ثابت بن محمد الجرجاني الذي كان تلميذا في مدرسة بغداد سنة ثلثماية وثمانية وسبعين ۞

(7) انها لدون شعرك ۞

(8) انه لم يمت من رثي بهذا الشعر ۞

(9) *Titulus*: في مدح اكابر العرب ۞

(10) *Titulus*: سفر الثامن عشر من جمع الجوامع ۞

(11) *Auctor*: تاليف ابن شهاب احمد القرطبي ۞

Egiræ 862. Chriſti 1457. quo continetur Opus Poeticum inſcriptum *Fructus Apamienſes deſiderabiles*, & *Commeatus Ægytiaci* (1), auctore Takildino Abu Bakr Ben Hagia Alhamavi (2) *Syro* ex celeberrima urbe *Apamea*, qui genere & doctrinæ laude nobilis *Cairi* deceſsit anno Egiræ 837. (3)

In eo verò opere omnia Poeſeos genera, quæ ad erudiendos, oblectandoſque animos maximè idonea cenſentur, invenias: ibi elegantiſsima mireris carmina quæ Poeta noſter in laudem complurium Syriæ & Ægypti Principum, ut & virorum literis clariſſimorum edidit. De hoc ipſo argumento alium ipſe egregium librum ſoluta oratione olim conſcripſit, qui omnium politioris ingenii hominum manibus teritur. Hujus libri apud nos extat exemplar ſuo loco referendum, refertur que alterum in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MDXCV.

## CCXCII.

Codex luculenter exaratus anno Egiræ 842. Chriſti 1438. quo continetur Commentarius *Imitatio* (4) inſcriptus in Poema dictum *Præſtantiſsimum*(5), quod in Mahometi laudem, ad illius inſtar quod vulgò *Borda* inſcribitur, vir eloquentiſsimus *Mohamad Ben Albarezi Apamenſis* anno Egiræ 725. compoſuit. Commentarii eruditi ac elegantis auctor Takildinus Abu Bakr Ben Hagia ſupra memoratus, qui *Mohamedi Ben Albarezi* & *Saifeddini Alholli* veſtigiis inſiſtere ſe ait. Operi manus ultima impoſita anno Egiræ 826. Chriſti 1422.

Commentarii hujus habetur exemplar in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MDXCV. anno Egiræ 993. exaratum.

## CCXCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 21. menſis Dilcadat anno Egiræ 646. Chriſti 1248. in Inſula *Baleari minori*, vulgò *Menorca*, quo continetur Poema inſcriptum *Epiſtola ſtrictâ oratione compoſita* (6), quod condidit vetuſtus idem & inſignis Grammaticus *Abilcaſſem Alzagiagi* quarto Egiræ ſeculo clarus. Accedunt Commentarii Ali Ben Mohamad Ben Haric (7) *Hiſpani*, qui Poema hocce magna cum eruditione explanavit.

## CCXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Cairi* anno Egiræ 700. cujus initio aliquot deſiderantur folia. Ibi Poeticæ præcepta occurrunt auctore ignoto.

## CCXCV.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ & Prologo, quo continetur *Ars Rhythmica*, necnon ejuſdem Artis Lexicon ſatis copioſum, titulo *Peritia Artis Rhythmicæ*. (8)

## CCXCVI.

Codex pereleganter exaratus die 9. menſis Dilcadat anno Egiræ 707. Chriſti 1307. quinque, vel ſex foliis ini-

(1) *Titulus*: كتاب ثمرات الشهية في الفواكة الحموية والزوايد الحموية ۞

(2) *Auctor*: تقي الدين ابو بكر بن حجة الحموي ۞

(3) *Initium*: فهذه اوراق ۞

*Finis*: كوامل ۞

(4) *Titulus*: تقديم ۞

(5) البديعية ۞

(6) *Titulus*: رسالة المنظومة في ابيات الجمل في النحو ۞

(7) *Auctor*: علي بن محمد بن حريق ۞

(8) *Titulus*: علم القوافي ۞

initio mutilus, quo continetur auctoris incerti Commentarius in veterum Poetarum Arabum carmina, ubi eorum ſententiæ, proverbia & loca difficiliora expenduntur: opus ſanè ad intelligendos antiquitatum Arabicarum libros in primis utile.

### CCXCVII.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, qui carmina continet ex ſelectiſſimorum Poetarum libris excerpta, titulo *Florilegium Poeticum* (1), ignoto auctore. (2)

### CCXCVIII.

Codex nitidis literis exaratus, carens anni notâ & auctoris nomine, quo continetur Opus ſelectiora tùm veterum, tùm recentiorum Poetarum carmina complectens, inſcriptum (3) *Pulchra Collectio* (4). Ibi præter dignas lectu narrationes, multa ſuppetunt lepidè & acutè dicta ad animum erudiendum, recreandumque valde opportuna. Auctoris nomen latet.

# POETICI

## *IN QUARTO.*

### CCXCIX.

Codex exaratus abſque anni nota, quo Poemata continentur ſex principum Poetarum, videlicet *Alcama*, *Amrilcais*, *Alnabea*, *Antara*, *Tharpha*, & *Zohair* (5), qui ſeculo quod Mahometi ætatem præceſsit, Oratoria & Poetica facultate ceteris antecelluere. Hujuſmodi Poemata cum aliis è vetuſtiſsimorum Arabum monumentis collegit ac publici juris fecit *Aſmaæus Abuzaid Abdelmalek* antiquitatum Arabicarum Scriptor peritiſsimus, ſecundo Egiræ ſeculo clarus.

At hîc duo ſunt omnino notanda: primum contra Pocokium aſſerentem Arabibus priſcis Poemata non fuiſſe longiora ſex, ſeptemve verſibus; *Alſaphadæus* enim quem laudat, agit de carmine extemporali, quod unuſquiſque, prout illi opus eſſet, proferebat; non verò de carmine longiore Poetis uſitato, qualia vulgò ſunt noſtratia Poemata. Igitur etſi carminum, ſive longiorum, ſive breviorum condendorum ratio apud Arabes perantiqua fuerit; Artis Metricæ tamen leges recentius inventum fuiſſe rectè animadvertit *Alſaphadæus*. Alterum verò contra Clariſsimum Virum *Aſſemani*, qui in Bibliotheca Orientali, *Tom. III. pag.* 580. ſic ait: *Neque enim ulla poſſunt proferre literarum monumentis conſignata tabularia ante Mahometi ætatem, præter ſeptem Poëtarum Arabum carmina, quæ ipſi* Moallacat, *id eſt* appenſa, *&* Modahebat, *hoc eſt* auro ornata *vocant* ... *Et hæc quidem carmina etſi magni fiant apud Arabes, nihil tamen continent, quod ejus gentis hiſtoriam vel genealogiam illuſtrare queat.* Tanto viro adſtipularer libentiſsimè, niſi & Scriptorum auctoritas, & Poematum argumenta mihi contrarium omnino perſuaderent. *Aſſiuthæus*, præſertim in lib. *Prati Floridi*, inter ceteras Poeſeos laudes hoc ejus beneficium enumerat, nempe quod lin-

(1) *Titulus*: مجموع مبارك منتخب من كلام العرب

(2) *Initium*: خرجت ——— *Finis*: النفوس ———

(3) *Titulus*: مجموع لطيف

(4) *Initium*: فهذا مجموع ——— *Finis*: ومسالك ———

(5) علقمة ۞ امروء القيس ۞ النابغة ۞ عنترة ۞ طرفة ۞ وزهير ۞

linguæ Arabicæ proprietatis & elegantiæ conſervatio, tum genealogiarum memoria, rerumque geſtarum notitia ei maximo jure debeatur. Quæ quidem omnia his exprimit verbis: „ Poemata Arabibus olim fuerunt Pandectæ, „ quorum ope & beneficio familiarum „ & cognationum ſeries imperturbatæ „ ſervabantur, rerum geſtarum memoria „ ad poſteros pervenit, qui & linguæ „ peritiam ex illis hauriebant. (a)

Accedit quod *Amrilcaiſus* in eo Poemate *Hageri* patris ſui bella, cædemque, & fugam ſuam, refugiumque ad Græcorum Imperatorem deſcribit. Quæ ut planiùs intelligas, utriuſque hiſtoriam ab Abulfeda relatam, paucis proponemus. *Hagerus* Arabiæ Felicis Rex, & *Amrilcaiſi* Poetæ noſtri pater, ab *Azaditis*, quos ob inſidias ipſi ſtructas duriùs aliquando habuerat, aſtu interfectus eſt. Quo audito, auxilium contra eos petiit *Amrilcaiſus* à Tribubus *Bekr* & *Taglab*, eoque impetrato, ipſos profligavit. Poſteà autem diſsipatis præ metu *Almonderi* quas habebat copiis, ad potentiſsimum quendam Judæum, *Samuelem* nomine, ſubinde ſe contulit, donec tandem Græcorum Imperatorem, opem rogaturus, adiit, apud quem poſtremò deceſsit.

Poeta verò *Alnabea* in eo Poemate quod edidit, ſuam deſcribit fugam à *Nomano* Arabiæ Felicis Rege decimo, *Monderi Lakhamitæ* filio, qui ei mortem inferre conabatur. Poſtmodum ſuæ ut ſaluti conſuleret, ad *Amrum* filium *Badri Gaſſanitæ* ſeſe contuliſſe narrat. *Lakhamitæ* Reges erant in Arabia Perſarum Regibus ſubjecti; *Gaſſanitæ* verò à Græcorum Imperatore Syriæ præfecti: quibus id nomen inditum à *Gaſſan* (1), loco in Syria aquis uberrimo, ubi hæc Arabum Dynaſtia primùm conſedit.

Quod ad Poetam *Tarpham* attinet, cujus infortunium alii cecinere, fertur ille unà cum *Motalmeſo* (2) Poetâ adversùs Regem *Amrum*, qui eos magnifico exceperat hoſpitio, carmina probroſa factitaſſe. Is hoſpitii jure motus, diſsimulatâ irâ, illos domi interficere non ſuſtinuit; ſed datis codicillis ad Præfectum quendam ſuum ut de iis pœnas ſumeret, dimiſit: quod ſuſpicatus *Motalmeſus*, apertis domi codicillis, periculum declinavit; at *Tarpha*, traditis literis, morte multatus eſt. Epiſtolæ, quæ Motalmeſo data eſt, apud *Almaidanienſem* Arabicarum antiquitatum diligentiſsimum Scriptorem habetur exemplum, quod ita refert Pocokius in *Notis* toties laudatis: „ In nomine tuo, Deus. Ab Amru „ Ebn Handa ad Alcabarum. Ubi ad „ te literæ noſtræ per Motalmeſum per- „ venerint, fac ipſum manibus & pe- „ dibus truncatum, vivum defodias (b). Hujuſmodi *Epiſtola Motalmeſi* (3) in proverbium abiit. Neque diſsimilis eſt apud Græcos & Latinos Bellerophontis hiſtoria; verùm non eſt inſtituti noſtri hæc longiùs perſequi.

Co-

(a) الشعر ديوان العرب وبه حفظت الانساب وعرفت الماثر ومنه تعلمت اللغة ۞

(b) باسمك اللهم من عمرو بن هند الي المكعبر اذا اتاك كتابي هذا مع المتلمس فاقطع يديه ورجليه وادفنه حيا ۞

(1) غسان ۞

(2) المتلمس ۞

(3) *Titulus*: صحيفة المتلمس ۞

## CCC.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, quo continetur Commentarius in Poema *Amrilcaiſi*, inſcriptus *Scholia in Carmina Appenſa* (1), auctore *Abv Giaphar Ahmad Ben Mohamad*, vulgò *Ebn Alnahas* (2), qui plurium operum ſcriptor enituit anno Egiræ 325. (3)

## CCCI.

Codex literis Cuphicis exaratus, mutilus, & flammis nonnihil tactus, quo continetur Commentarius in Poema celeberrimi Poetæ *Maimum Ben Cais Ben Giandal*, cognomento *Alagſchi* (4), qui ante Mahometi tempora floruit: auctore *Abilabbas Ahmad Ben Iehia Cordubenſi*. (5)

## CCCII.

Codex non una manu exaratus, quo nimirum continentur:

1.° Commentarius in Poema inſignis Poetæ *Caab Ben Zohair Almozeni* (6), qui ad Pſeudoprophetæ uſque tempora vitam produxit: auctore *Saleho Ben Ali Ben Ahmad Alnamari Alkhazragi* (7), qui genere & eloquentia apud Arabes *Hiſpali* claruit quarto Egiræ ſeculo. (8)

Tria illa Poemata quæ proximè recenſuimus, inter *aurea*, & ad templi Meccani januam *appenſa* numerantur.

2.° Commentarius in Poema *Borda*, ſeu *Veſtis elegans* dictum, in Mahometi laudem, quod ſupra innuimus: auctore *Khaledo Ben Abdalla Alazharæo* (9) Juriſconſulto, qui ſexto Egiræ ſeculo *Cairi* floruit. (10)

3.° Epitome Inſtitutionum Juris Canonici XXX. capitibus comprehenſa, & inſcripta *Legum Lingua* (11), auctore (12) *Abv Ali Mohamad Ben Khaldvn* Regio *Granatæ Judice* (13). Triginta Tituli, & Canones complures eâ continentur, quos inter Canon ille occurrit de uſu Veſtis holoſericæ religioſa ſanctione vetito, de quo alii alia ſentiunt; ſunt enim qui nemini ejus uſum ullo pacto permittendum doceant; quidam feminis eum tantummodò conceſſum volunt; alii verò minus rigidi etiam ad viros, dummodo carnem non attingat, extendunt: quæ quidem opinio hodie inter Mahometanos omnino recepta eſt.

Is Codex nitidè exaratus eſt anno Egiræ milleſimo.

## CCCIII.

Codex nitidis literis exaratus, abſ-



(1) *Titulus*: شرح ديوان امرالقيـــــس المسمي بالتعليقة ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو جعفر احمد بن محمد ابن النحاس ۞

(3) *Initium*: قفا نبـــــــــــــن ۞
*Finis*: وري ـــــــــــــــ ۞

(4) *Auctor*: ميمون بن قيس بن جندل الاغشي ۞

(5) *Commentator*: شرح ابي العباس احمد بن يحيي القرطبي ۞

(6) *Auctor*: كعب بن زهير المزنـــي ۞

(7) *Commentator*: صالح بن علي بن احمد النماري الخزرجي ۞

(8) *Initium*: فهزا تعليق لطيـــــــف ۞
*Finis*: ذاكعيـــــــــــــن ۞

(9) *Auctor*: تاليف خالد بن عبد اللـــــه الازهري ۞

(10) *Initium*: ابهـــــــــــا الاخ ۞
*Finis*: تسليمــــــــــــــا ۞

(11) *Titulus*: لسان الحكم فـــــــــي الشريعة ۞

(12) *Auctor*: تاليف ابو علي محمد بـــن خلدون قاضي غرناطه ۞

(13) *Initium*: فلما ابتليت بالقضـــــــا ۞
*Finis*: دون الرجـــــــــــــال ۞

que anni nota, quo continetur Commentarius in Poema ſupra dicti Poetæ *Caab Ben Zohair*, quo Mahometi laudes celebrantur: auctore *Abu Abdalla Ben Hescham Alansari*, *Hiſpano* (1), genere nobili (2). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Scholia in celeberrimi Poetæ *Motanabbi* Carmen de Amoribus, inſcriptum *Venti Orientalis Aura* (3). Scholiaſtæ nomen ignoratur.

2.° Epiſtolarum Collectio, quas conſcripſit doctiſsimus & nobiliſsimus vir *Mohamad Ebn Alkhathib*, vulgò *Dhulvazratin*, Hiſpanus *Granatenſis* (4), clariſsimus rerum Hiſpanarum Scriptor.

## CCCV.

Codex exaratus abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Carmina Poetæ *Motanabbi*, hoc titulo: *Loca difficiliora quæ in Opere Poetico Motanabbi occurrunt, explanantur* (5): auctore *Abi Farge* (6), qui Poetam *Motanabbi*, ejuſque opera à cenſura *Abilphathi Othman Ben Hanni* ea immeritò reprehendentis, latè, doctéque vindicat. (7)

## CCCVI.

Codex exaratus anno Egiræ 528. Chriſti 1133. quo continetur Tomus prior Commentarii in Opera Poetica ſupra dicti Poetæ *Motanabbi*, id eſt *Fatidici*, qui talem in hoc noſtro Codice præfert titulum: *Pars prior Commentarii Diuan Almotanabbi* (8), auctore *Abulhassan Ali Ben Mohamad Alnisaburi Alvahedi* (9), qui *Niſaburæ* in Perſia natus, pluribus editis libris clariſsimus obiit anno Egiræ 464. (10)

## CCCVII.

Codex exaratus anno Egiræ 736. Chriſti 1335. quo continetur Tomus poſterior Commentarii in Opera Poetica ejuſdem *Almotanabbi*, qui à litera د incipiens, ad literam uſque م pertingit: auctore ſupra memorato *Abilfath Othmano Ben Hanni* (11), ſeu *Genni*, ut legendum omnino videtur. Hic Impugnator potiùs, quàm Commentator, ut jam præmonuimus, planè dicendus eſt.

Inter ſelectiſsima *Almotanabbi* carmina, quæ in hoc Codice leguntur, duo ceteris elegantiora cenſentur, alterum videlicet in laudem *Saiphel Daulati*, floreutiſsimi, *Syriæ* & *Ciliciæ* Regis, de quo Abulpharagius in Hiſtoria Dynaſt. *pag.* 203. & *ſeqq*: alterum verò quod ci-

(1) *Auctor*: الشيخ ابي عبد الله بـــن هشام الانصاري ۞

(2) *Initium*: فاني مورد في هـــذا الكتاب ۞

*Finis*: غير مـــــــرة ۞

(3) *Titulus*: نسيم الصبـــــا ۞

(4) *Auctor*: محمد ابن الخطيـــــب ذوالوزرتين الاندلسي ۞

(5) *Titulus*: شرح مشكلات ديوان شعـــر ابي الطيب المتنبي ۞

(6) *Auctor*: ابي فرجـــــه ۞

(7) *Initium*: فاقول ان مـــــا ۞

*Finis*: ومثله كثيـــــرا ۞

(8) *Titulus*: الجزء الاول من شرح ديوان المتنبي ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابو الحسن علي بـن محمد النيسابوري الواحدي ۞

(10) *Initium*: ان الشعر ابقي كـــلام ۞

*Finis*: فتلـــــــي ۞

(11) *Auctor*: ابي الفضل عثمان بـــن حني ۞

cecinit in gratiarum actionem, quum à *Saiphel Daulato* Rege puellam & equum dono accepiſſet.

## CCCVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 3. Rabii prioris anno Egiræ 882. Chriſti 1477. quo continetur Anonymi Commentarius in Opus metricum Grammaticorum principis *Saibuiah* de Arte Poetica, inſcriptum *Diſticha Saibuiahæ* (1) : qui quidem Commentarius hoc inſignis eſt titulo : (2) *Acquiſitio Fontis aurei ex literaturæ Arabicæ fodina manantis* (3). Id opus, in quo plures ocurrunt Poetici luſus, aſſerit anonymus Auctor ſe aggreſſum eſſe, & abſolviſſe die 3. Saphari, anno Egiræ 457. Chriſti 1064. *Hiſpali* imperitante *Abu Amru Abad Ben Mohamad Ben Abad*, cognomento *Almotadhed Billa* (4), cui illud ipſum nuncupatum eſt.

Extinctâ *Omiaditarum* Regum ſtirpe in Hiſpania, populus Hiſpanus ex vario nationum genere conflatus, & in diverſas diſtractus factiones, plures ſibi per univerſam Hiſpaniam Reges tumultuosè conſtituit; ibi enim tunc erat imperium, ubi imperandi libido & poteſtas. Inter primos Reges, qui *Omiaditis* in Hiſpaniarum imperium ſucceſſere, refert Ebn Alkhathib in *Hiſpana Chronologia* Dynaſtiam *Abaditarum*, quorum princeps extitit Judex *Abulcaſſem Mohamad Ben Abad* (quem *Habeth* Rodericus Toletanus in *Hiſtoria Arabum* appellat) *Ben Mohamad Ben Iſmail Ben Coraiſch* (5), Hiſpalis Rex : quo defuncto, ejus filius *Amru Abad* potentiſsimo factionis Cordubenſis auxilio imperium occupavit, nomine *Almotadhed Billa*, cujus mors cadit in annum Egiræ 461. Illi tandem ſucceſsit ejus filius *Mohamad*, qui *Almotamed Alaalla* (6) nuncupatus eſt. Hic prolatis imperii finibus, & Rhetorica ac Poetica facultate juxta inclaruit : quicum tandem extincta eſt *Abaditarum* Dynaſtia.

## CCCIX.

Codex nitidè exaratus die ſecunda Moharrami, anno Egiræ 1002. Chriſti 1593. quo continetur Opus Poeticum, cujus titulus *Divan Abi Nauas* (7), id eſt omnia Poeſeos genera quæ congeſsit & ſecundùm literarum ſeriem diſtributa in lucem protulit *Haſſan Ben Hanni Abu Ali*, cognomento *Abu Nauas*, poſt Poetas Mahometi ætate ſuperiores inter Arabes facilè princeps, qui *Ahuazæ* in Perſia anno Egiræ 145. natus, obiit in urbe *Bagdadi* anno ejuſdem Æræ 195. Hujus operis extat exemplar in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCDXXXVIII.

Argumenta quæ in eo opere occurrunt, ſunt omnino decem, quibus varii luſus Poetici reſpondent. „ Eorum primum ad Laudem, ſecundum ad Epicedium, tertium ad Lamentationem, quartum ad Satyras ſpectant; quintum de Carmine morali, ſextum de Animalium deſcriptionibus agunt, ut & ſeptimum de Car- „ mi-



(1) ابيات سيبويـــــــــــــه

(2) *Titulus* : تحصيل عين الذهب مـــن جواهر الادب في علم مجازات معـــدن العـــرب

(3) *Initium* : هذا كتاب امرنااليفـــه
*Finis* : جعلوا لـــــــــــــه

(4) ابو عمرو عباد بن محمد بن عباد المعتضد بالله

(5) القاضي ابو القاسم محمد بن عباد بن محمد بن اسمعيل بن قريش امـيــر اشبيلية

(6) المعتمد علي اللـــــــــــه

(7) *Titulus* : ديوان ابي نـــواس

„ mine triſti ac læto , aliàs Elegia-„ co, octavum de Apologis, nonum de „ Dictis lepidis, decimum de Carmine „ amatorio. (a)

## CCCX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 22. Ramdani, anno Egiræ 700. Chriſti 1300. quo continentur Commentarii in Carmina de vario rerum argumento, inſcripta (1) *Heroica juxta Poetarum recentiorum methodum & genium* (2). Auctor operis celebratiſsimus Poeta *Abu Tamam* tertio ineunte Egiræ ſeculo clarus, de quo jam ſupra mentionem fecimus; Scholiaſtes verò *Abu Isac Abrahim Ebn Ahmad Ebn Malkun Damaſcenus* (3). Ex Reg. Bibliotheca Marochana.

## CCCXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Poeticum, inſcriptum *Collectio Carminum heroicorum Baſorenſis* (4), auctore *Ali Ben Abi Alpharagi Basorensi* (5), qui ſelectiſsima Poetarum veterum ac recentiorum carmina collegit, & ordine alphabetico digeſsit in gratiam & ad uſum *Almaleki Alnaſeri Salaheddini Abu Almozpher Joſeph* filii *Almalek Alaziz*, & nepotis *Almaleki Aldhaher* (6), Regis *Alepi*, & ſtirpis *Ajubitarum* ultimi, qui anno Egiræ 658. ab *Holagu* Tartarorum Imperatore interfectus eſt. (7)

De variis Carminum vocabulis quæ Auctor noſter notat in Prologo, ea hîc recenſenda duximus, quæ in Lexicis, vel Grammaticis fruſtra quæras.

„ Porrò Carmina juxta varia re-„ rum argumenta in varia dividun-„ tur genera. Hinc Carmen, quo ali-„ cujus bellica virtus & in adverſis to-„ lerantia celebrantur, *Heroicum* dici-„ mus; *Laudatorium* verò, ſi alterius „ genus, liberalitas, &c. laudibus ex-„ tolluntur; huic oppoſitum Carmen „ *Probroſum* appellatur. Si nobilis ani-„ mi dotes, ut pudor, caſtitas, & „ aliæ id genus virtutes enarrantur, „ hujuſmodi Carmen *Ethicum* vocita-„ tur; illud autem, quod ad mulie-„ rum venuſtatem, amoreſque ſpe-„ ctat, *Amatorium* dicitur. *Satyram* „ etiam appellamus Carmina qui-„ bus alicujus vitia, v. g. avaritiam, „ pigritiam objurgamus. Si res me-„ taphoricè deſcribuntur, ea Carmi-„ na *Lepida* vocitantur, cujuſmodi „ ſunt Apologi : ea tandem quæ ad „ pietatem erga Deum, rerumque „ mundanarum contemptum perti-nent,

(a) باب في المدح ۞ باب في المراثي ۞ باب في العتاب ۞ في الهجا ۞ في الزهد ۞ في الطرد ۞ في الخمريات ۞ في المذكرات في المونثات ۞ في المجون ۞

(1) *Titulus* : الحماســـــــة ۞

(2) *Initium* : هذا كتاب جمعـــــن ۞

*Finis* : يا فتـــــــي ۞

(3) *Auctor* : تاليف ابو اسحق ابرهيم ابن احمد بن ملكون ۞

(4) *Titulus* : كتاب الحماسة البصرية ۞

(5) *Auctor* : علي بن ابي الفـــــرج البصري ۞

(6) الملك الناصر صلاح الدين ابـــو المظفر يوسف بن الملك العزيز بـــن الملك الظاهر ۞

(7) *Initium* : لما كانت المجاميـــــع ۞

*Finis* : واذـــــــق ۞

„ nent , *Monaſtica* , ſive *Parænetica* „ cenſentur. (a)

## CCCXII.

Codex exaratus die 10. Ramdani, anno Egiræ 618. Chriſti 1221. quo continetur Commentarius *Selectus* (1) inſcriptus, in Poema *Lamiat Alarab* (2) dictum, ea de cauſa quòd literâ ل ſinguli verſus clauduntur. Ibi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus elegantiſsimè diſſeritur , variæ etiam fabellæ & apologi interſeruntur : auctore inſigni & vetuſto Poeta *Alſchancari Azadita* (3) ; Commentatore verò (4) *Jahia Ben Abi Thai Hamaid Ben Zapher Ben Ali Alepino* , vulgò *Algassani*. (5)

## CCCXIII.

Codex exaratus die 5. menſis Dilhagia, anno Egiræ 1005. Chriſti 1596. quo continetur Commentarius in elegantiſsimum Poema de Mahometi laudibus , de quo ſupra , inſcriptum *Borda*, id eſt *Veſtis elegans* , quod & *Hamziath* (6) nuncupatur; ſinguli enim illius verſus in literam ا cum *Haamzata* ſimiliter deſinunt. Hujus Poematis auctor dicitur *Abu Abdalla Mohamad Ben Said Ben Abdalla Ben Halal Alſanhagi* , vulgò *Albuſiri* , ex oppido *Buſir* in ſuperiori Ægypto ortus, qui , ut tradit Macrizius , obiit anno Egiræ 697. ſed veriùs anno 694. ſecundùm Scriptorem *Aſcalonitam* ; Commentator verò *Abu Abdalla Ahmad Ben Hagiar* , *Doctor Sectæ Schapheitæ Alhaitami Meccanus* (7), qui pietatis & doctrinæ laude octavo Egiræ ſeculo inter ſuos floruit.

## CCCXIV.

Codex nitidè exaratus , abſque anni nota , complectens Commentarium in idem Poema *Hamziath* , auctore Juriſconſulto (8) *Ahmad* , vulgò *Schaikh Zadeh*. (9)

## CCCXV.

Codex nitidis literis exaratus , carens

(a) ثم ان الشعر علي اختلاف معانيه واصوله ينقسم الي اوصاف فما وصف به الانسان من الشجاعة والشدة في الحرب والصبر سمي حماسة وبسالة ۞ وما وصف به من حسب وكرم سمي مدحا وما اثني عليه من ذلك سمي رثا ۞ وما وصف به اخلاقه الحميدة من حيا وعفة وغير من الفضايل سمي ادبا ۞ وما وصف به النسا من حسن وجمال وغرام بهن سمي غزلا ۞ وما وصف به من بخل وجبن وسو خلق سمي هجا وذما ۞ وما وصف به الاشيا علي اختلاف اجناسها وانواعها سمي نعتا ووصفا وملحا ۞ وما ذكر به الانابة الي الله ورفض الدنيا وتغليبها سمي زهدا ۞

(1) *Titulus* : المنتخب ۞

(2) لامية العرب ۞

(3) *Auctor* : الشنفري الازدي ۞

(4) *Commentator* : يحيى بن ابي طي حميد بن ظافر بن علي الحلبي الغساني ۞

(5) *Initium* : فاني ارغب ۞

*Finis* : الما باكر ۞

(6) همزية ۞

(7) *Auctor* : تاليف ابو عبد الله احمد حجر الشافعي الهيتمي المكي ۞

(8) *Auctor* : تاليف الشيخ احمد زاده ۞

(9) *Initium* : الحمد لله المنتجب ۞

*Finis* : الزحام ۞

rens anni notâ, quo continetur Commentarius in idem Poema, auctore Schehabeddino *Ahmad Ben Abdelhac Alsanbathi* (1) *Syro*, cujus Commentarii magno apud Mahometanos ſunt in pretio. (2)

### CCCXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 933. Chriſti 1526. quo continetur & alter locupletiſsimus Commentarius in Poema, de quo ſupra: auctore *Abu Othman Saad Ben Joseph Ben Saad*, *Alalbiri*, id eſt *Illiberitano* (3), qui *Granatæ* claruit anno Egiræ 751. (4)

### CCCXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in idem Poema *Borda*, auctore *Abu Abdalla Mohamad Alsarsari*. (5)

2.° Poema elegantiſsimum ſimiliter in Mahometi laudem, cui titulus *Allamiat* (6), ita dictum quòd ſingulos verſus litera ل claudat: auctore *Saphildino Alholli*.

3.° Opuſculum Aſceticum, capitibus xv. comprehenſum, & *Firma Fides* (7) inſcriptum, quod olim *Mohamad Ben Joseph Alhasni* Monachus ad uſum Monachorum Mauritanorum edidit.

4.° Dialecticæ Compendium Doctoris *Abi Abdalla Mohamad Alsanusi*.

5.° Juris Conſtitutiones, quas evulgavit *Abu Mohamad Abdalla Ben Abi Zaid Alcairvani*, ortu *Granatensis*. (8)

6.° Poema de Arte Grammaticæ, *Alphia* dictum, celeberrimi Grammatici *Ben Maleki*, non ſemel in noſtra Bibliotheca laudatum.

7.° Grammatica *Agrumia*, ab Auctore ſuo ſic nuncupata.

8.° *Ben Maleki* Poema de Verborum Conjugationibus, *Lamiat* dictum.

9.° Anonymi Arithmetices Compendium.

10.° Poema de Hæreditate, quod *Abu Isac Abrahamus Ben Abu Baker Tremisenus* (9) edidit anno Egiræ 635.

11.° Rhetorices Epitome viri clariſsimi *Mohamad Ben Abdelrahman Alcarvini*, *Hispani* (10), adjectis ad oras notis.

12.° Poema de Arte Metrica, *Alkhazragia* inſcriptum, auctore *Dhialdino Abdalla Ben Mohamad Alkhazragi*.

13.° Poema de Doctrina Temporum inſignis Mathematici *Abu Zaid Abdelrahman Algiadeni*, *Cordubensis*. (11)

Co-

(1) *Auctor*: تاليف شهاب الدين احمد بن عبد الحق السنباطي ۞

(2) *Initium*: فهذا حل لطيف ۞ *Finis*: الاشيا ۞

(3) *Auctor*: تاليف ابو عثمان بن يوسف بن سعد الالبيري الاندلسي ۞

(4) *Initium*: فان هذه القصيدة ۞ *Finis*: العبس ۞

(5) *Auctor*: امن تذكر جيران بذي سلم مزجت دمعا جري من مقلة بدم ۞

(6) *Titulus*: الاميه ۞

(7) *Titulus*: العقيدة ۞

(8) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بن ابي زيد القيرواني الغرناطي ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابو اسحق ابرهيم بن ابو بكر التلمساني ۞

(10) *Auctor*: محمد بن عبد الرحمن القزويني الاندلسي ۞

(11) *Auctor*: تاليف الشيخ ابو زيد عبد الرحمن الجادني القرطبي ۞

## CCCXVIII.

Codex, prætermiſsâ anni notâ, quo continetur Opus Poeticum, titulo *Diuan Althograi*, id eſt varia Carmina de vario rerum argumento in Academiis lecta, & in unum collecta. Dividitur in duas partes, quarum prior complectitur plura Poemata in laudem Regum Selgiucidarum, præcipuè *Mohamad Ben Malek Schah Alſolthan Alſaid*, *Abilphath Maſſud*, *Almaleki Almodhferi*, *Nodham Almolk*, & *Muied Almolk* (1): poſterior varia Carmina moralia ordine alphabetico digeſta, ubi & mundi res caducas, & fortunæ vices eleganti carmine deſcribit Auctor præſtantiſsimus *Abu Iſmail Alhaſſain Ben Ali*, vulgò *Althograi*, patriâ *Hiſpahanenſis*, *Bagdadi* incola (2), qui tùm apud Regem *Abilphat Maſſud Selgiucidam* ſupra memoratum Viziratûs munere, & dignitate perfunctus eſt, tùm apud omnes literatos viros maxima & ingenii & doctrinæ celebritate inclaruit. Hic anno Egiræ 513 ob ſeditiones in regno exortas, annos plus ſexaginta natus, interfectus eſt.

*Althograi* appellationem ſortitus eſt à munere & peritia ſcribendi *Althogra* (3), id eſt implexam illam & craſsioris ductûs ſcripturam quæ diplomatis Principum præmitti ſolet, eorum nomina & titulos exhibens.

## CCCXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 900. Chriſti 1494. quo continetur Poema ejuſdem auctoris *Althograi* toto Oriente longè celeberrimum, inſcriptum *Lamiat Alagiam* (4), ad imitationem antiquiſsimi Poematis *Lamiat Alarab*, cujus ſinguli verſus in literam ل deſinunt. Ibi totius Arabici ſermonis elegantiam ac eloquentiam reperias: ibi Poeta in ſui ævi mores graviter invehitur. Accedit Commentarius locupletiſſimus in duas partes diſtributus, Doctoris SALAHEDDINI KHALIL BEN ABIK SAPHADITÆ, qui anno Egiræ 764. *Damaſci* obiiſſe fertur. (5)

Poema hujuſmodi extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi, & Pocoki ſtudio Latinè prodiit.

## CCCXX.

Codex nitidè exaratus feria 6. die 9. Moharrami, anno Egiræ 844. Chriſti 1440. quo continetur ſuperioris Commentarii exemplar alterum accuratiùs exaratum, ubi & *Althograi* vita unà cum operibus ab eo editis, ac elogiis deſcribitur.

## CCCXXI.

Codex pereleganter compactus, & nitidiſsimè exſcriptus die 10. Ragebi, anno Egiræ 876. Chriſti 1471. ad uſum Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur ejuſdem Commentarii in Poema *Lamiat Alagiam* tertium exemplar, inſerto textu literis aureis expreſſo.

## CCCXXII.

Codex nitidè exaratus feria 4. die 14. Ragebi, anno Egiræ 1004. Chriſti 1595. quo continetur in idem Poema Commentarius, auctore KEMALELDINO

ABUL-

(1) *Auctor*: السلطان السعيد محمد بن ملك شاه ۞ ابي الفتح مسعود بن محمد ۞ الملك المظفر ۞ ونظام الملك ومويد الملك ۞

(2) *Auctor*: ابو اسماعيل الحسين بن علي الاصبهاني الطغراي ۞

(3) ۞ الطغرا

(4) *Titulus*: ۞ لامية العجم

(5) *Initium*: ۞ فالقصيدة الموسومة

*Finis*: ۞ العجم

*Abulbaca Ben Musa Aldomairi* (1), *Ægyptio*, Sectæ *Schapheiticæ* Juriſconſulto, qui in Præfatione teſtatur ſe opus id abſolviſſe anno Egiræ 769 (2). Ceterùm huic Commentario alium Doctoris ſupra laudati *Salaheddini Khalil Saphaditæ* Scriptores primæ notæ meritò præferunt.

## CCCXXIII.

Codex luculenter exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in idem Poema, auctore *Badreddino Abu Abdalla Mohamad Ben Abi Bakr Almakhzumi Aldomamini*, *Malakiticæ Sectæ Doctore, patriâ Alexandrino* (3), qui in Prologo ait ſe id operis aggreſſum eſſe in urbe *Cairi* anno Egiræ 794.

Is verò Codex exaratus eſt feria 4. die 8. Schabani, anno Egiræ 1005. Chriſti 1596. (4)

2.° Exemplar alterum Commentarii in idem Poema olim editi à *Kemaleldino Aldomairi*, notiſſimo *Hiſtoriæ Animalium* Scriptore, de quo ſupra.

3.° Commentarius in idem Poema, auctore *Mohebeldino Abulbaca Abdalla Ben Alhossain Alocbari* (5), qui in urbe *Ocbara* in Iraca Babylonica natus, obiit anno Egiræ 811.

Is Codex deſcriptus eſt in urbe *Alepi* anno Egiræ 959.

4.° *Poema Lamiat Alagiam* Poetæ *Altograi*, de quo ſupra frequens ſermo, Diſtichis conſtans ſexaginta, quorum ſingulos verſus eadem litera ل jugiter claudit. (6)

## CCCXXIV.

Codex nitidè exaratus & vocalibus animatus, complectens priorem Tomum Operis Poetici inſcripti *Varia Cantica* (7), auctore nimirum *Salaheddino Khalil Ben Abik Saphadita*. Ibi varia ejus Carmina, ut & Epiſtolæ ſtricta oratione conſcriptæ ad ſeptuaginta literatos viros ſui temporis æquales, unà cum eorum Reſponſis occurrunt. Ibi & Poeticæ Artis, & ſermonis Arabici elegantiæ ac eloquentiæ theſaurum invenias (8). Ex Reg. Bibliotheca Marochana.

## CCCXXV.

Codex nitidè exaratus die 18. Rabii prioris, anno Egiræ 842. Chriſti 1438. quo continetur Poema inſcriptum *Ars Poetica ad uſum rudium, ac perſpicacium* (9), quod edidit vir inſignis *Schamseddinus Abu Abdalla Mohamad Ben Giaber Hispanus* (10), ubi Poeticæ præcepta facili & clara methodo traduntur. Accedunt Commentarii *Schehabeddini Abu Giaphar Alraini Granatensis* (11). Hoc Poema iis conſtat verſibus, quorum ſin-

(1) *Auctor*: تاليف كمال الدين ابـــو البقا بن موسي الدميري ۞
(2) *Initium*: فـان القصيـــــــــــدة ۞
*Finis*: ذ ــــــــــــــــــــدم ۞
(3) *Auctor*: بدر الدين ابو عبد اللـــــه محمد بن ابي بكر المخزومـــــــي الاسكندري المالكي الشهير بابـــن الدماميني ۞
(4) *Initium*: فان بعض سكـــــــــــان الاسكندرية ۞
*Finis*: اولــــــــــــــــــي ۞

(5) *Auctor*: محب الدين ابو البقـــــا عبد الله بن الحسين العكبري ۞
(6) *Initium*: اصالة الـــــــــــراي ۞
*Finis*: بـالمهـــــــــــــــل ۞
(7) *Titulus*: كتاب الالحـــــــــان ۞
(8) *Initium*: فقد كنت قديمـــــا ۞
*Finis*: وثلثمـــــــــــــــــا ۞
(9) *Titulus*: بديعة الاعما والبصيـــــر ۞
(10) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابـــو عبد الله محمد بن جابر الاندلسي ۞
(11) *Commentator*: شرح شهاب الدين ابو جعفر الرعيني الغرناطي ۞

ſinguli in literam م ſimiliter deſinunt. [1]

## CCCXXVI.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Opuſculum de Arte Poetica, titulo *Ars Nova* [2], auctore ABDALLA BEN MOHAMAD ALMOTAZ BILLA [3]. Huic pater *Almotaz Billa*, Calipha inter *Abbaſidas* quartusdecimus, creatus anno Egiræ 252. die quarto Moharrami, cujus vitam, mores, reſque geſtas videſis apud Elmacinum Sarrac. Hiſt. *lib*.4. *pag*. 169. [4]

2.° Opus de Arte Metrica, exaratum anno Egiræ 877. hoc inſignitum titulo: *Carminum Menſura* [5], cujus auctor *ABILHASSAN MOHAMAD EBN THABATHABA ALALVI* [6], id eſt *Alidita*, ex nobili ſtirpe *Ali* ortus, & ex Dynaſtia nomine *Thabathabita* genus ducens, quæ, ut ſcribit Aſsiuthæus in *Calipharum Hiſtoria*, regnum *Cuphæ* & *Arabiæ Felicis* auſpicata eſt eâ nimirum tempeſtate, qua *Fathemitæ* Ægypti rerum potiti erant, anno videlicet Egiræ 375.

3.° Opuſculum de Arte Poetica, inſcriptum *Tractatus univerſæ Poeticæ in compendium contractæ* [7], auctore [8] *ABILCASSEM ALI EBN ALCOTAI PHILOLOGO HISPALENSI*. [9]

4.° Libellus anonymus de arte literas conſolatorias ſcribendi, in capita XX. diſtributus, titulo *Ratio bene loquendi*. [10]

5.° Opus de Arte Poetica, ubi de illius vario & ingenioſo artificio, plurimis adductis primæ notæ Poetarum locis, diſſeritur, titulo *Florilegium* [11], auctore toties memorato *Aſsiuthæo*.

## CCCXXVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 718. Chriſti 1318. quo continetur Poema Doctoris *MOHAMAD ALSAVI CORDUBENSIS* [12] de Poeticæ Regulis, titulo *Ars Metrica & Rhythmica* [13], quingentis conſtans verſibus, quorum ſinguli litera ى clauduntur, ſubjectis nobiliſsimi Poetæ *ABAIDALLA BEN ABD ALKAPHI ALABADI* [14] Commentariis, qui *Hiſpali* ſexto Egiræ ſeculo claruit.

## CCCXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Ars Rhythmica, *Sufficiens* [15] inſcripta, auctore [16] *ABILHASSAN ALI BEN BERI Syro*. [17]

 Com-

(1) *Initium*: لما كانت القصيـــــدة ۞
*Finis*: اجنـــــــــة ۞
(2) *Titulus*: كتاب البديـــــــع ۞
(3) *Auctor*: تاليف عبد الله بن محمـــد المعتز بالله ۞
(4) *Initium*: قد قرمنـــــــــا ۞
*Finis*: في كـــــــــلام ۞
(5) *Titulus*: كتاب عيار الشعـــــر ۞
(6) *Auctor*: تاليف ابي الحسن محمـــد بن طباطبا ۞
(7) *Titulus*: كتاب العروض بالاختصار الجامع ۞
(8) *Auctor*: ابي القاسم علي ابن القطاع اللغوي ۞
(9) *Initium*: اعلم ان العـــــروض ۞
*Finis*: شافيـــــــــة ۞
(10) *Titulus*: تهذيب الكلام في ترتيـــب السلام ۞
(11) *Titulus*: جني الجنـــــاس ۞
(12) *Auctor*: الشيخ محمد السـاوي ۞
(13) *Titulus*: قصيدة في العـــــروض والقوافي ۞
(14) *Commentator*: عبيد الله بن عبـــد الكافي العبادي ۞
(15) *Titulus*: الكافي في علم القوافي ۞
(16) *Auctor*: تاليف ابي الحسن علي بن جري ۞
(17) *Initium*: ان علم القوافـــــي ۞
*Finis*: اصطفـــــــي ۞

2.° Commentarius in Artem Metricam Poetæ *Mohamad Ebn Alſocath* (1), auctore ALI BEN ZALPHA ALHAMDANI (2), *Perſa* ex urbe *Hamdan* : liber exaratus *Feſſæ* ſine anni nota.

3.° *Ars Poetica* metricè conſcripta à celeberrimo Poeta Hiſpano *Dhialdino Abi Mohamad Abdalla Alkhazragi* ſupra non ſemel memorato.

4.° Ars Metrica exemplis illuſtrata, quam edidit GEMALELDINUS ABI ABDALLA BEN MALEK, natione *Hiſpanus*, Grammaticus clariſsimus, titulo *Proſodia Arabica*. (3)

## CCCXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 20. Gemadi, anno Egiræ 748. Chriſti 1347. quo continetur Opus Artis Metricæ præcepta complectens, inſcriptum *Poeticæ Eloquentia in compendium contracta* (4), auctore ABILCASSEM ALI BEN GIAPHAR, vulgò EBN CATAA, origine *Siculo*, patriâ *Hiſpalenſi*, qui anno Egiræ 514. ſupremum diem obiit. (5)

## CCCXXX.

Codex exaratus anno Egiræ 1000. quo continetur Commentarius fuſior in Poema de Arte Metrica *Dhialdini Abi Mohamad Abdalla Alkhazragi* Poetæ Hiſpani celeberrimi, ſupra laudati, hac inſcriptione : *Claves Marzuchiæ ad reſerandas fores Khazragiæ* (6), auctore (7) ABU ABDALLA MOHAMAD BEN MARZUC (8). Hoc præclarum Carmen à plurimis illuſtratum eſſe fertur, quorum princeps *Abilcaſſem Mohamad Ben Ahmad Alhaſni*, patriâ *Granatenſis* jure cenſetur. Latinè etiam illud reddidit *P. Philippus Guadagnoli* ad calcem Grammaticæ Arabicæ *Romæ* typis editæ.

## CCCXXXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in idem Poema, auctore (9) MOHAMAD BEN MAHMUD ALBOKHARI PERSA, *Bokharenſi*. (10)

## CCCXXXII.

Codex initii expers, in urbe *Galata* exaratus anno Egiræ 908. Chriſti 1502. quo continetur Commentarius in proximè recenſitum Poema, inſcriptus *Mare Metricæ Artis longè, latéque patens* (11), qui ceteris, qui anteà prodierunt, eruditione & claritate præſtantior eſſe videtur. Auctoris verò nomen etiamſi lateat; eum eſſe *Hiſpanum* omnino credimus, quippe qui auctorem Poematis, *Dhialdinum* videlicet, Hiſpanum, de quo ſupra, paſsim ſuum appellet.

## CCCXXXIII.

Codex nitidis literis exaratus, vocaca-

(1) *Auctor* : محمد ابن السقاط

(2) *Commentator* : تاليق علي بن زلفا الهمداني

(3) *Titulus* : عروض العربية

(4) *Titulus* : العروض البارع بالاختصار الجامع

(5) *Initium* : فالعروض اسم
*Finis* : شديد

(6) *Titulus* : المفاتيح المرزوقية لحل اقفال الخزرجية

(7) *Auctor* : ابو عبد الله محمد بن مرزوق

(8) *Initium* : للشعر ميزان تسمي عروضه بها النقص والرجحان يدريهما الفتى
*Finis* : وسيل عبد الله ذا الخزرجي

(9) *Auctor* : محمد بن محمود البخاري

(10) *Initium* : لما كانت قصيدة
*Finis* : عن هذا

(11) *Titulus* : كتاب بحر البسيط في العروض

calibuſque etiam animatus feria 1. die 18. menſis Scheuali anno Egiræ 998. Chriſti 1589. idque in urbe *Cairi*, quo continetur Opus de Arte Poetica, inſcriptum *Excerpta Selectiora* (1), ubi *Assiuthæus*, præſtantiſsimi hujuſce operis auctor, omnia Arabicæ Poeſeos genera, ingenioſaque illius artificia, quæ vel optimi Poetæ Arabes hactenus invenere, collegit & publici juris primus fecit.

## CCCXXXIV.

Codex abſque anni nota exaratus, quo continetur alterum ejuſdem Operis exemplum.

## CCCXXXV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 1000. in quo tertium ejuſdem Operis occurrit exemplar emendatiſsimum.

*Aſsiuthæus* in laudato opere totus verſatur in variis, ſimulque ingenioſis Poeſeos modis deſcribendis, quos non indiligenti ſtudio plurimis Poetarum locis comprobat atque illuſtrat. Inter innumeras Poeticæ figuras occurrunt *Metatheſis* & *Paronomaſia*, in quibus Arabicæ Linguæ ubertas patet, & Poetis ludendi campus aperitur latiſsimus: quod facilè cernas in dictione *Ain* (2), quæ *Oculum* ſonat. Ea quippe vox ſine ulla ſui immutatione quinquaginta ſortitur ſignificationes, ut videre eſt in Carmine ibi inſerto, cujus ſinguli verſus eadem dictione *Ain*, diverſa tamen ſignificatione, terminantur. Alii præterea verborum luſus, in quibus nominum habetur ſimilitudo, paſsim leguntur. Exemplum accipe:

*Eſt mihi ſodalis Puella, poculorum adminiſtra,*
*Puella, cujus oculi ſunt veluti hortus; hortus autem fluentes habet fontes.*
*O qui mulierum times cœtum, in te jam earum ignem ſentis.*
*Heu! quomodo à damnis, ſi earum ſcintillæ te tangunt, tibi cavere vis?*
*Vel quo pacto earum ſaxa & tela inter amplexus declinaturum te credis?*
*Earum inquilinus non es; ſed amor erga ipſas inquilinum te facit.*
*In ipſis & cum ipſis regnat teredo; ac in earum domo incendium ardet.* (a)

Hæc carmina, ſi ſenſum ſpectes, peracuta ſunt; ſi verba, haud parum ingenioſa. Ceterùm, ut in aliis contingit linguis, Arabici verſus in alteram linguam converſi, non eam gratiam ac dulcedinem ſervant, quam apud ſe & domi habent: nec mirum, unus enim quiſ-



(a) نديمتي جارية ساقية ۞ ونزهتي ساقية جارية ۞
جارية اعينها جنة ۞ وجنة اعينها جارية ۞
ياخايفا من معشر ۞ قد اصطلي بنارهم ۞
ان تخش من شرارهم ۞ علي يدي شرارهم ۞
او ترم من احجارهم ۞ وانت في احجارهم ۞
فما بقيت جارهم ۞ ففي هواهم جارهم ۞
وارضهم في ارضهم ۞ ودارهم في دارهم ۞

(1) *Titulus*: ۞ كتاب جني الجنـــاس ۞ (2) ۞ عـــــــــــــن ۞

quiſque ſermo quandam elocutionis vim ac legem habet planè ab ea diverſam, quæ in ceteris obtinet. Atque hîc non abs re ſubit illud : *Vina quædam tranſferri non licere.*

Itaque in primo verſu vox Geriat (1) bis repetita, modò *Puellam*, modò *Fontem* deſignat. Vox itidem *Sakiat* (2) aliàs *poculorum Miniſtram*, aliàs *irriguum Fontem* indicat.

In ſecundo autem verſu vox *Aionha* (3) nunc ad *Oculos*, nunc ad *Fontes* refertur. Similiter vox Geniat (4) *Hortum*, ac *Delicias* exprimit.

In reliquis dictiones, videlicet *Scherarhom* (5), modò *Damna*, modò *Scintillas* : *Ahgiarohom* (6) vel *Saxa*, vel *Amplexus* : Giarohom (7) nunc *Inquilinum*, nunc *Familiarem* : Darohom (8) & *Domum* & *Incendium* : *Ardohon* (9) *Terram* ac *Teredinem* ſignificant.

## *ARABICÆ POESEOS*
## *SPECIMEN ET PRETIUM.*

Enim verò, licet nulla ferme gens tam feris extiterit moribus, ut Poeticam facultatem aliquantum ſaltem pro ſuæ naturæ & religionis inſtituto non amaverit (prætereo Græcos, Judæos, Romanos, &c. qui Carmine mirum in modum delectati ſunt) Arabes tamen, qui ad Poeſim nati ſanè videntur, Muſas præ ceteris nationibus tam avidè ſunt amplexi, earum ſtudio tam impenſè dediti, ut geſta patria, Grammaticam, Rhetoricam, Philoſophicas & Mathematicas diſciplinas, ipſam denique Juriſprudentiam ac Theologiam verſibus in memoriæ ſubſidium & perpetuum, idemque jucundiſsimum rerum monumentum mandaverint.

Quanto in honore ac pretio apud Arabes fuerit Poeſis, cùm ex ampliſsimis Poetarum præmiis, tùm ex iis quæ tradidit Leo Africanus *lib.* 1. *pag.* 20. ſatis liquet, ubi ſic ille : „ Poeſis ſummè „ ab his amplectitur : verſus deſcribunt „ elegantiſsimos, quum eorum lingua „ ſit caſtigatiſsima atque ornatiſsima. „ Siquis alicujus momenti Poeta inter „ eos reperiatur, hic ab illius regionis „ magnatibus ſummo excipitur honore „ ac munificentia ; nec quemquam facilè credere puto quantus inſit illorum „ carminibus lepor atque venuſtas. Et *lib.* 3. *pag.* 129. his pergit verbis : „ Non „ deſunt Feſsæ Poetæ famoſiſsimi....... „ Singulis annis quædam ſolent condere in Mahometis laudem carmina: „ tùm enim ſummo mane in eum confluunt locum ubi Conſulum Præfectus ſuam habet manſionem, cujus „ ſedile conſcendunt ; atque inde ſigillatim ſuam quiſque magnâ vulgi frequentiâ recitat cantionem, quam qui „ elegantiùs & accommodatiùs dictaverit, eo anno Poetarum princeps acclamatur. Verum quo tempore incolumis adhuc Marinorum Regum erat „ familia, qui tum regno potiebatur, „ in Regiam ſuam vocabat quotquot „ in urbe erant, doctos & literatos, „ quos magnificè excipiens Rex, jubebat ut ſe præſente, è loco eminentiori ſuum quiſque ordine in Mahometis laudem recitaret carmen : qui „ verò

(1) جارية
(2) ساقية
(3) أعينها
(4) جنة
(5) شرارهم
(6) أحجارهم
(7) جارهم
(8) دارهم
(9) أرضهم

„ verò omnium ſuffragiis optimè dixerat, „ à Rege equo præſtantiſsimo , ſerva, „ centum aureis , necnon veſte , qua „ tum Rex indutus erat , donabatur ; ce- „ teris omnibus quinquaginta enume- „ rabantur aurei : adeo ut nullus , niſi „ Regis expertus munificentiam , inde „ diſcederet.

Majori tamen ſtudio ad hanc laudem contendere ſolebant vetuſtiores Arabes , quibus nullum certius nobilitatis & gloriæ argumentum erat , quam carmine animi ſenſus expeditè ac eleganter exprimere ; idque hoc vel unum ſatis demonſtrat , quod in ſuo opere *Aſsiuthæus* prodidit : „ Quod , ſi in Tribu aliqua inclareſceret Poeta , gratulatum illi concurrerent aliæ , ipſæ epulas inſtituere ; mulieres tympana pulſantes , omniaque nuptiali pompa celebrantes , felicitatem Tribus ſuæ viris , puerifque obviis palam decantare : beatos jam ſuos , quibus contigiſſet heros qui eorum honorem ſartum tectum conſervaret , præco qui præclarè eorum geſta memoriæ proderet. Itaque ſolemnibus non utebantur gratulationibus , niſi cum puer naſceretur , cum Poeta apud illos inclareſceret , cum equa pullum generoſum peperiſſet.

Poſſemus & hîc recenſere plures Poetas qui maxima quoſdam apud Reges gratia & auctoritate valuere : quos inter jure laudatur Poeta *Alaeldinus* , cui *Malekus Aldhaherus Bibars* Ægypti Rex ob duo hæc Diſticha in ipſius ſolamen ex tempore recitata , quinque aureorum millia numerari juſsit.

*Mærore ne afficiaris : quod Deus decrevit, illud erit ; quodque inevitabili decreto ſtatutum eſt , fiet.*

*At inter motum & quietem ex momento res componitur ; & negotium hoc facile reddetur.* (a)

Jam verò Arabes Europæorum more nec Tragœdias , nec Comœdias agunt: an verò ſcripſerint , altum apud Scriptores ſilentium ; in hac tamen noſtrâ Bibliothecâ una , vel altera Comœdia Arabicè conſcripta occurrit , de qua ſuo loco. Græcorum fabulas ſuis carminibus non miſcent : à Deorum nominibus , ut ab ipſa Idololatria , maximè abhorrent. Suæ tamen ipſis non deſunt fabulæ , eorum genio & religioni accommodatæ. Sub fictis perſonis heroum virtutes extollunt , præclaraque illorum geſta celebrant : in vitia acriter invehuntur, corruptoſque mores proſcribunt : quo quidem in genere plures magni nominis inter ipſos viri excelluere.

Arabica ergo Poeſis , ut in ceteris Linguis , ſuis aſtringitur numerorum legibus ; alia tamen & planè diverſa ratione , ut mox patebit. Hinc omnia ferè Poeſeos genera , quæ Græcis ac Latinis Artibus traduntur , habet & Arabica, videlicet Carmina , Elegias , Epigrammata , Odas , Satyras , &c. quæ omnia ſimul collecta *Diuan* (1) , id eſt *Academica*, dicuntur: quo quidem titulo Poetarum opera inſcribi ſolent.

Arabibus placuit Poeſim *Scheer* (2), *Pilum* ſcilicet , dicere , ejuſque ſtructuram ſtructuræ tentorii ex pilis caprinis , chordis & paxillis elaborati comparare : quaprop-

(a) لا تحزن فالذي قضي الله فيكون ۞ والامر الموكل الي كن فيكون ۞
ما بين حركة بلحظ وسكون ۞ الحالة تنقضي وذا الامر يهون ۞

(1) ديــــــــوان ۞ (2) شعــــــــر ۞

propter Verſus *Bait* (1) dicitur, quaſi perfecti metri ſtructura, ædificiumque abſolutum.

Verſus Arabicus ſyllabis longis & brevibus conſtat, ex quibus quatuor formantur pedes, quorum primus *Chorda levis* (2) dicitur, duplici ſyllaba præditus, longa & brevi, ſive, ut Arabes loquuntur, litera conſonante *mota* & *quieſcente* (3): ſecundus *Chorda gravis* (4), cujus utraque conſonans *mota* eſt (5): tertius *Palus conjunctus* (6) appellatur, cujus duæ priores conſonantes ſunt *motæ*, ultima verò *quieſcens* (7): quartus *Palus disjunctus* (8), in quo litera *quieſcens* inter utramque *motam* intercedit. (9)

Ex hujuſmodi pedibus Verſûs partes componuntur, alternatim ſibi mutuo ſuccedentibus Chordis & Paxillis, ex quorum diverſa copulatione varia carminum genera exiſtunt. Metricam autem quantitatem, ſeu menſuram Arabes hiſce vocabulis exprimere ſolent, videlicet MOSTAFELON (10), qua voce tres pedes denotantur, nempe *Chorda levis*, *Palus disjunctus*, & iterum *Chorda levis* (11): FAELATON, quo nomine tres quoque pedes exprimuntur, ſcilicet *Chorda levis*, *Palus conjunctus*, & *Chorda levis*: FAULON (12), ubi nempe duo pedes occurrunt, quorum prior *Palus conjunctus*, alter *Chorda levis* eſt: MOTAFAILON (13), quæ quidem vox tres pedes, nempe *Chordam gravem*, *Chordam levem*, & *Palum conjunctum* deſignat: MOFAILATON (14), quo tres pedes denotantur, ſcilicet *Palus conjunctus*, *Chorda gravis*, & *Chorda levis*.

Arabicorum ergo Verſuum dimenſio & quantitas non niſi in certo, ac alterno conſonantium mobilium & quieſcentium numero conſiſtit: qui duplex eſt, *Metricus* & *Rhythmicus* (15). Prior alternis conſtat pedibus; poſterior, præter pedum numerum, ſyllabis ſimiliter deſinentibus in fine ſingulorum verſuum gaudet. Hic interdum alternus, ut in Epigrammatis, Odis, &c. accidit: perpetuus aliquando eſt; ſed in ſolo carmine quod plures quàm ſeptem continet verſus.

Singuli Verſus duobus conſtant Hemiſtichiis, quæ ſimul ſumta Stichon, ſeu integrum verſum conficiunt. Hemiſtichium alterutrum *Foris*, ſeu *Janua* (16) appellatur; utrumque ſimul *Bifores*, ſumtâ metaphorâ ab oſtio quod duabus hinc inde foribus clauditur.

Priorem Hemiſtichii partem *Acceſſum* (17) vocant; poſteriorem verò *Propoſitionem* (18), ultimam tandem ſyllabam

(1) بيــــــت

(2) سبب خفيــــــف

(3) مَنْ . بَــــــلْ

(4) سبب ثقيــــــل

(5) لَــــــك

(6) وتد مجمــــــوع

(7) غَــــــزَتْ

(8) وتد مفــــــروق

(9) رَجــــــلُ

(10) مُسْتَفْعِلُــــــنْ

(11) فَاعِلَاتُــــــنْ

(12) فَعُولُــــــنْ

(13) مُتَفَاعِلُــــــنْ

(14) مُفَاعَلَتُــــــنْ

(15) العَروض والقوافــــــي

(16) مصــــــراع

(17) صــــــدر

(18) العــــــروض

bam poſterioris Hemiſtichii, quæ reddit conſimilem deſinentis ſonum, *Pulſationem* (1) appellant.

Ex Chordis, Paliſque alio atque alio ordine diſpoſitis quindecim Carminum genera deducuntur, quæ & quinque Periodis, ſeu Circulis continentur.

Primus Circulus, qui *Varius* (2) nuncupatur, tria Carminum genera complectitur, videlicet *Longum* (3), *Extenſum* (4), & *Expanſum* (5), quæ ſyllabis decem longis, & quatuor brevibus, ſeu quatuordecim *motis* & decem *quieſcentibus* conſtant: ubi animadvertendum eſt tria hujuſmodi genera inter ſe diſtingui, non quidem ob majorem, vel minorem ſyllabarum quantitatem, ſed solùm ob *quieſcentes* & *motas* literas, quæ alium & alium in Carmine obtinent gradum.

Secundus Circulus vocatur Compositus (6), quo continentur duo Carminum genera, videlicet *Perfectum* (7), & *Copioſum* (8). Utrumque *motas* habet quindecim, *quieſcentes* ſex diverſo ordine diſpoſitas: prioris menſura *Motafaalon* (9) ſexies ſumtum; ſecundi *Mofaalaton* (10) ſex quoque vicibus repetitum.

Tertius Circulus *Similis* (11) appellatur; eóque ſpectant tria Carminum genera, *Cantilena*, *Satyra*, & *breve Carmen* (12), quorum quodlibet duodecim conſonantes *motas*, & octo habet *quieſcentes*.

Quartus Circulus dicitur Contractus (13), ad quem pertinent ſex Carminum ſpecies, nempe Carmen *velox*, *emiſſum*, *leve*, *ſimile*, *conciſum*, *convulſum* (14), quorum ſingula ex *motis* duodecim, *quieſcentibus* novem conſtant.

Quintus Circulus appellatur Consentiens (15), ad quem unum dumtaxat Carminis genus refertur *Conjunctum* (16) nomine, quod ex duodecim *motis* & ſeptem *quieſcentibus* contexitur.

Hiſce quindecim Carminum generibus jam enumeratis addunt alii & decimumſextum, quod vocant *duorum generum Rhythmum Dhubait* (17), ubi ſingula Hemiſtichia ſunt rhythmica: de eo Arabes Poetæ acriter inter ſe decertant, eo etiam Perſæ vehementer delectantur.

Hujuſmodi præceptis non adeò religiosè aſtringitur Arabica Poeſis, ut Poetis ſyllabas addere, vel detrahere aliquando non liceat; maximè cum id ſententiæ gravitas, epiphonema, aut ſenſûs acumen poſtulant: cujuſmodi licentiæ vel apud maximos cùm Græcos, tùm Latinos Poetas exempla paſsim obverſantur.

Additionem ſyllabarum in Carmine Arabes *Tarphil* (18), Græci *Protheſin* appellant, ubi Carminis genus uno auctum

(1) ضرب
(2) الدايرة المختلفة
(3) الطويل
(4) المديد
(5) البسيط
(6) الدايرة المولفة
(7) الكامل
(8) الوافر
(9) مُتَفَاعِلُنْ
(10) مُفَاعَلَتُنْ
(11) الدايرة المشبهة
(12) الهزج الرجز الرمل
(13) الدايرة المجتلبة
(14) السريع المنسرح الخفيف المضارع المقتضب المجتث
(15) الدايرة المتفقة
(16) المتقارب
(17) دوبيت
(18) ترفيل

ctum pede, cæſuram *Motafaalon* mutat in *Motafaalaton*; earumdem autem rejectio, vel neglectus Arabicè *Athram* (1), Græcè *Aphæreſis* dicitur. Atque hæc de Arabica Poeſi pro noſtro inſtituto dicta ſint; qui verò plura curioſiùs quæſierit, conſulat inter Latinos *P. Philippum Guadagnoli* in opere Latino-Arabico de *Arabicæ linguæ Inſtitutionibus* Romæ edito anno MDCXLII. ubi omnem Artem Arabici metri, quam elegantiſsimis verſibus eſt proſecutus Poetarum facilè princeps *Dhialdinus*, cognomento *Alkhazragæus*, patriâ *Hiſpanus*, laudatus Pater Latinè reddidit: ad cujus operis calcem varia etiam Poeſeos Arabicæ ſpecimina occurrunt.

## CCCXXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Poeticum, inſcriptum *Diuan*, varia Carminum genera complectens, quorum aliqua ad Deum, ad Mahometum alia, reliqua ad quoſdam Principes referuntur: auctore, viro inter Poetas Mahometanos, quod ad Carmen heroicum ſpectat, incomparabili, *Abdelrahim Albari Almohageri* (2), qui *Damaſci* claruit quinto Egiræ ſeculo.

## CCCXXXVII.

Codex nitidè exaratus feria 5. die 19. menſis Schabani anno Egiræ 868. Chriſti 1463. quo continetur Opus inſcriptum *Paſcua Dorcadum* (3), auctore (4) *Schamseddino Mohamad Ben Hassan Ben Ali Alnavagi*, Sectæ *Schapheiticæ* Doctore (5). Is de *Pæderaſtia* Epigrammatum tria millia exaravit, eaque in quatuor partes diſtribuit, quarum primâ Puerorum venuſtatem depingit, laudatque à nomine & cognomine; ſecundâ ab officio, ac dignitatis gradu; tertiâ ab arte quam profitentur; quartâ à moribus, &c. In hoc opus Auctor ingenioſus magis & elegans, quàm caſtus, quæcumque Poetæ Arabes de ſuis execrandis amoribus ſparſim effutierunt, in unum collecta, nulla vel religionis, vel honeſtatis habita ratione, congeſsit, atque in publicam lucem, profundiſsimis quidem tenebris obruenda, protulit anno Egiræ 828.

Extat etiam id operis in Catalogo Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis *Num.* MCDLXV.

## CCCXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Carmina amatoria in laudem ac vituperium Puerorum ac Puellarum, inſcripta *Frons inverecunda* (6), in tres partes diviſa, auctore eodem quem proximè memoravimus (7). Is liber exaratus anno Egiræ 987.

2.° Ejuſdem Epigrammata ducenta, titulo *Liber Venuſtatum*, (8) ubi auctor ſingulos corporis nævos deſcribit, ex quibus petito argumento, pueros etiam & puellas elegantiori muſâ celebrat.

3.° Ejuſdem *Carmina amatoria*, ubi de

(1) اثـــــــــرم

(2) *Auctor*: ديوان اعظم شعرا الاسلام عبد الرحيم البرعي المهاجري

(3) *Titulus*: كتاب مراتع الغزلان

(4) *Auctor*: شمس الدين محمد بن حسن بن علي النواجي الشافعي

(5) *Initium*: فقد سالني

*Finis*: القمر

(6) *Titulus*: خلع العذار في وصف العذار

(7) *Initium*: فقد جمعت

*Finis*: خليله

(8) *Titulus*: صحايف الحسنات في وصف الخال

de amore, de amatoriis luſibus, de comeſſationibus, de ſaltationibus, choreis, &c. omni poſtpoſito pudore diſſeritur.

Omnia hujuſmodi opera à Mahometanis morum Cenſoribus, ut bonis moribus adverſa, ſunt proſcripta.

4.° Opus eruditione multiplex, ſtricta & ſoluta oratione conditum, exaratumque die 11. Gemadi prioris anno Egiræ 987. quod inſcribitur: *Ad eorum uſum, quibus interdum deeſt citharœdus* (1), ubi elegantiſsimæ utroque ſtylo variarum rerum occurrunt Deſcriptiones, quas inter eæ præ ceteris arrident, quæ cùm ad artem Calligraphiæ, tùm ad quatuor anni tempeſtates pertinent, intermiſtis ubique lepidis narratiunculis, & acutè dictis: auctore *Mansore Abdelmaleko* Ebn Ismail *Altalabi* (2) *Perſa Niſaburienſi*, magni inter Arabas nominis, qui anno Egiræ 430. ſupremum obiit diem.

## CCCXXXIX.

Codex mutilus, foliis aliquot ab initio detractis, quo continentur varia ejuſdem Auctoris ſupra laudati *Schamſeddini* Carmina de vario etiam argumento, inſcripta *Pars Margaritarum ſerie junctarum* (3), ubi de officiis & amicitia, de amicorum legibus, colloquiis, ceteriſque neceſſariis, dum ſe invicem ad animos recreandos, fallendumque tempus conveniunt, diſſeritur.

## CCCXL.

Codex pereleganter exaratus, quo continentur:

*Tom.I.*

1.° Collectio Poematum & Carminum, inſcripta *Divan Ben Mokanes*, auctore inſigni Poeta Africano *Magedeldino Ebn Mokanes* (4), cui vulgò cognomentum *Scoparum Artifex* (5). Is ea Carmina juxta rhythmorum, ſive ſimiliter cadentium ſyllabarum ordinem & ſeriem diſpoſuit anno Egiriano 795. idemque inter Arabas, ut Martialis inter Latinos, Epigrammatum feſtivitate & acumine nomen ſibi condidit celeberrimum.

Hujus Libri, qui perita manu deſcriptus eſt *Alepi* die 13. Ramdani anno Egiræ 991. extat alterum exemplar in Reg. Biblioth. Pariſienſi *Num.* MCDXLII.

2.° Varia Epigrammata, & alia Carminum genera olim conſcripta à *Saifeldino Ali Ben Alamir Sabec Aldin Omar Ben Cozal* (6), quibus celebrat *Almalekum Salaheddinum*, vulgò *Saladinum* nuncupatum. Ibi de amoribus, moderatè quidem, ſed minus eleganter agitur.

## CCCXLI.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, Collectionem Carminum ac Epiſtolarum complectens viri eruditi *Ben Mokanes*, de quo ſupra. (7)

Haſce Epiſtolas, quas Auctor ad amicos ſcripſerat annis Egiræ 784. 785. 786. eruditionis & elegantiæ plenas mireris.

## CCCXLII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ*,



(1) *Titulus*: من غاب عنة المطـــــرب ۞
(2) *Auctor*: منصور عبد الملك ابـــــن اسمعيل الثعلبي ۞
(3) *Titulus*: نبذة من الدر النظيم فـــي اداب الشا في والنديم ۞
(4) *Auctor*: الشيخ مجد الدين ابـــن مكـــانس ۞
(5) *Initium*: اهل منع الصـــــــب ۞
*Finis*: فرقـــــــــــــــــــــا ۞
(6) *Auctor*: سيف الدين علي بن الامير سابق الدين عمر بن قزل ۞
(7) *Initium*: فان المرحوم الوالـــــد ۞
*Finis*: البـــــــــــــــــرره ۞

*natæ* die 13. Gemadi prioris, anno Egiræ 694. Chriſti 1294. duobus initio foliis mutilus, quo continentur varia Poemata hoc titulo: *Carmina Prætoris* Abilhassen Ebn Alnabiah (1) *Ægyptii*, qui in celebrandis laudibus Regum *Naſſeri Ledinalla*, & *Saifeldini Abu Baker Ben Aiub* totus verſatur.

Hi Reges, de quibus in præſens ſermo, ad *Mamlucorum* Turcicorum Dynaſtiam referuntur, quæ Ægyptiacum imperium auſpicata eſt die Sabbati ultimo menſis Rabii poſterioris anno Egiriano ſexcenteſimo quadrageſimo octavo. Illa Reges enumerat quatuor & viginti, quorum nonus *Alnaſſerus Ledinalla*, & tertiuſdecimus *Saifeldinus Abu Baker Ben Aiub* ſupra memorati. Hiſtoriam, Regumque ſeriem hujuſce Dynaſtiæ inter alios perſequutus eſt Scriptor eruditus *Makrizius*, cujus Epitomen Latio donavit Eduardus Pocokius Oxoniæ anno 1663.

## CCCXLIII.

Codex nitidè exaratus die 15. Rabii prioris anno Egiræ 1011. Chriſti 1602. quo continentur:

1.° Collectio Carminum ordine alphabetico digeſta, quæ nomine *Diuan* inſignitur: auctore Kemaleldino, vulgò Ebn Alnabia (2), qui anno Egiræ 613. *Alepi* claruit, egregius ac perpetuus *Almaleki Aladeli* Regum Aiubitarum quinti laudator. (3)

2.° Poemata titulo *Margaritarum Conſertio* (4), ubi Schehabeddinus Ahmad Ben Hagiar Ascalonita (5), eorum conditor, Reges aliquot Syriæ laudat, atque in his *Almalek Alaſchraf Iſmail Ben Alaphdhal Ben Almogiahed*, idque anno Egiræ 825.

## CCCXLIV.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, complectens Collectionem Carminum ad mores ac pietatem ſpectantium: auctore doctrinæ & pietatis apud ſuos fama præclaro (6) Abi Abdalla Schamseddino Mohamad Ben Hassan Altaimi Alschadeli. (7)

## CCCXLV.

Codex luculenter exaratus, in quo & anni nota, & finis deſiderantur, continens Poetæ proximè laudati Carmina ordine alphabetico digeſta.

## CCCXLVI.

Codex nitidè exaratus, & vocalibus animatus in urbe *Alepi* anno Egiræ 591. Chriſti 1194. quo continentur Poemata inſcripta *Equitis Spectrum* (8), ubi hominis equo inſidentis, & per orbem vagantis ſomnium enarratur: auctore Alscharif Alradhi (9), Poeta & Grammatico apud Arabas nobiliſsimo. (10)

## CCCXLVII.

Codex eleganter exaratus, carens anni

(1) *Titulus*: شعر القاضي ابي الحسن ابن النبيه ۞

(2) *Auctor*: كمال الدين ابو علي ابن النبيه ۞

(3) *Initium*: ۞ باكر صبوحــــــك

*Finis*: ۞ بالكـــــــاس

(4) *Titulus*: ۞ منظوم الـــــــدرر

(5) *Auctor*: شهاب الدين احمد بـــن حجر العسقلاني ۞

(6) *Auctor*: ابي عبد الله شمس الديـن محمد بن حسن التيمي الشاذلي ۞

(7) *Initium*: ۞ يا حبيبا قد دعاذــــي

*Finis*: ۞ اذهبي لا تذهبــــــي

(8) *Titulus*: ۞ طيف الخيـــــــال

(9) *Auctor*: ۞ تاليف الشريف الرضـــي

(10) *Initium*: ۞ فماني وقفـــــــت

*Finis*: ۞ التوفيـــــــق

anni notâ & principio: quamobrem Carmina in literam لا deſinentia deſiderantur. Ibi continetur ejuſdem Auctoris Radhi Collectio *Diuan* inſcripta, & ordine alphabetico digeſta, ea complectens Carmina, quæ ad amores pertinent.

## CCCXLVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 536. Chriſti 1141. quo continetur Opus Poetico-Hiſtoricum, inſcriptum *Margarita unica & incomparabilis virorum illius ævi præſtantiſsimorum* (1); in partes verò quatuor diſtributum, quarum prima complectitur præcipuos *Syriæ*, *Ægypti*, & *Iracæ Babylonicæ* Poetas; ſecunda Reges ex variis Dynaſtiis, maximè *Hamdanites*, & *Dilemitas*, qui Poeticam facultatem in primis excoluere; tertia inclytos *Iracæ Perſicæ*, *Georgianæ* & *Thabareſtanæ* Poetas; quarta *Khoraſanæ*, *Mavaralnahræ*, ſive *Tranſoxanæ* viros qui Poetica arte magnum inter Arabas nomen adepti ſunt. Ibi Auctor clariſsimus *Abu Manſur Abdelmalekus Mohamad Ebn Iſmail Altalebi* Perſa *Niſaburienſis*, ſupra non ſemel memoratus, quarti nempe Egiræ ſeculi Scriptor, horum omnium vitas deſcribit, & ſelectiora Carmina plenis quaſi manibus effundit.

Is autem Codex primam tantùm, & ſecundam Operis partem exhibet.

## CCCXLIX.

Codex, in quo nonnulla ſub finem deſiderantur folia, tertiam ejuſdem Operis partem complectens.

## CCCL.

(6) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بن سنان الشاعر اللبيب ☼
(7) *Titulus*: ديوان القصايد فـــــــي الخمسيات والمكسرات ☼
(8) *Auctor*: نظم ابي بكر بن محمـــد الحكاك ☼
(9) *Auctor*: نظم شجاع الدين عمر المياح اليمني ☼
(10) *Initium*: أهلا بذا الطرف الكحيل ☼
*Finis*: المنافـــــــــح ☼

rumque virorum doctrinæ laude & bellica virtute illuſtrium præconia reperiuntur: auctore *Abu Abdalla Ahmad Ben Mohamad Schehabeddino Ben Alkhaiath* (1), viro politioribus literis exculto, qui, ut ad codicis calcem ipſe admonet, hæc Poemata numero LII. ad umbilicum perduxiſſe ſe ait anno 517. poſt Egiram. (2)

## CCCLXXIV.

Codex exaratus anno Egiræ 579. Chriſti 1183. quo continetur Opus Poeticum, auctore *Abulphath Ben Abdalla Sebth Taavini Hiſpano*, Caliphæ *Naſſer Ledinallah* XXXIV. ex *Abbaſidis* Imperatori, qui anno Egiræ 575. Calipha renunciatus eſt, inſcriptum. Illius, utpote quatriparti, prima pars agit de Calipharum laudibus; ſecunda de Regni Adminiſtris qui Poeticam excoluere; tertia complectitur præconia Regum quos *Modhapherinos* (3) vocitant, qui Regno Perſico ab anno Egiræ 718. ad annum 795. ſunt potiti. Horum verò ſtirpem, unde ſeptem exierunt Reges, tandem Tamerlanus penitùs extinxit. Quarta denique pars varia continet Epigrammata in laudem Poetarum, qui à jactis Imperii Mahometici fundamentis famam ſibi peperere. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCLXXV.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, complectens Opus Poeticum inſcriptum *Promptuarium* (4). Huc ſelectiora carmina ex antiquioribus & recentioribus primæ notæ Poetis collecta, inſertis ex ſuo non paucis, congeſsit & publici juris fecit inſignis Poeta *Abi Ahmad Alhassenus Ben Abdalla Ben Said Alaskari* (5), *Askarita*, ex urbe *Asker* in Aſſyria ortus (6). Is teſte Aſsiuthæo in ſua *Bibliotheca Ægyptiaca*, „ *magnam nominis celebritatem in regione* „ *Koraſana adeptus eſt*, & *plura edidit* „ *opera quæ ad Poeticam*, & *Rhetori-* „ *cam pertinent.* (a)

*Asker*, aliàs *Serramanra*, urbs *Iracæ* in Orientali ripa Tigris ſita, inde *Asker* (7) dicta eſt, quod *Motaſimus*, Calipha *Abbaſidarum* octavus, inclyti Almamonis frater, *militiæ* Turcicæ maximè numeroſæ locum hunc deſtinaverit: quem poſteà palatio Regio, templo, turri, aliiſque ſuperbis ſtructuris auxit & exornavit frater ipſius *Giaphar Mutuakelus* Calipha decimus: ita ut Caliphæ non pauci poſt Mutuakelum in urbe *Asker*, quam & ſedem Regiam habuere, ſint inaugurati, ſuumque obierint diem. Urbis ſpectatiſsimæ vix jam rudera ætate noſtra extare ſcriptores tradunt; Abulphedæ tamen temporibus pagi dumtaxat ſpeciem præ ſe tuliſſe fertur.

Co-

(a) الذي من قول السيوطي كان اشتهر في خراسان وصنف عدة كتب في الشعر وفي علم البيان وغيرها ۞

(1) *Auctor*: ابو عبد الله احمد بن محمد شهاب الدين بن الخياط ۞

(2) *Initium*: عذ———————ادك ۞

*Finis*: الوع———————ود ۞

(3) بني المظفري———————ن ۞

(4) *Titulus*: كتاب المص———————ون ۞

(5) *Auctor*: جمع ابي احمد الحسن بن عبد الله بن سعيد العسكري ۞

(6) *Initium*: قال الحس———————ن ۞

*Finis*: رهب———————ه ۞

(7) العسك———————ر ۞

## CCCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, primum dumtaxat Tomum complectens Collectionis Carminum & Epiſtolarum Poetæ *Abu Isac Abrahim Ben Abilphth Alkhaphagi Cordubensis* (1), quæ tribus quidem Tomis conſtat. Is anno Egiræ 497. *Cordubæ* claruit, ubi plures ad viros ætatis ſuæ eruditos epiſtolas edidit, quas inter quatuor extant ad *Cordubæ* Regem *Aba Alhoſſain Ben Alrabi* datæ.

## CCCLXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ anni notâ. Is continet Opus Poeticum in duas partes diſtributum, quarum prior amatoria Carmina, poſterior miſcellanea complectitur, quibus *Abu Isac Abrahim Ben Sahl Hispalensis* (2), vir generis claritate & ingenii ſplendore juxta conſpicuus, tùm Regem Minoricæ *Aba Othman Ben Hokm*, tùm *Abi Alabbas Alinaſchati* (3) *Septæ* Regem, alioſque Hiſpaniarum Principes laudat, quorum ſeriem poſtmodum, ubi Hiſpanam Chronologiam tractabimus, Deo favente, referemus.

## CCCLXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo Epigrammatum Collectio continetur *Diuan* inſcripta, auctore *Abulhassan Ali Ben Alhossain Ben Abi Thaleb*, vulgò *Alocaili*, *Ægyptio*, qui *Ali Ben Abi Thaleb* (4) Caliphæ quarti frater patruelis eſſe fertur. Hujuſmodi Epigrammata, quæ literarum ſerie digeſta ſunt, maximo apud Arabas in honore habentur (5). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 738. Chriſti 1337. in quo varia Poematum genera, auctore *Abdalla Ahmad Ben Ali Ben Khatmat Ansaræo Almerini*, viro nobili *Granatensi* (6), qui ex Africæ Regibus *Merinis* genus duxiſſe traditur. Reges autem *Merini*, quos Arabes *Banu Merin* (7) vocitant, Africanum regnum anno Egiræ 672. ſunt auſpicati. (8)

## CCCLXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 21. Ragebi, anno Egiræ 712. Chriſti 1312. in quo habetur Poema, *Alphia* (9) inſcriptum, mille verſibus conſtans, quorum ſinguli litera ا terminantur: auctore viro eloquentiſsimo (10) *Abulhassan Hazemo Ansaræo Hiſpano Carthaginensi*, domicilio *Tunetano* (11). Is in hoc ipſo Poemate, quod Africæ, & Bæticæ Regi *Abu Abdalla Almoſtanſero Billa*

(1) *Auctor*: ديوان ابو اسحق ابراهيم بن ابي الفتح الخفاجي القرطبي ۞

(2) *Auctor*: ابو اسحق ابراهيم بن سهل الاشبيلي الاديب الشريف ۞

(3) ابا عثمان بن حكم صاحب منورقه وابي العباس الينانشاتي ۞

(4) *Auctor*: ديوان ابو الحسن علي بن الحسين بن ابي طالب العقيلي المصري اخو امير المومنين علي بن ابي طالب ۞

(5) *Initium*: ياسيدا ماثني عنانا ۞
*Finis*: مقضية ۞

(6) *Auctor*: ديوان عبد الله احمد بن علي بن خاتمة الانصاري المريني الغرناطي ۞

(7) بنو مرين ۞

(8) *Initium*: قال بعض خلصاي ۞
*Finis*: الوكيل ۞

(9) *Titulus*: القصيدة الالفية ۞

(10) *Auctor*: انشاء الشيخ ابو الحسن حازم الانصاري القرطاجني نزيل تونس ۞

(11) *Initium*: لله ما قد هجت يا يوم ۞
*Finis*: وبينها ۞

*Billa* Mohaditæ ( de quo Regius *Granatæ* Chronographus *Ebn Alkathib* in *Chronico Arabico - Hiſpano* ) nuncupavit, nonnullas Hiſpaniæ urbes, & loca deſcribit, eorumque amœnitatem, ac ubertatem impenſiùs celebrat. Inter alia verò loca recenſentur *Elda* (1), fertiliſsimus in *Murcia* locus, malis cotoneis & punicis miræ magnitudinis, odoris ac ſaporis laudatiſsimus; inſula *Gezirat Alphiran* (2) nuncupata, ad *Cordubæ* tractum pertinens; *Alceragi* (3) olim, ut videtur, *Orcellis*, hodie *Orihuela*, locus omni fructuum genere in primis ferax; *Mentab*, & *Mengeb* (4) oppida *Murciæ*, & alia plurima quæ ibi Poeta nominat, ac expreſsis ſingulorum naturis, incolarumque moribus, adumbrat. Auctoris hujus ætatem ad annum Egiræ 611. quo tempore Rex *Almoſtanſerus* ſupra laudatus imperitabat, referendam exiſtimamus.

## CCCLXXXI.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Varia Poemata numero ſeptuaginta, auctore *Abulhassan Ali Ben Mohamad Tehamita* (5) in Arabiæ regione *Tehama* nato, *Muſelæ* incola. (6) Is complures ſui ævi Principes viros & Reges laudat, quos inter eminet *Naſſireldaulat Ebn Meruan*, *Diar Becri dominus*, de quo vide Abulpharagium in Hiſt. Dynaſt. ad *ann.* 415. *poſt Egiram*, *pag.* 221. quo quidem anno claruit Poeta noſter.

2.° Carmina *Cingulus* (7) inſcripta, quæ ſervato ordine alphabetico, publici juris fecit inſignis Poeta (8) *Altalmassani*, id eſt *Tremiſenus*. (9)

## CCCLXXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 1000. quo continentur:

1.° Commentarius in Poema inſcriptum *Carmen Mahometicum Aſcetico-Morale* (10), ita concinnatum, ut ſinguli verſus in literam د jugiter deſinant, quod *Abu Abdalla Alsekak Hiſpanus*, domicilio *Maknaſita* (11), in Mahometi laudem edidit ad Mahometanorum erga illum pietatem in primis excitandam, promovendamque. Illud, ut publica luce dignum, explanare aggreſſus eſt *Saied Ali Ben Vapha Ægyptius* (12), qui anno Egiræ 815. *Cairi* pietatis ac doctrinæ laude apud ſuos maximè inclaruit. (13)

2.° Opuſculum de Auctoritate, & Jure Pontificum Meccanorum, titulo *Monita ad Reges & Imperatores* (14), auctore eodem *Saied Ali Ben Vapha*, qui, ut ad Codicis calcem adnotatur, ſupremum obiit diem anno Egiræ 818.

## CCCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus die 12. Gemadi prioris anno Egiræ 964. complectens Carmina varia Poetæ ſatis nobilis



(1) ايلـــــــــة ۞
(2) جزيرة الفيـــــــــران ۞
(3) الزراجـــــــــي ۞
(4) منتاب ومنجاب حصن مرسيـــة ۞
(5) *Auctor*: ديوان ابو الحسن علي بـــن محمد التهامي ۞
(6) *Initium*: بعث اليـــــــــك ۞
*Finis*: الضلـــــــــوع ۞
(7) *Titulus*: موشـــــــــح ۞
(8) *Auctor*: نظم ابن عفيف التلمساني ۞
(9) *Initium*: يوم اتانا بـــــــــرده ۞
*Finis*: فاذكـســـــــــرا ۞
(10) *Titulus*: قصيدة المحمدية العرفانية ۞
(11) *Auctor*: نظام ابو عبد الله السكـــاك الاندلسي المكناسي ۞
(12) *Commentator*: شرح السيد علي بـــن وفا المصري ۞
(13) *Initium*: فان بعض اخوانـــــــي ۞
*Finis*: المرسليـــــــــن ۞
(14) *Titulus*: نصح الملوك واصحـــــاب السياسة ۞

*Aphipheldini Altalmassani*, ſectâ *Suphitæ* (1), quorum alia ſunt amatoria, alia heroica, alia alíuſmodi. (2)

## CCCLXXXIV.

Codex exaratus die 10. Ramdani, anno Egiræ 726. Chriſti 1325. quo continetur opus hac inſcriptione: *Reconditioris elegantiæ Liber* (3), auctore *Nassireddino Ebn Assad*, id eſt *Leonis filio*, patriâ *Hispalensi* (4), viro erudito, & politioribus literis apprimè exculto, qui in principum Poetarum libris quæcunque carmina maximè difficilia, & obſcura occurrunt, ordine alphabetico diſpoſuit, ac uberiori commentatione explanavit, idque in Academiæ Hiſpalenſis, ut in Præfatione ipſe teſtatur, gratiam & obſequium. (5)

## CCCLXXXV.

Codex nitidè ac pereleganter exaratus, abſque anni nota, continens amantis deſcriptionem ſoluta, & ſtricta oratione concinnatam, cui titulus: *Queribundi Suſpiria & Lacrymæ* (6), ubi amantium dolores & cruciatus vividis ſanè coloribus depinguntur. Auctoris nomen minimè patet. (7)

## CCCLXXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus partim ſtricta, partim ſoluta oratione conſcriptum, cui titulus: *Bonorum morum Exercitatio, & Amicorum Oblectatio* (8), ubi varia & ſelectiſsima carmina, ſententiæ ac narrationes, aliaque id genus animis honeſtè recreandis idonea occurrunt: auctore *Abi Phath Almozi* (9) *Cordubenſi*, qui anno Egiræ 567. floruit. (10)

## CCCLXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 18. menſis Dilhagia anno Egiræ 618. Chriſti 1221. In eo habentur Poemata quadraginta tria, quæ ad morum doctrinam potiſsimùm ſpectant, inſcripta *Unius ingenii Socii* (11), auctore *Gemaleldino Abilpharagi Abdelrahmano Ali Ben Mohamad Algiuzi* (12), qui ea carmina condere ſtatuit in gratiam juvenum qui in amoribus operam & opes perdere ſolent, quos etiam hortatur ut honeſtis, erudítiſque libris evolvendis tempus impendant. Auctoris obitum ſcriptores referunt ad annum Egiræ 597. (13)

## CCCLXXXVIII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Carmen de Mahometi laudibus, titulo *Alcaſsidat Alba-*

(1) *Auctor*: ديوان عفيف الدين التلمساني الصوفي ۞

(2) *Initium*: منعتها الصفـــــات ۞
*Finis*: احـــــــراه ۞

(3) *Titulus*: كتاب الافصاح فـــــي الغوبص ۞

(4) *Auctor*: تاليف الشيخ اللبيب الماهر نصير الدين ابن اسد الاشبيلي ۞

(5) *Initium*: فانني اطال اللـــــه ۞
*Finis*: اعرف ذلـــــك ۞

(6) *Titulus*: الرسالة الموسومة بلوعـــــة الشاكي ودمعة الباكي ۞

(7) *Initium*: ولابد من شكـــــوي ۞
*Finis*: وتجمعـــــه ۞

(8) *Titulus*: كتاب رياض الاداب ونزهة الاحباب ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابي فتح المـــــزي ۞

(10) *Initium*: فقد شرعـــــت ۞
*Finis*: ومخدومـــــه ۞

(11) *Titulus*: الرفيق الموافـــــق ۞

(12) *Auctor*: جمال الدين ابي الفرج عبد الرحمن بن علي بن محمد بن الجوزي ۞

(13) *Initium*: هذا كتاب بزيـــــد ۞
*Finis*: فرحـــــه ۞

*badiat*, carmen in primis elegans (1): auctore *Saphildino Ben Abdalkarim Ben Suaia Abu Ali Alepino* (2). In eo autem Commentario Auctoris nomen & Operis finis deſiderantur.

2.° Expoſitio Poematis *Bordat*, ſive *Bórda*, id eſt *Veſtis elegans*, nuncupati, de Mahometi nimirum laudibus, quod eo apud Mahometanos in pretio eſt, ut verſus illius, aperto etiam capite, ſumma cum religione plerique recitent. De hoc Poemate, ut & de ipſius Auctore, clariorem ſupra mentionem fecimus.

3.° Carmen Mahometi vitam, reſque geſtas octingentis verſibus complectens, quos ſingulos litera ل venuſtè claudit; inſcriptum verò *Fructus utilitatis*, & *Tyrannidis Expulſio* (3), auctore *Abu Isac Abrahim Ben Abi Baker Tremiseno* (4), qui huic Poemati die 5. Ramdani anno Egiræ 649. ultimam impoſuit manum.

## CCCLXXXIX.

Codex luculenter exaratus, quo continetur Opus Poeticum, titulo *Amantis Oblectatio* (5), hoc eſt lectiorum, & elegantiorum carminum ad amores maximè pertinentium Collectio, quam Ægypti & Syriæ Regi *Mohamad Ben Abi Baker Ben Aiub Ben Malek Aladel*, ex *Aiubitarum* Dynaſtia, inſcripſit Auctor anonymus. (6)

## CCCXC.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine Auctoris nomine, & finis expers, ubi varia occurrunt Carmina ac Epiſtolæ ad principes viros conſcriptæ: quæ quidem omnia ſunt veluti Poeticæ ac Rhetoricæ Proluſiones. Operis inſcriptio: *Dorcadum Multitudo, ac Virorum elegantiſſimorum Fax* (7). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCXCI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Poeticum *Florilegium* (8) inſcriptum, ſelectiora ſcilicet carmina de omni rerum argumento ex complurium magni nominis Poetarum libris excerpta complectens (9). Dividitur in partes tres, quarum prima conſtat Carminibus heroicis, ubi variæ occurrunt hiſtoriæ, & fabulæ admodum acutæ ac lepidæ; ſecunda Epigrammatis, quibus flores, fructus varii, aliaque id genus laudantur ac venuſtè deſcribuntur. En, exempli gratiâ, Diſtichon ſatis ingenioſum:

*Tres ſunt Melopeponis præſtantiſsimæ proprietates: cutis aſperitas,*
*Gravitas & pallor: quæ quidem in homine non niſi morbum, agreſtemque habitum denotant.* (a)

 Hoc

(a) ثلاث هن في البطيخ فخر خشونة جلده والثقل فيه ۞
وصفرة لونه من غير علة وفي الانسان منقصة وذلة ۞

(1) *Titulus*: القصيدة البديعية في مدح خير البرية ۞

(2) *Auctor*: تاليف صفي الدين بن عبد الكريم بن سوايا ابو علي الحلبي ۞

(3) *Titulus*: نتيجة الخير ومزيلة الضيم ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابو اسحق ابراهيم بن ابي بكر التلمساني ۞

(5) *Titulus*: ديوان نزهة العاشق مجموع فيه من الاشعار المستطرفة والغزليات المستطرفة برسم سلطان محمد بن ابي بكر بن ايوب بن ملك العادل الدغيث ۞

(6) *Initium*: هذا كتاب جمعت فيه ۞
*Finis*: تخ——————ع ۞

(7) *Titulus*: فور الطرف ونور الظرف ۞

(8) *Titulus*: منتخب من دواوين شتى ۞

(9) *Initium*: بلبل شع——————ر ۞
*Finis*: ما فيـ——————ه ۞

Hoc ipſum Diſtichon *Joanni Iriarte* ſupra laudato, Latinis numeris exprimere ita libuit:

*Hæc tria præcipuum* Peponis *teſtantur honorem:*
*Aſperitas, gravitas, pallidus atque color;*
*Aſt* Hominis *contra minùs hæc felicia ſigna:*
*Invalidum corpus, corpus agreſte notant.*

IDEM ADSTRICTIUS.

*Dos* Peponis *triplex: gravis, aſper, pallidus eſto:*
*Quæ mala ſunt* Homini, *ſunt tibi pulchra*, Pepo.

Tertia denique pars Nili & Veris deſcriptionem exhibet, ubi varia etiam reperias carmina de Regum liberalitate, necnon plures, eaſque venuſtiſſimas narrationes. Auctoris nomen ignoratur.

CCCXCII.

Codex nitidè exaratus, & vocalibus animatus die 15. Gemadi prioris anno Egiræ 588. ſine Auctoris nomine & mutilus, quo continentur varia Carmina in aliquot Regum laudem conſcripta, quorum primus occurrit ſapientiſsimus Princeps *Saipheldaulat Aba Alhaſſen Ali Ben Abdalla Ben Hamdan*, *Alepi* & *Miapherkini* Rex, cujus in Natoliam adventum, qui die 3. menſis Gemadi prioris anno Egiræ 337. contigit, & celebrat, & maximè gratulatur Poeta Aſſyrius. Vide Abulpharagium in ſupra laudata Hiſtoria *pag.* 201. 203. 205. 206. 208. & 218.

CCCXCIII.

Codex nitidis literis exaratus, utrinque mutilus, complectens multiplicis & artificii & argumenti Carmina, ex optimæ notæ Poetis excerpta, inſertis paſsim narrationibus vario ſententiarum ſale, & eruditione conditis.

CCCXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, idemque mutilus, continens Anonymi in Artem Metricam & Rhythmicam Commentarium.

CCCXCV.

Codex nitidè exaratus & vocalibus animatus, abſque anni nota, quo continetur hominis flagitioſi, & impii Deſcriptio elegantiſsima, tùm ſoluta, tùm ſtricta oratione (1). Ibi inter amatoria, nonnulla etiam moralia lectu digna reperias.

Auctor anonymus, qui in juventutis flore, omni poſthabita lege, ſe totum in luxum, epulas, atque omne libidinis genus effudit, anteactæ vitæ pœnitentiâ adductus, ſingula crimina à ſe perpetrata fatetur, deteſtatur, ac veniam à Deo & ab amicis enixè poſtulat.

CCCXCVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine anni nota & Auctoris nomine, in quo habetur Collectio Carminum veterum & principum Poetarum, quæ collectori viſa ſunt ſelectiſsima, adjectis variorum notis.

CCCXCVII.

Codex nitidè exaratus, ac vocalibus animatus, idemque mutilus, complectens Anonymi Commentarium in Poema toties memoratum, cui titulus *Bordat*, ſive *Borda*.

CCCXCVIII.

Codex eleganter exaratus, aureiſque

(1) *Initium*: اللهم انك امرتنا فما أتمرنا ۞ *Finis*: وكبـــــــــرا ۞

que literis inſignis, expers initii, quo continentur varia carmina Perſico ſermone conſcripta & ordine Alphabetico digeſta, auctore *Mohamad Schamseddino Haphedh* (1), Poeta *Perſa* longè celeberrimo, qui in urbe *Schiraza* natus, obiit anno Egiræ 797.

*Haphedhi* Carmina magno apud Mahometanos, tùm ob ſtyli elegantiam, tùm ob arcana quædam quæ in illis latere credunt, in honore habentur.

## CCCXCIX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 965. varia complectens carmina Turcicè conſcripta, & literarum ſerie diſtributa, quæ omnia legibus Artis Rhythmicæ probè conſonant. Illorum nonnulla ad amores, cætera ad Turcarum Imperatorum laudes pertinent.

## CCCC.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Poema de Grammaticæ Præceptis, hoc nempe titulo *Argiuzat* (2), auctore (3) *Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Ben Abdalla Alnaruz, Grammatico et Philologo.* (4)

2.° Sylloge Propoſitionum Grammaticalium, cui titulus *Veſtes virgatæ* (5), ubi & præcipuè de Particulis: auctore *Abulabbas Ahmad Alanabi* (6).

3.° Grammaticæ Inſtitutiones in capita nempe XXV. diſtributæ, titulo *Munus* (7), quæ anno Egiræ 615. operâ inſignis Grammatici *Abi Omar Ben Mohamad Hispani* (8) prodiere.

## CCCCI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Poema de Jure Canonico, *Abu Abdalla Mohamad Ebn Alzohd Hispalensi* (9) auctore.

2.° Ejuſdem Poema de Theologia Scholaſtica cum variorum notis.

3.° Commentarius in Opera Metaphyſica *Doctoris Abi Omran Ben Alhagebi*, quem *Prolegomena* (10) inſcriptum publici juris fecit *Ahmedus Ben Alabbas Ebn Mondel Oranensis* (11) anno Egiræ 996. Chriſti 1587. horis veſpertinis feriæ 5. id eſt feriâ 4. die 13. menſis Dilhagia.

## CCCCII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Poema elegantiſsimum, *Methodus viarum arduarum* (12) nuncupatum, de Mahometi genealogia: cujus ſinguli verſus, qui octingenti ſunt, in literam ب deſinunt. Illius conditor *Abu Abdalla Mohamad Ben Abilkhasal Dulvazratini, nobilis Cordubensis.* (13) Eſt

(1) *Auctor*: نظم محمد شمس الدين حافظ ۞

(2) *Titulus*: ارجوزة ۞

(3) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بن محمد بن عبد الله النروز النحوي اللغوي ۞

(4) *Initium*: هذا بحمد الله نظم سهل ۞
*Finis*: وعلم الاعراب تعليما ۞

(5) *Titulus*: الحلل علي الكلام في الجمل ۞

(6) *Auctor*: ابو العباس احمد العنابي ۞

(7) *Titulus*: تحفة الشاذلي ۞

(8) *Auctor*: تاليف الشيخ النحوي ابي عمر بن محمد الاندلسي ۞

(9) *Auctor*: نظم ابي عبد الله محمد ابن الزهد الاشبيلي ۞

(10) *Titulus*: مقدمات ۞

(11) *Auctor*: احمد بن العباس ابن مندل الوهراني ۞

(12) *Titulus*: منهاج المناقب ومعراج الثاقب في نسب محمد ۞

(13) *Initium*: اليك فهمي ۞
*Finis*: لم ينتكب ۞

Eſt autem exaratum in inſula quam vocant *Balearem Minorem*, anno Egiræ 666. Chriſti 1267. feria 5. die 13. Rabii prioris.

2.° Carmina varia, *Collectio Poetica* (1) nuncupata, auctore *Abu Isac Abrahamo Ben Massud Illiberitano* (2), qui anno Egiræ 676. floruiſſe fertur.

3.° Opus Hiſtorico-Geographicum, *Medinæ*, *Meccæ* & *Hieroſolymæ* deſcriptionem complectens, *Memoria Topographica* (3) inſcriptum, quod edidit *Mohamad Abi Baker Altalmasani*, *Granatenſis*; exſcripſit verò *Hakemus Ben Joſeph Ben Ali Valentinus* in inſula, vulgò *Minorica*, anno Egiræ 676. die 15. menſis Dilhagia.

4.° Carmen de virtute Literarum Arabicarum, cujus auctor eſt *Abu Zaid Abdelrahmanus Ben Iakhlephtan Alphazazi* (4).

## CCCCIII.

Codex nitidè exaratus ad uſum Bibliothecæ Regiæ Marochanæ, continens varia Carminum genera, eaque ſelectiſsima, ad laudes, amoreſque maximè pertinentia; ut & lepidas narrationes, acutè dictis permixtas, de mulierum dolis, ac artificiis: quæ omnia Anonymus in unum coacta *Collectaneorum* (5) titulo publici juris fecit.

# POETICI IN OCTAVO.

## CCCCIV.

Codex nitidè exaratus, quo habentur:

1.° *Carmina Zohairi Ben Abi Salmi*, qui unus ex ſeptem Poetis Mahometi ævo ſuperioribus fuiſſe memoratur. Ibi Regum Arabum *Haretis Ben Auph*, et *Haremi Ben Alhareth Ben Senan Almeri* (6) præconia paſsim occurrunt. (7)

2.° Poemata varia in laudem Virorum illuſtrium, qui ex urbe *Baſſora* prodierunt, evulgata: auctore *Abu Othmam Alaschnandani Said Ben Harun Ebn Doraid* (8), qui anno Egiræ 321. obiit. (9)

Is Codex, cujus & exemplar alterum extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi, exaratus eſt anno Egiræ 647. Chriſti 1249.

## CCCCV.

Codex exaratus die 5. menſis Saphari anno Egiræ 979. Chriſti 1571. quo continetur Commentarius in Septem Poemata veterum Poetarum Arabum, qui ante Pſeudoprophetæ ætatem ceteros ingenio & elegantia longè ſuperarunt, hoc inſignita titulo: *Aurea & Appenſa* (10), quæ tanquam omnium fa-

(1) *Titulus*: ديـــــــوان ۞
(2) *Auctor*: نظم ابو اسحق ابرهيم بـــن مسعود الالبيري ۞
(3) *Titulus*: ذكر وصف المدينة مكـــة وبيت المقدس ۞
(4) *Auctor*: ابو زيد بن يخلفتـــــن الفازازي ۞
(5) *Titulus*: مجمـــــــوع ۞
(6) *Auctor*: شعر زهير بن ابي سلمـــي يمدح الحرث بن عوف وهرم بن الحـــرث بن سنان المري ۞
(7) *Initium*: امن ام اوفــــــــي ۞
*Finis*: الاذـــــــــوا ۞
(8) *Auctor*: نظم ابو عثمان الاشناندانـــي سعيد بن هرون ابن دريد ۞
(9) *Initium*: وشعثـــــــــا ۞
*Finis*: وغيـــــــــم ۞
(10) *Titulus*: المعلقات الذهبيـــــة ۞

facilè præſtantiſsima, Regio etiam decreto ſancitum eſt ut aureis exſcriberentur literis, & in templo Meccano honoris gratiâ appenderentur. Audiamus hac de re Latinè diſſerentem Eduardum Pocokium in Notis ad *pag.* 159. qui ex Auctorum Arabum ſcriptis hæc ſcitu digna profert: „ Fuerunt Poemata Arabibus olim Pandectæ, ultimus „ ſapientiæ eorum terminus, unde quæ „ illis uſui, depromebant, & quò omnia deferebant. Magna ergo contentione hanc alii aliis palmam præripere „ ſtudebant. Nullum illis certius nobilitatis & ingenui ortûs argumentum, „ nihil quod ſibi magis gloriæ ducerent, „ quàm carmine animi conceptus expeditè ac eleganter exprimere, uti „ eorum hiſtorias legenti patebit. In celebri foro dicto *Alocad* (1), ubi quotannis conveniebant, id fere agebant, „ ut hoc certamine famam ſibi compararent. Ita *Algiuharius*: quotannis „ illic per menſem integrum congregati commercia non ſolùm agere, ſed „ carminibus recitandis alii alios gloriabundi provocare; imò ab hoc eorum „ facto magis quàm à rebus venum expoſitis nomen foro inditum teſtatur „ Alphiruzabadius, quòd ſcilicet ibi *gloriando certarent* (2); ſiquæ ceteris anteferrentur Poemata, à Regibus inter „ ſuas pinacothecas reponi ac appendi.

Hujus Commentarii auctor eſt *Abu Giaphar Ahmad Ben Mohamad Ben Ismail* (3), vir ſanè eruditus, de cujus ætate, patria, ceteriſque rebus nihil liquet.

## CCCCVI.

Codex nitidè exaratus die 19. Schevali, anno Egiræ 657. quo continetur Commentarius in ſeptem illa veterum Arabum Poemata, titulo *Septem Poematum Expoſitio* (4), auctore viro erudito & in Arabicis antiquitatibus apprime verſato (5) *Abu Abdalla Alhasni Ben Ahmed Ben Alhossin Alzuzani.* (6)

Is Codex habetur in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCDXVI.

Poetæ illi ſeptem hiſce Poematibus ſuorum temporum res geſtas deſcribunt. Eorum videlicet primus *Amrilcaisus* (7) agit de ſuis & *Schargil Aniſæ* (8), patruelis ſororis, venuſtiſsimæ puellæ, amoribus, ac de paterni regni vicibus. Singuli hujuſce Poematis verſus in literam ل deſinunt.

*Zohairi Ben Abi Salmi* (9) Poema, cujus verſus omnes litera م claudit, res à ſe geſtas & bella continet.

*Lebidi Ben Rabiat* (10) Poema in literam لا ſingulis verſibus deſinit.

*Amru Ben Kaltumi* (11) Poema, cujus omnes & ſingulos verſus ſyllaba duplex ينا claudit, varias gentes & loca deſcribit.

*Tarphatæ Ben Alabad* (12) Poema literâ د per ſingulos verſus terminatur.

*Ae-*

(1) ۞ سوق العكــــــــــاظ

(2) ۞ يتعاكظــــــــــون

(3) *Auctor*: تاليف ابو جعفر بن محمد بن اسمعيل النحوي ۞

(4) *Titulus*: ۞ شرح القصايد السبــــــع

(5) *Auctor*: شرح ابو عبد الله الحسنــــي بن احمد بن الحسين الزوزني الاديــــب الماهر ۞

(6) *Initium*: هذا شرح القصايد السبع علي حد الايجاز ۞

*Finis*: ۞ هذا اليــــــــوم

(7) *Auctor*: ۞ امرو القيــــــس

(8) ۞ شرجيل عنيــــــزة

(9) *Auctor*: ۞ زهير بن ابي سلمــــي

(10) *Auctor*: ۞ لبيد بن ربيعــــة

(11) *Auctor*: ۞ عمرو بن كلثــــوم

(12) *Auctor*: ۞ طرفة بن العبــــاد

*Antarat Ben Schadad Alabsi* (1) Poema habet, cujus ſinguli verſus in literam م exeunt.

*Alharetii* (2) tandem Poema ſingulos verſus exhibet in literam ا ſimiliter cadentes.

Ex recenſitis hactenus Poematibus, tamquam ex veterum Arabum penu, varia & erudita monumenta depromſit, atque in *Hiſtoriam ſuam univerſalem* contulit clariſsimus Abulpheda.

## CCCCVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, continens priorem Tomum Commentarii, cui titulus: *Expoſitio Poematis Kathiri Ben Abdelrahman Ben Alaſuad Alkhazai Cordubenſis de Arte Metrica* (3), auctore *Mohamad Ben Alhassan Ben Makhluph Alraschedi Granatensi* (4), ex Regio ſanguine prognato. (5)

Id Poema cum Commentario, teſte *Ben Alkhathib* Bibliothecario Granatenſi, rarum eſt & magni pretii.

## CCCCVIII.

Codex literis Cuphicis & non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Opus hoc titulo: *Commentarius Poematis Gemaleldini Abi Amru Othman Ebn Alhagebi*, quod *Studium præclarum ſcientiæ Khalileæ* (6) inſcribitur, id eſt *Artis Metricæ & Rhythmicæ*: auctore *Abdelmohsen Syrocæsariensi.* (7)

Hujuſce Commentarii nulla in Bibliothecis Orientalibus occurrit mentio: quare, utpote rarum Scriptoris præſtantiſsimi monumentum, plurimi faciendum eſt. Khalilæus, vetuſtus ac nobilis Grammaticus, primus inter Mahometanos Artis Metricæ conditor, vel ſaltem illuſtrator extitiſſe traditur. Hinc fit ut Auctores Grammaticam & Poeticam *Khalilæi ſcientiam* non rarò vocitent.

2.° Poema de Arte Metrica cum Anonymi Commentario, inſcriptum (8) *Ars Poetica*, auctore *Ebn Alsocath Abi Abdalla Abu Alhassan Ali Ben Beri.* (9)

Is Codex exaratus eſt anno Egiræ 727. Chriſti 1326.

3.° Poema de Poeticæ Legibus, *Artis Arcana* inſcriptum, quod olim edidit Poeta inſignis *Dhiaeldinus Abi Mohamad Abdalla Ben Mohamad Alkhazragita Hispanus*: adjectis Commentariis eruditi viri *Abu Abdalla Mohamad Abu Beker Ben Omar Almakhzumi Aldamamini Ægyptii*, qui anno Egiræ 817. operi poſtremam impoſuit manum. Hujus Poematis, quod *Poema Khazragiticum* aliàs nuncupatur, plura in hac Eſcurialenſi Bibliotheca habentur exemplaria.

Is Codex ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

Co-

(1) *Auctor*: عنترة بن شداد العبسـي ۞
(2) *Auctor*: الحـــــارث ۞
(3) *Titulus*: كتاب التصريح اي شـــرح قصيدة كثير بن عبد الرحمن بن الاسـود الخزاعي القرطبي في علم العروض ۞
(4) *Auctor*: تاليف محمد الحسن بــن مخلوف الراشدي الغرناطي ۞
(5) *Initium*: اعاننا اللـــــه ۞
*Finis*: تبيـــــن ۞
(6) *Titulus*: شرح قصيدة جمال الديـــن ابي عمرو عثمان ابن الحاجب المسمـــاة المقصد الجليل في علم الخليل اي في علم العروض والقوافي ۞
(7) *Auctor*: تاليف عبد المحســـــن القيصري ۞
(8) *Titulus*: عروض ابن السقاط ابـــي عبد الله ابو الحسن علي بن محمد بـــن بري ۞
(9) *Initium*: فاني استخـــــرت ۞
*Finis*: والاضمـــــار ۞

## CCCCIX.

Codex exaratus anno Egiræ 715. complectens Anonymi Commentarium, cui hic titulus (1) : *Difficultatum Explanatio, quæ in Epitome Artis Metricæ Clariſsimi Antiſtitis Abi Abdalla Ben Mahomad*, vulgò *Abu Giaiſch Anſaræi, Hiſpani Cordubenſis occurrunt*. (2)

## CCCCX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 889. quo continetur ejuſdem Commentarii alterum exemplar, ſubjectis variorum notis.

## CCCCXI.

Codex nitidis literis exſcriptus anno Egiræ 881. Chriſti 1476. quo continetur liber cui titulus: *Commentarius in Poema* (3) celeberrimum de Mahometi laudibus, *Alborda* vocitatum, cujus Poematis non ſemel ſupra meminimus. Commentarii verò auctor, ſive Scholiaſtes, eſt *Ahmad Ebn Abi Hagela Altalmasani* (4), origine *Africanus*, patriâ *Cairenſis*, qui anno Egiræ 774. extinctus eſt. (5)

## CCCCXII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 940. quo continetur Anonymi Commentarius in Poema *Bordah*, cujus auctor, ut ſuprà retulimus, *Abu Abdalla Mohamad Albuſiri Ægyptius*, qui anno Egiræ 607. pietatis & doctrinæ laude, quacunque terrarum orbem pervagata eſt Mahometana ſuperſtitio, claruit: ita ut nullum ſit in Oriente, vel Occidente opus quod plures, ſi Alcoranum excipias, interpretes invenerit.

## CCCCXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Cordubæ* anno Egiræ 556. Chriſti 1160. qui celebris Poetæ *Abu Tamam Habib Ben Avas Althai* (6) Carmina complectitur, quibus præcipuè Imperatorum *Motaſſemi* & *Vateki*, patris videlicet & filii, res geſtæ deſcribuntur. Inter cetera elegantiſsimum extat Carmen de urbis *Amuræ*, (7) ſeu *Gomorræ*, prope *Meccam* ſitæ expugnatione. *Abu Tamam* in *Syria* natus anno Egiræ 190. *Muſeli* obiit 231. Is gratiâ & auctoritate apud eoſdem Imperatores; ingenii verò, eruditionis, Poeticæ Artis gloriâ apud Arabas maximè floruit.

## CCCCXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Commentarius in Poema de Arte Metrica, inſcriptum *Khazaragiticum Poema*, aliàs *Artis Arcana* nuncupatum, quod in aliis exemplaribus incipit للشعر; in hoc verò Codice وللشعر additâ particulâ *Vav*. Ibi notandum eſt Poetam & Poema *Khazaragiticum* ita appellari à *Tribu* Ara-



(1) *Titulus*: شرح مشكلات المختصر في علم العروض المنسوب الي الامام الجليل ابي عبد الله ابن محمد المعروف بابي الجيش الاندلسي القرطبي ۞

(2) *Initium*: فهذه كلمات ۞
*Finis*: فاعلن الاول ۞

(3) *Titulus*: شرح البردة ۞

(4) *Commentator*: احمد ابن ابي حجلة التلمساني ۞

(5) *Initium*: قفن سالني ۞
*Finis*: العز ۞

(6) *Auctor*: ديوان ابي تمام حبيب ابن اوس الطائي العا ثمي بن قبس ۞

(7) عمورية ۞

*Arabum Medinenſium vetuſta & pernobili* (1), ut rectè animadvertit eruditus Scholiaſtes. Hæc autem Tribus anno Egiræ 352. ad Hiſpaniam ſe contulit, & *Cordubæ* ſedem fixit, unde Poeta noſter cum aliis compluribus viris & doctrina, & bellica virtute clariſsimis prodiit.

## CCCCXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Carmina ordine alphabetico diſpoſita, titulo *Liber Decaſtichorum* (2), id eſt carminum quæ decem verſibus conſtant, Hiſpanè *Decimas*: auctore MEHIELDINO ALARBI ALHATEMI ALTHAI HISPANO *Cordubenſi* (3), qui primus inter Arabas hujuſmodi carminum inventor cenſetur. Obiit anno Egiræ 638.

2.° Ejuſdem Quæſita quinquaginta, quæ ad Mahometanam Religionem ſpectant, *Liber Quæſitorum* (4) inſcripta (5). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXVI.

Codex eleganti ac perita manu exaratus, quo continentur:

1.° Opus Poeticum Elegias & Odas omnino XXXI. complectens, inſcriptumque *Deſideriorum Interpres* (6), auctore *Mehildino Alarbi*, de quo ſupra ſermo. Ibi de Amoribus & Amaſiis, nulla pudicitiæ, vel religionis habita ratione, agitur. (7)

2.° Poemata varia, quorum auctor ABU HAPHS SCHARAPHEDDINUS OMAR BEN ALPHAREDH, per excellentiam POETA AMANTIUM REX (8) nuncupatus, doctrinæ famâ apud Mahometanos inclytus, qui origine *Apameus*, ortu verò *Ægyptius* obiit *Cairi* anno Egiræ 632. Hæc autem Poemata numero XXV. collegit è compluribus vetuſtis exemplaribus *Ali Sebth* ejuſdem Poetæ civis. Inter ea occurrit Carmen illud *Taiah* inſcriptum, in Monachorum *Suphitarum* laudem conditum, cujus ſinguli verſus in literam ت ſimiliter deſinunt; tum illud alterum celeberrimum, *Iaia* dictum, de rebus præcipuè venereis, cujus omnes & ſingulos verſus litera Arabica ي venuſtiſsimè claudit.

Hujus Codicis plura extant exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi.

## CCCCXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* die 5. Gemadi prioris anno Egiræ 761. Chriſti 1359. quo continentur:

1.° Carmina varia Rhythmica inſcripta *Collectio ſelectiſsimorum Rhythmorum* (9), auctore ABU GIAPHAR AHMAD EBN ABI ABDALLA BEN ZARCALA HISPANO (10), qui Poetica laude floruiſſe fertur *Cordubæ* ſexto Egiræ ſeculo. (11)

2.° Epigrammata varia, ſalibus, jo-

(1) *Titulus*: والخزرج هي قبيلة مـــن الانصار ۞

(2) *Titulus*: كتاب المعشـــرات ۞

(3) *Auctor*: نظم محي الدين العربـــي الحاتمي الطائي الاندلسي ۞

(4) *Titulus*: كتاب مسايـــل ۞

(5) *Initium*: في معني قول سبحان الله ۞
*Finis*: البيـــان ۞

(6) *Titulus*: ترجمان الاشـــواق ۞

(7) *Initium*: كلما انكـــره ۞
*Finis*: والجـــادي ۞

(8) *Auctor*: ديوان ابو حفص شرف الدين عمر بن الفارض الشاعر سلطان العشاق ۞

(9) *Titulus*: كتاب التوريه في محاسن الشعر ۞

(10) *Auctor*: نظم ابو جعفر احمد ابـــن ابي عبد الله بن زرقاله الاندلسي ۞

(11) *Initium*: من شافـــع ۞
*Finis*: اللقـــب ۞

joci s, facetiis quàm elegantiſsimis referta, auctore *Ahmad Ben Mohamad Alsolami* (1) *Ægyptio* ex urbe *Manſura*. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXVIII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Poemata varia, titulo *Diuan Poetæ Abivrdei, carmina heroica complectens* (2). Hujus Poetæ vitam ſic enarrat in *Bibliotheca Orientali* Scriptor fide dignus Ebn Khalcan: „ Abiurdæus eſt „ Abulmodhfar Mohamad Ben Alabas „ Ben Alaſar Ben Moavia, id eſt ex „ Caliphis Omiaditis ortus, Poeta celeber, & rei genealogicæ Arabicæ omnium peritiſsimus. Varia edidit opera, quorum præcipuum eſt urbis „ *Abiurd* in Koraſana, ubi natus eſt, „ Hiſtoria; & alia Philologica longè „ præſtantiſsima. Obiit in urbe *Hiſpahana* anno Egiræ 507. (a)

Alterum hujus Operum exemplar extat in Bibliotheca Regia Pariſienſi *Num.* MCCCXCVII.

2.° Opus Poeticum de Licentia Poetica, titulo *Res primùm inventa* (3), capitibus V. comprehenſum: auctore *Ali Ebn Thaher Alhaiti Cordubenſi* (4). Is omnium primus hoc argumentum tractavit, auxit, illuſtravit. (5)

3.° Commentarius Scriptoris eruditi *Massud Ben Omar Altaphtazani* in tertiam Rhetoricæ partem, *Scientiarum Clavem* nuncupatam, quæ operâ & ſtudio *Abu Jacob Josephi Alsekaki*, eloquentiſsimi viri, anno Egiræ 611. prodiit.

Is Codex *Damaſci* exaratus eſt anno Egiræ 1006.

## CCCCXIX.

Codex nitidis, verſicoloribuſque literis exaratus horis meridianis feriæ 3. die 10. menſis Dilcadat anno Egiræ 1000. Chriſti 1591. quo continetur Opus Poeticum inſcriptum *Auditûs Munus de Poeticis Salibus* (6), auctore *Abdelrahmano Abi Ahmad Alhamadita* (7) *Cairenſi*, qui nono Egiræ ſeculo nobilis, *Aſsiuthæi* veſtigiis inſiſtens, varia ac ingenioſa Poetices artificia ex clariſſimorum Poetarum libris excerpta, plura etiam ex ſuo addens ingenio, in unum volumen contulit.

## CCCCXX.

Codex exaratus anno Egiræ 994. complectens ejuſdem Operis alterum exem-



(a) الابيوردي هو ابو المظفر محمد بن العباس بن الاصعر بن معوية الشاعر المشهور وكان من اخبر الناس بعلم انساب العرب وله تصانيف كثيرة منها تاريخ ابيورد وله في اللغة مصنفات لم يسبق لمثلها ونسب الي ابيورد بلدته في خراسان وكانت وفاته باصبهان سنة سبعة وخمسماية ۞

(1) *Auctor*: ديوان احمد بن محمد السلمي المنصوري ۞

(2) *Titulus*: ديوان الابيوردي الموسوم بالنجديات ۞

(3) *Titulus*: ۞ بدايع البداية

(4) *Auctor*: تاليف علي بن طاهر العبيتي القرطبي ۞

(5) *Initium*: ۞ فهذه نوادر

*Finis*: ۞ ذوردكا

(6) *Titulus*: منح السميع وتمليح البديع ۞

(7) *Auctor*: تاليف الشيخ العالم عبد الرحمن بن احمد الحميري ۞

exemplar, ſed priore minùs elegans.

CCCCXXI.

Codex exaratus anno Egiræ 995. continens ejuſdem Operis tertium exemplar. Tria hæc exemplaria inter ſe diligenter collata, omnino convenire compertum nobis eſt.

CCCCXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus inſcriptum *Hortus Academicus de variis Poeſeos generibus* (1), quod in partes quatuor dividitur: auctore SCHAMSEDDINO MOHAMAD BEN HASSAN ALNAVAGI *Damaſceno*, cujus ſupra jam meminimus. Hæc varia nimirum ſunt Poeſeos artificia à clariſsimis Poetis Arabibus inventa, quæ hinc inde diſperſa in unum collegit, & ordine alphabetico diſpoſuit diligentiſsimus Auctor: unde & *Aſsiuthæus*, & *Abdelrahmanus Alhamadita* modò allegatus, non pauca ſumſere, ejuſque labores in publicum uſum convertêre.

Hujus Operis pars ſecunda habetur in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCDII.

CCCCXXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus de Arte Metrica, titulo *Feneſtrarum Lumina* (2), in duas partes diviſum, quarum prior de Poetices præceptis agit; poſterior verò plures Poeticas Proluſiones variis rerum ſimilitudinibus exornatas complectitur: ubi etiam harum comparationum uſurpandarum, accommodandarumque carmini ratio præſcribitur: auctore ALI BEN DHAPHER AZADITA ET KHAZRAGITA (3), patriâ *Hiſpano*, domicilio *Ægyptio*, qui anno Egiræ 587. hocce opus abſolvit, Magnoque *Salaheddino Abilmodhfer Joſepho Ben Aiub*, Ægypti Regi, nuncupavit. (4)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

CCCCXXIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 978. quo continetur Opus Poeticum elegantiſsimum, inſcriptum *Paſcua Dorcadum*, *ſeu Deſcriptio & Laus Puerorum* (5), auctore SCHAMSEDDINO MOHAMAD ALNVAGI, qui excerpta varia ad *Pæderaſtiam* pertinentia ex vetuſtioribus Arabum Poetis, nonnulla etiam è recentioribus collegit, & in locos communes digeſsit.

Ejuſdem Operis aliud retulimus exemplar inter Codices *in Quarto* hujus Tituli.

CCCCXXV.

Codex elegantiſsimè exaratus, & verſicoloribus literis inſignis, carens anni notâ, quo proximè recenſiti Operis aliud continetur exemplar.

CCCCXXVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 992. quo continentur:

1.° Ejuſdem *Schamſeddini* Carmina amatoria, inſcripta *Veli Detractio & Faciei Detectio* (6), de Puellarum ſcilicet deſcriptione, ac de Puerorum venuſtate, amoribuſque.

Ejuſ-

(1) *Titulus*: روضة المجالسة في انواع الجناس في الشعر ۞

(2) *Titulus*: المناقب النوريــــــة ۞

(3) *Auctor*: تصنيف علي بن ظافر الازدي ثم الخزرجي ۞

(4) *Initium*: لم ازل في كل اوان ۞
*Finis*: كاسفــــــــة ۞

(5) *Titulus*: كتاب مراتع الغزلان في وصف الحسان من الغلمان ۞

(6) *Titulus*: خلع العذار في وصف العذار ۞

2.° Ejuſdem varia Epigrammata, titulo *Paginæ Venuſtatis*, *de Nævis* (1); quos ſingulos deſcribit, atque inde Puerorum pulchritudinem variè depingit.

3.° Ejuſdem Opus de Arte Rhythmica, ac de Poeticæ licentiæ uſu, titulo *Ars ſufficiens & genuina* (2). Recenſitorum trium Operum complura in hac noſtra Bibliotheca invenias exemplaria.

4.° Poemata varia, ac Epigrammata, *Singulares Apameæ Fructus* (3) inſcripta, auctore viro docto & nobili *Apamæo* ABU BAKER BEN HAGIAT. Hujus Operis Poetici, quod rarum eſt, alterum etiam exemplar habetur in hac noſtra Bibliotheca.

## CCCCXXVII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Opus Poeticum Academicum, inſcriptum *Annulus gemmatus* (4), complectens Carmina ad recentiorum Poetarum methodum & genium condita: auctore ABI ABDALLA SALAHEDDINO KHALIL BEN ABIK SAPHADITA (5), viro Poetica & Rhetorica facultate inſtructiſsimo, qui *Damaſci* obiit anno Egiræ 764. Id autem Operis, quod rarum eſt, & maximo apud Mahometanos in pretio habetur, exaratum eſt die 3. Ragebi, anno Egiræ 873. Chriſti 1468.

Antiquiores Poetæ Arabes Poemata ſolùm ſcripſere, quibus recentiores minimè contenti, alia Poeſeos genera invenerunt. Apud hos varia, & quidem ingenioſa carminum artificia reperias, quæ apud Latinos Poetas fruſtra quæſieris.

2.° Opus Poeticum, inſcriptum *Florilegium* (6), ubi de variis versûs condendi modis, quos *Formas* appellamus, diſſeritur, auctore *Aſsiuthæo*. Hujus Operis plura exemplaria in hac noſtra Bibliotheca reperiuntur.

## CCCCXXVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 744. quo continetur alterum operis, quod *Annulus gemmatus* inſcribitur, exemplum, propria Auctoris manu conſcriptum. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXXIX.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus partim ſoluta, partim ſtricta oratione concinnatum, hoc titulo: *Lacrymæ queribundi & impatientis Amantis* (7), ubi Amantium amores, dolores, cruciatus, zelotypiam, ſuſpiria, &c. laudatus Auctor SALAHEDDINUS Saphadita ſuis exprimit ac depingit coloribus (8). Eodem fermè titulo, ac de eodem argumento aliûs auctoris ſcriptum paulò ante recenſuimus.

Hujuſmodi opus & facili vena defluit, & tenero juxta ac vivido ſtylo excellit: quod cùm ex aliis, tùm ex ſequenti Diſticho facilè patebit:

*Me*

(1) *Titulus*: صحايف الحسنات في الخال ۞

(2) *Titulus*: الشفا في بديع الاكتفا ۞

(3) *Titulus*: الثمرات الشهية في فواكي الحموية ۞

(4) *Titulus*: فص الختام عن التورية ۞

(5) *Auctor*: تاليف الشيخ الاديب الكاتب الناظم الناثر ابي عبد الله صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدي ۞

(6) *Titulus*: جنس الاجناس ۞

(7) *Titulus*: كتاب دمعة الشاكي ولوعة الباكي ۞

(8) *Initium*: فاني اعرف احوالي ۞
*Finis*: الوكيل ۞

*Me rapit elegantiæ & pulchritudinis amor;*
*neque mirum, nam ille viros fortes*
*Rapit & molles. Jam me delicias inter atque*
*luſus perditum cernis.* (a)

## CCCCXXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Epigrammata DCCC. hoc titulo: *Certamina Poetica alternis verſibus celebrata* (1). Singulis quidem Epigrammatis una, eademque res agitur; ſed mira prorsùs varietate, duobus de palma contendentibus viris pari eruditione, pari facundia præditis, *Salaheddino* videlicet *Saphadita* ſupra memorato, ac *Tageddino Ebn Alderaihem Ali Ben Mohamad* (2): quorum prior Syrus *Apameus*, cujus mors in annum Egiræ 764. incidit; alter Aſsyrius *Muſelenſis*, qui anno Egiræ 763. fato conceſsit; uterque tamen *Damaſci* incolæ, multiſque ibidem apud Reges honoribus ornati. (3)

Ad Codicis calcem præſtantiſsimorum XXXVIII. Poetarum, quibus uterque uſus eſt, Index ſubnectitur. Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCCXXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 991. quo continetur Tractatus, hac inſcriptione: *Liber genuinus de Arte Rhythmica perfecta & abſoluta* (4), auctore *Schamseddino Mohamad Alnavagi Damaſceno*, de quo non ſemel ſupra diſſeruimus. Ibi ille ad hujus Artis uſum comprobandum, cui novum Arabes indidere vocabulum *Alaktapha* (5), quod Latinè ſonat *duplex litera ſimiliter deſinens*, complura ex graviſsimis ſcriptoribus exempla paſsim adducit.

Ars hæc Rhythmica apud Perſas & Turcas jam invaluit; apud Arabes verò rariùs adhibetur, qui in condendis carminibus ultimam dumtaxat literam in fine versûs ſimiliter deſinentem, non autem duplicem ſervant, ſervandamque contendunt. Auctor noſter hujus Artis morem in Arabicam Poeſim primus invexit.

## CCCCXXXII.

Codex nitidis exaratus literis, vocalibuſque etiam animatus anno Egiræ 863. Chriſti 1458. in quo ejuſdem Auctoris extat opus inſcriptum *Series Margaritarum* (6): ubi plura ingenioſa quidem, ſed parùm pudica de amoribus carmina, quorum aliqua ad Odarum genus accedunt, vocanturque Arabicè *Mauſchahat* (7); alia *Verſus extemporales* dicuntur, quos Arabes *Zagel* appellant. Opus ſanè rarum, ut pleraque hujus Scriptoris opera, quippe quæ à Mahometanis morum, librorumque Cen-

(a) هوي بين الملاحة والجمال ۞ يفاسية القوي من الرجال ۞
ويضعف عنه كل ضعيف قلب ۞ نربي في النعيم وفي الدلال ۞

(1) *Titulus*: كتاب المحاورة الصلاحية في المحاجات الاصطلاحية ۞

(2) *Auctor*: تأليف صلاح الدين الصفدي وتاج الدين ابن الدريهم علي بن محمد ۞

(3) *Initium*: فلما كانت الاحاجي ۞
*Finis*: انتهـــا ۞

(4) *Titulus*: كتاب الشفا في بديع الاكتفا ۞

(5) الاكتفـــا ۞

(6) *Titulus*: كتاب عقود اللال في الموشحات والازجال ۞

(7) موشحـــات ۞

Cenſoribus ſint proſcripta (1). Is liber ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

## CCCCXXXIII.

Codex nitidè exaratus feria 7. die 10. menſis Saphari anno Egiræ 653. Chriſti 1255. quo continetur Opus Academicum, *Diuan* inſcriptum, varia carminum genera & artificia complectens, auctore celebri Poeta *Abulola Almaarri* (2), Syro *Apamenſi*, ex oppido *Maarra* prope Apameam, qui quarto Egiræ ſeculo claruit.

## CCCCXXXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Poemata varia, ac Epiſtolæ perelegantes ad varios Principes & amicos conſcriptæ, hoc titulo: *Opus Carmina & Epiſtolas complectens* (3) *Doctoris Abu Baker Takildini Ben Hagia Syri Apamenſis* (4). *Hæc porrò ſunt flores exercitationum Poeticæ & Rhetoricæ, ac veluti Sydera in cælo Eloquentiæ nitentia.* (5)

2.° Poema in Mahometi laudem, inſcriptum *Carmen molle ac tenerum* (6), cujus ſinguli pentaſtichi à litera ا incipiunt: auctore *Mohamad Ben Abdelaziz Aluarac Lakhamita Cordubenſi* (7).

## CCCCXXXV.

Codex exaratus die 21. menſis Dilhagia anno Egiræ 707. Chriſti 1307. quo continentur varia & egregia Poemata inſignis Poetæ *Abulmoali Negmeddini Ben Israel Alschaibani Damasceni* (8), qui anno Egiræ 531. diem obiit ſupremum.

In eo autem Codice tria leguntur Poemata miro artificio elaborata, quæ Auctor in ſui Magiſtri *Abulhaſſani Ali Alhariræi* laudem condidit (9). Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Ars Odas conficiendi, hoc titulo: *Textus & Ordo Odarum* (10) *Doctoris Mohamad Ben Assaker Damaſceni* (11), qui anno Egiræ 571. obiiſſe memoratur. (12)

Primus Odarum auctor extitit *Ahmad Ben Abdrabboh* (13) *Cordubenſis*, Poeta longè celeberrimus, cujus veſtigiis poſteà inſtitere plures egregii Poetæ Hiſpani, qui novum hoc inventum Orientalibus impertierunt. Illorum Indicem contexuit proximè laudatus Doctor *Mohamad*, quem hîc ſubjicimus.

*Aba-*

(1) *Initium*: باليلة الوصـــل ۞
*Finis*: قمـــره ۞
(2) *Auctor*: ابو العلاء المعـــري ۞
(3) *Titulus*: ديوان ومراســـلات ۞
(4) *Auctor*: تاليف تقي الدين ابو بكر بن حجة الحموي ۞
(5) *Initium*: فهذه اوراق من ريـــاض الادب زاهرة بل نجوم في سماء الفصاحة زاهرة ۞
(6) *Titulus*: قصيدة الوترية في مدح خير البرية ۞
(7) *Auctor*: نظم محمد بن عبد العزيـــز الوراق اللخمي القرطبي ۞
(8) *Auctor*: ديوان ابو المعالي نجم الدين محمد بن اسرايل الدمشقي الشيبـاني ۞
(9) *Initium*: سقي الديـــار ۞
*Finis*: يستـــر ۞
(10) *Titulus*: كتاب توسيع التوشيح فـي نظم الموشحـات ۞
(11) *Auctor*: تاليف محمد بن عساكر ۞
(12) *Initium*: قـادني نظرت يومـــا ۞
*Finis*: والامـاذـــي ۞
(13) *Auctor*: أحمد بن عبد ربـــه ۞

1. *Abadat Ben Ma Alsama Cordubenſis.*
2. *Abu Baker Mohamad Ben Abadat Alcozazi*, qui *Cordubæ* floruit anno Egiræ 515.
3. *Abadat Ben Mohamad Alacra Cordubenſis.*
4. *Abulabbas Altothaili*, ex *Tudela* urbe.
5. *Abu Baker Ben Baca Hiſpalenſis.*
6. *Abu Baker Alabiadh Cordubenſis.*
7. *Abu Baker Ben Allabanat Cordubenſis.*
8. *Abu Abdalla Ben Raphe Rasoh.*
9. *Abu Hassan Ali Ben Abd Algani.*
10. *Abu Abdalla Mohamad Pacenſis.*
11. *Abu Abdalla Mohamad Ben Scharaph Murcianus.*
12. *Abulcassem Valentinus.*
13. *Abu Baker Iahia Ben Alsiraphi*, dignitate Vizirus.
14. *Abulvalid Iunes Ben Abi Isa Murcianus.*
15. *Abu Baker Cæſarauguſtanus.*
16. *Ebn Alphors Cordubenſis.*
17. *Abu Isa Ben Labbun*, dignitate Vizirus.
18. *Abu Baker Ben Ragem Granatenſis.*
19. *Abu Amer Ben Nabac*, dignitate Vizirus.
20. *Abu Baker Mohamad Ben Zohar Albaphedita*, munere Vizirus.
21. *Ahmad Ben Malek*, vir eruditus & nobilis *Cæſarauguſtanus.*
22. *Abu Baker Ben Moluk Cordubenſis.*
23. *Ebn Giakh Alsobaghi Hiſpalenſis.*
24. *Abu Hassan Ali Ebn Hai Murcianus.*
25. *Dulvazratin Ebn Omar Cordubenſis.*
26. *Ebn Abilragial Hiſpalenſis.*
27. *Ebn Alzocac Murcianus.*
28. *Abulhokm Cordubenſis.*
29. *Abrahim Ben Sahl Valentinus.*

Recenſitorum hactenus Poetarum plures in hoc Codice occurrunt Odæ, quæ ab Horatianis, ſi artificium ſpectes, minimè ſanè abludunt.

## CCCCXXXVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni no-

1. عبادة بن ما السماء القرطبي ۞
2. ابو بكر محمد بن عبادة القزاز ۞
3. عبادة بن محمد الاقرع القرطبي ۞
4. ابو العباس التطيلي ۞
5. ابو بكر بن بقا الاشبيلي ۞
6. ابو بكر الابيض القرطبي ۞
7. ابو بكر بن اللبانة ۞
8. ابو عبد الله بن رافع راسه ۞
9. ابو حسن علي بن عبد الغني ۞
10. ابو عبد الله محمد البطلوسي ۞
11. ابو عبد الله محمد بن شرف المرسي ۞
12. ابو القاسم البلنسي ۞
13. الوزير ابو بكر يحيى بن الصيرافي ۞
14. ابو الوليد يونس بن ابي عيسى المرسي ۞
15. ابو بكر السرقسطي ۞
16. ابن الفرس القرطبي ۞
17. الوزير ابو عيسى بن لبون ۞
18. ابو بكر بن رجم الغرناطي ۞
19. الوزير ابو عامر بن نبق ۞
20. الوزير ابو بكر محمد بن زهر الحفيد ۞
21. الوزير الكاتب احمد بن ملك السرقسطي ۞
22. ابو بكر بن ملوك القرطبي ۞
23. ابو جاخ الصباغ الاشبيلي ۞
24. ابو حسن علي ابن هاي المرسي ۞
25. ذو الوزرتين ابن عمار القرطبي ۞
26. ابن ابي الرجال الاشبيلي ۞
27. ابن الزقاق المرسي ۞
28. ابو الحكم القرطبي ۞
29. ابرهيم بن سهل البلنسي ۞

nota, quo continentur carmina varia, tùm moralia, tùm myſtica, inſcripta *Myſteriorum Interpres* (1), ubi auctor SCHAMSEDDINUS *MOHAMAD ALBAKRI AL-SADIKI Scholæ Schapheiticæ Doctor*, & *Sectæ Alaſcharitica Theologus*, patriâ *Damaſcenus* (2), propriarum omnium Dei virtutum laudes facili & eleganti carmine proſequitur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe Africæ *Bugia* (3) die 1. Moharrami, anno Egiræ 744. in quo habetur Commentarius in Poema, quod *Solaminis Carmen* inſcribitur. Poematis Scholiaſtes *ABULPHADHL JOSEPH BEN MOHAMAD BEN JOSEPH BEN ALNAHAUI* (4), qui in ipſo Commentarii procemio Auctoris vitam, reſque geſtas deſcribit his verbis: „ Abulabbas „ Ahmad Alnacauſi Perſa, nobili ge- „ nere natus in urbe *Tauris*, ubi & „ plura paterna prædia habebat, & „ aliquot oppidorum dominus erat, „ pietatem ac nobilitatem doctrinæ „ conjunxit. Obiit *Bagdadi* anno Egi- „ ræ 525.

Carmen *Solaminis*, ſive *conſolatorium* inde dictum eſt, quòd varias complectatur preces, aliaque ad pietatem, moreſque informandos præcepta & documenta. Hujus ſinguli verſus in literam ج ſimiliter deſinunt. (5)

## CCCCXXXIX.

Codex nitidè exaratus die 12. menſis Schabani anno Egiræ 884. Chriſti 1479. quo continetur Commentarius in idem Opus *Solaminis Carmen*, vel *mæroris & calamitatis Solatium*, ut alia habent exemplaria, inſcriptum. Commentario titulus eſt *Lumina Læta* (6), auctore *ABI IAHIA ZACHARIA ANSARÆO*, ſectâ *Schapheitico*, patriâ *Ægyptio*, qui octavo Egiræ ſeculo *Cairi* floruit. Id ipſum Poema jam olim anno Egiræ 615. explanaverat vir eruditus & nobilis *Abi Abdalla Mohamad Ben Ahmad Abrahim* Malacitanus.

In eo autem Commentario multa elucent exempla ex hiſtoriis, veterumque Philoſophorum monumentis petita.

## CCCCXL.

Codex nitidè exaratus, omiſſâ anni notâ, quo continentur:

1.° Opuſculum de Arte Rhythmica, cui titulus *Rhythmorum Epitome* (7), auctore (8) *ABULBARKAT EBN GENI ABULPHATPH OTHMANO.* (9)

2.° Tractatus de caſtiganda Lingua Arabica, inſcriptus *Cacophonia* (10), ubi de erroribus in efferendis Literis vocalibus potiſsimùm diſſeritur: auctore *ABU BAKER MOHAMAD BEN ALHASSAN BEN DERID* (11), qui *Baſſoræ* obiit anno Egiræ 821.

3.° Opuſculum de ſelectiſsimis vo-



(1) *Titulus*: ترجمان الاسرار
(2) *Auctor*: شمس الدين محمد البكري الصديقي الشافعي الاشعري
(3) بجاية
(4) *Auctor*: ابو الفضل يوسف بن محمد بن يوسف بن النحوي
(5) *Initium*: اشتدي
*Finis*: الحلج
(6) *Titulus*: كتاب الاضوا البهجة في ابراز دقايق المنفرجة
(7) *Titulus*: مختصر القوافي
(8) *Auctor*: تاليف ابو البركات بن جني ابي الفتح عثمان
(9) *Initium*: القافية اخر البيت
*Finis*: العقق
(10) *Titulus*: كتاب الملاحن في اللغة
(11) *Auctor*: ابو بكر محمد بن الحسن بن دريد

cabulis ad Poeſim pertinentibus, titulo *Lexicon Poeticum Arabicum*, *rarum & ſingulare* (1), quod inſignes eruditione viri *Ebn Almograbi Mohamad* Cordubenſis, & *Mohamad Almahali* Ægyptius, qui ſexto Egiræ ſeculo *Cairi* floruere, notis & ſcholiis illuſtrarunt. Auctoris nomen mihi incompertum.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXLI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens Poemata varia, ordine alphabetico diſtributa, quæ inſcribuntur *Collectio Carminum Poetæ nobilis Abilcassem Mohamad Ben Hani Hiſpani* (2), qui Regis Africæ & Ægypti *Moez Ledinallah Phathemitæ* res præclarè geſtas plurimis verſibus celebrat.

*Moez Ledinallah*, teſte Abulpharagio in *Hiſt. Dynaſt. pag.* 207. & 209. anno 365. in *Ægypto* obiit, quintum & quadrageſimum annum agens, ex Regibus *Phathemitis* quidem primus Ægyptiaco Regno potitus anno Egiræ 361.

## CCCCXLII.

Codex anni notâ defectus, in quo habentur Carmina ordine alphabetico digeſta, & inſcripta *Collectio magna* (3), eademque multiplicis argumenti, videlicet moralia, amatoria, ſatyrica, faceta: auctore *Schehabeddino Ebn Hagiar Syro Ascalonita* (4), qui anno Egiræ 852. Chriſti 1448. ſupremum diem obiit.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXLIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 785. Chriſti 1383. quo continentur Carmina moralia quàm elegantiſsima, quibus *Saied Ali Vapha Syrus Damaſcenus* (5), Auctor ſexto Egiræ ſeculo nobilis, Deum laudat, per omnia ſummarum illius virtutum nomina decurrens. Varia etiam de eodem argumento habet Epigrammata, quæ plus mille numerantur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXLIV.

Codex nitidè exaratus die 1. menſis Rabii prioris, anno Egiræ 1015. Chriſti 1606. complectens Commentarium in Poema de vita, rebuſque geſtis Mahometi, quod inſcribitur *Alphia* (6), id eſt *Millenarium*, mille quippe verſibus conſtans. Commentator eſt *Abdelrauph Ben Almanavi, Secta Schapheiticus, Ægyptius* (7), qui milleſimo Egiræ ſeculo claruit. Poematis verò conditor *Abulphadel Zeineddinus Abdelrahmanus*, vulgò *Alrazianus* (8), qui, ſicut in hujus Codicis prologo legitur, natus eſt *Cairi* anno Egiræ 725. origine Aſsyrius ex urbe *Zaian* (9) prope *Arbelam* ſita. Is puer adhuc octavum vix agens annum, Grammaticam, Rhetoricam, Poeticam perdidicit; vigeſimo autem ætatis anno Doctoris gradum in utro-

(1) *Titulus*: الاوزان التي لم يات مثلها في كلام العرب ۞

(2) *Titulus*: ديوان شعر الشيخ العالم والشاعر الماهر ابي القاسم محمد بن هاني الاندلسي ۞

(3) *Titulus*: ديوان الكبير ۞

(4) *Auctor*: نظم شهاب الدين ابن حجر العسقلاني ۞

(5) *Auctor*: سيد علي وفاء الدمشقي ۞

(6) *Titulus*: القصيدة الالفية في السيرة النبوية ۞

(7) *Commentator*: شرح عبد الرووف بن المناوي الشافعي ۞

(8) *Auctor*: نظم ابو الفضل زين الدين عبد الرحيم الرازياني ۞

(9) زاييان ۞

utroque Jure præter omnium expectationem adeptus eſt. Varia & egregia ſuper centum opera de omni ſcientiarum genere literis mandavit. Doctrinæ tandem & pietatis laude apud ſuos clarus, obiit *Cairi* anno Egiræ 806. (1)

## CCCCXLV.

Codex eleganter exaratus die 11. menſis Schevali anno Egiræ 688. Chriſti 1289. quo continentur Carmina miſcellanea, ſecundùm literarum ſeriem diſpoſita: auctore *Abulphadhl Zohair Ben Mohamad Almohlabi Azadita Ægyptio* (2), qui varia edidit Poemata in laudem *Damaſci* Regis *Saladini*, *Ebn Almalek Alaziz Ben Alnaſſer Salaheddin Joſeph Ben Aiub*, cui & victoriam ſimul, & *Damaſcum* anno Egiræ 648. Chriſti 1250. ab ipſo expugnatam gratulatur. (3)

## CCCCXLVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 858. continens Carmina amatoria, ſive Epigrammata de præpoſtera libidine, inſcripta *Puerorum Deſcriptiones* (4), quæ *Mohamad Badereldinus Alnuagi*, homo perditiſsimus, ex viginti Poetis qui de hujuſmodi argumento ſcripſere, curiosè nimis collegit, collectaque in hunc librum congeſsit. Epigrammata, ſi obſcœnitatem omittas, elegantiſsima dixeris.

## CCCCXLVII.

Codex autographus, anno Egiræ 370. Chriſti 980. exaratus, complectens Carmina varia ordine alphabetico digeſta, quibus titulus *Forum Molle* (5), ita nimirum inſcripta, quòd ad molles, teneroſque amores, ut Auctor ipſe in Præfatione declarat, omnino pertineant. Horum carminum auctor eſt *Mohamad Ebn Nabata*, patriâ *Ægyptius* (6), qui anno Egiræ 373. è vita exceſsiſſe memoratur.

## CCCCXLVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 970. quo continetur Collectio carminum parva, inſcripta *Triſtis animi Otium & Oblectamentum* (7): auctore *Ali Ben Sudun Albaschbagavi*, cujus mentionem paulò ante fecimus. Pleraque hujuſmodi carmina jocoſa ſunt & faceta.

## CCCCXLIX.

Codex nitidè ac eleganter exaratus, abſque anni nota, in quo habentur Carmina varia, & Epigrammata in primis ingenioſa, ſervato etiam alphabeti ordine. In iis occurrunt Poemata non contemnenda, quæ *Mohamad Ben Aphiph Altalmasani Cairenſis*, cujus mors ad annum Egiræ 774. refertur, *Almaleki Naſſerildini*, *Ægypti* Regis ex *Mamlucorum* Dynaſtia, memoriæ conſecravit.

Cenſores ad Codicis calcem opus hoc & rarum eſſe & à viris literatis ſtudiosè conquiſitum admonent. Hujus Auctoris aliud Poemation inter Poetas *in Quarto* recenſuimus.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.



(1) *Initium*: فهذه عجالـــــــــــة ۞
*Finis*: الانصـــــــــــــار ۞

(2) *Auctor*: ديوان ابو الفضل زهير بـــن محمد المهلبي المصري ۞

(3) *Initium*: وجاهـــــــــــــل ۞
*Finis*: يريـــــــــــــد ۞

(4) *Titulus*: كتاب بسط الاعذار عن حب العذار ۞

(5) *Titulus*: سوق الرقيـــــــــق ۞

(6) *Auctor*: نظم محمد ابن نباتـــــــه المصري ۞

(7) *Titulus*: نزهة النفوس ومضحـــــك العبوس ۞

## CCCCL.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, quo alterum ejuſdem Operis habetur exemplar, ſed à ſupra memorato in pluribus diverſum. Ibi Poeta noſter hoc donatur elogio: *Vir eloquens & elegans.* (1)

## CCCCLI.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, complectens ejuſdem Poetæ Epigrammata alphabeti ſerie diſpoſita, quorum amatoria maximi fiunt. (2)

## CCCCLII.

Codex literis Cuphicis exaratus, & anni notâ & fine carens, quo continentur:

1.° Poema verſibus ML. in eandem literam ا ſimiliter uſque deſinentibus conſtans. Illius auctor vir eruditus *Abulhassan Hazem Ben Mohamad Alansari*, patriâ *Hiſpanus* Carthaginensis, domicilio *Tunetanus* (3), qui carmen ſuum Ægypti & Africæ Regi *Abu Tamim Almoſtanſero Billa Phathemitæ*, anno Egiræ 427. Caliphæ renunciato, nuncupavit, egregias ibi ejuſdem laudes ac virtutes, puta prudentiam, munificentiam, & ſummam Poetices peritiam miro facundiæ & ingenii flumine perſequutus. Opus hoc in urbe, vulgò *Bona*, deſcriptum. (4)

2.° Varia Anonymi Carmina literarum ſerie diſtributa.

## CCCCLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ*, ſed abſque anni nota, quo continetur Opus inſcriptum *Artis Poeticæ Faſcinum* (5), ſive Sertum è clariſsimorum Poetarum floribus contextum, quibus & ſua nobilis Scriptor *Granatenſis Ebn Alkhathib* multa quidem & egregia carmina interſeruit. (6)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ, quo continetur alterum ejuſdem Operis exemplar, ut prius, emendatiſsimum.

## CCCCLV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur Carmina varia, videlicet Poematia, Odæ, Epigrammata, necnon & Epiſtolæ perelegantes, Poetico ſtylo ad complures amicos conſcriptæ: auctore *Kemaleddino Ebn Alkhathib* (7), Supremo *Ægypti* Judice & pernobili cive, qui anno Egiræ 764. *Alexandriæ* deceſsit. (8)

## CCCCLVI.

Codex pereleganter exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione elaboratum, hoc titulo: *Variæ rerum De-*

(1) البليغ الظريـــــــــــــــق ۞

(2) *Initium*: منعتها الصفــــــــــات ۞

*Finis*: ننتظـــــــــــــــر ۞

(3) *Auctor*: قصيدة الشيخ الاديب ابـــو الحسن حازم بن محمد الانصـــــاري القرطاجني ساكن تونس ۞

(4) *Initium*: لله ما قد هجـــــــن ۞

*Finis*: ونبنهــــــــــــــــا ۞

(5) *Titulus*: ديوان السحر والشعـــــر ۞

(6) *Initium*: اذا رمــــــــــن ۞

*Finis*: الزهــــــــــــــرا ۞

(7) *Auctor*: ديوان كمال الدين ابـــن الخطيب القاضي المصري الشريف ۞

(8) *Initium*: الحمد لله الذي هدانـــــا

*Finis*: والصدقــــــــــــان ۞

*Deſcriptiones cum ſingularum laude & vituperatione* (1), auctore *Abv Mansvr Abdelmalek Ben Mohamad Ben Ismail Altalabi Persa Nisabvriensi* (2), qui anno Egiræ 430. ſupremum diem obiit (3). Deſcriptiones hujuſmodi Poeticæ & Rhetoricæ, quas Auctor facundiſsimus complurium Scriptorum brevibus & argutis ſententiis diſtinguit, ac variis narrationibus exornat, ſunt omnino ſeptuaginta, quarum aliquot lemmata, velut ſpecimen, hîc proferimus, videlicet: „ De Mundi laudibus & vituperatione: de Divitiarum, „ Regis, Mulierum, Scientiarum, Fortitudinis, Jejunii, feſtorum Dierum, Ludi Latrunculorum (Hiſpanè „ *Axedrez*) Amicorum, Mortis, &c. „ laude, ſimulque vituperatione. (a)

## CCCCLVII.

Codex præcipui nitoris & elegantiæ, abſque anni nota, in quo habetur Opus Poeticum hac inſcriptione: *Lapides pretioſi de ſeptem Poetices artificiis* (4), VII. capitibus comprehenſum: auctore *Isa Ben Mohamad Ben Isa*, origine *Hierosolymitano*, patriâ *Alepino* (5), qui anno Egiræ 873. ut ex Prologo liquet, huic operi manum admovit. (6)

Inter Poeſeos artificia, quæ ibi fuſè & ingenioſè recenſentur, ſunt I. illi verſus qui, iiſdem vocibus variè diſpoſitis, plures conficiuntur, ut decantatus ille: *Tot tibi ſunt dotes, virgo, quot ſydera cælo*: II. verſus quorum literæ componentes punctis diacriticis ſunt deſtitutæ: III. verſus quorum omnes & ſingulæ literæ punctis diacriticis gaudent, ut in hiſce vocibus patet (7), & alia id genus elegantia & ingenioſa Poetices inventa, quæ fruſtra apud alios quæſieris.

## CCCCLVIII.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, & foliis aliquot initio mutilus, quo continetur Collectio carminum quæ *Damaſci* edidit Poeta inſignis *Ebn Alkhaiath* (8) anno Egiræ 738. titulo *Diuan* (9), ubi illuſtres ætatis ſuæ viros celebrat.

## CCCCLIX.

Codex exaratus anno Egiræ 775. qui continet Epigrammata mille, titulo *Mille Aſtra* (10). Opus ſanè non minùs ingenioſum, quàm eruditum; quippe in

(a) مدح الدنيا وذمها ۞ مدح المال وذمه ۞ السلطان وذمه ومدحه ۞ مدح النسا ونمهن ۞ مدح العلم وذمه ۞ مدح الشجاعه وذمها ۞ مدح الصوم وذمه ۞ مدح العياد وذمها ۞ مدح الشطرنج وذمه ۞ مدح الاصحاب وذمهم ۞ مدح الموت وذمه ۞

(1) *Titulus*: كتاب يواقيت المواقيت في مدح الشي وذمه ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو منصور عبد الملك بن محمد بن اسمعل الثعالبي النيسابوري ۞

(3) *Initium*: ۞ اطال الله

*Finis*: ۞ بعديه

(4) *Titulus*: كتاب الجوهر المكنون في السبعة فنون ۞

(5) *Auctor*: تاليف عيشي بن محمد بن عيسي المقدسي الحلبي ۞

(6) *Initium*: ۞ أفرده

*Finis*: ۞ مهفهف

(7) غيبت تشقيني تبتغي تشفيني ۞

(8) *Auctor*: ۞ ابن الخياط

(9) *Titulus*: ۞ ديوان

(10) *Titulus*: ۞ الف نجمة

in eo Artes, tùm ſordidæ, tùm ingenuæ, regiones item variæ, urbeſque plurimæ commemorentur : auctore *Ali Ben Mohamad Ben Alradhi Althusi Perſa Thuſenſi* (1), qui mille puerorum laudes perſequitur, à totidem argumentis petitas, videlicet ab eorum indole, ingenio, ceteriſque animi dotibus, ab officio, dignitate, veſtitûs ratione, ſcientia, ludis, aliiſque puerorum exercitationibus; necnon & à variis nominibus & agnominibus; à patria, ſtirpe, moribus, corporis habitu, &c. (2)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCLX.

Codex nitidè exaratus, omiſſâ anni notâ, quo continentur:

1.° Poema celeberrimum de Arabicæ linguæ elegantia & ubertate, inſcriptum *Iaiat* (3), cujus videlicet, omnes & ſingulos verſus ultima Arabum litera ي claudit : auctore *Schamseddino Ben Ali Omar*, vulgò *Ben Faredh* (4), Poetarum Ægyptiorum principe, qui origine *Apameus*, ortu verò *Ægyptius*, obiit *Cairi* anno Egiræ 632. adjectis Commentariis *Ebn Hassan Laiah Cairenſis*, qui *Lumina coruſcantia* (5) inſcribuntur.

2.° Alterum ejuſdem Poema, titulo *Carmen Maimunat*, *de Vino* (6), ſive *Amore divino*, ut Mahometani myſticè interpretantur. *Maimunat* dictum eſt, quòd ſinguli ejus verſus in literam م ſimiliter deſinant (7). Utrumque habet Regia Bibliotheca Pariſienſis.

3.° Poema inſcriptum *Lamiat Alarab* (8), id eſt *Carmen Arabicum*, in quo verſus omnes literâ ل terminantur. Ibi de Sermonis Arabici elegantia, proprietate, ac eruditione diſſeritur : quocirca viri literati omnibus Arabicæ linguæ ſtudioſis Poema hoc legendum proponunt. Illius autem auctor eſt *Alſchancari* (9) (minùs rectè legit Herbelotius cum uno puncto diacritico *Schaphari*) Poeta antiquiſsimus, cujus expedita & ſuavis vena in proverbium abiit (10) *Alſchancaræo expeditior & ſuavior.* (11)

Occurrit ibi & Commentarius viri eruditi *Abulcassem Mohamad Ben Omar*, vulgò *Alzamkhaschri*.

## CCCCLXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, varia complectens Carmina & Epigrammata, quorum aliqua facetiarum & ſalis plena; pleraque tamen parùm pudica, inſertis etiam non paucis cantilenis pudori multùm abſonis : auctore *Abrahim Abu Obaid Almamar Bagdadensi* (12), *Philologo*, qui ſupremum obiiſſe diem fertur anno Egiræ 209. Chriſti 824. (13)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

Co-

(1) *Auctor* : تاليف علي بن محمد بـــن الرضي الطوسي ۞

(2) *Initium* : صغيـــــــــــــر ۞
*Finis* : فامســـــــــــي ۞

(3) *Titulus* : القصيدة اليايـــــــة ۞

(4) *Auctor* : نظم شمس الدين بن علـــــي الشهير بابن الفارض عمر المصري ۞

(5) *Titulus* : الانوار المضية في شــــرح القصيدة اليايية ۞

(6) *Titulus* : القصيدة الميمونة الخمرية ۞

(7) *Initium* : شربنا علي ذكــــــر ۞
*Finis* : وختـــــــــــــام ۞

(8) *Titulus* : لامية العـــــــــرب ۞

(9) *Auctor* : الشنفـــــــــــري ۞

(10) اعزب من الشنفـــــــــري ۞

(11) *Initium* : قيموا بـــــــــــي ۞
*Finis* : اعضـــــــــــل ۞

(12) *Auctor* : ديوان ابراهيم المعمار ابـــو عبيد البغدادي اللغوي ۞

(13) *Initium* : صاب قلبـــــــــي ۞
*Finis* : بالمنجـــــــــل ۞

## CCCCLXII.

Codex nitidè exaratus die 3. menſis Schabani anno Egiræ 588. Chriſti 1192. varia continens Carminum genera, in capita nimirum diſtributa, atque ita inſcripta: *Margaritarum Series, ac Apparatus Veſtis elegantis & laneæ* (1): quo inſigni titulo Poeta *Abulrabii Ben Abi Mohamad Valentinus* (2) diverſa Poeſeos genera, videlicet laudativa, amatoria, ac moralia complectitur. Hæc autem carmina *Mohamad Ben Abdelhac Algaſanita Granatenſis*, anno Egiræ 571. in unum corpus collata publici juris fecit, idque in gratiam atque obſequium *Granatenſis* ſcilicet Academiæ, cui opus & ſtudium dicavit.

## CCCCLXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 561. Chriſti 1165. quo continetur Opus Poeticum Academicum, titulo *Specimen lepidè ac ſalsè dicendi* (3), auctore *Abilmoali Saad Ben Ali Alkhothairi Alvarrac* (4), qui *Cordubæ* claruit anno Egiræ 560. ibique deceſsit anno 568. (5)

Is autem liber eſt autographus, & ad uſum Regiæ Bibliothecæ Marochanæ compoſitus: in eo de Poeticæ eloquentia, ejuſque uſu, adductis pluribus undequaque exemplis, diſſeritur.

## CCCCLXIV.

Codex exaratus anno Egiræ 801. Chriſti 1398. quo continentur Poemata XXX. ordine alphabetico diſtributa, inſcriptaque *Carmina Laudativa ſelectiora* (6), auctore Gemaleddino *Ahmad Ben Zacharia Iahia Ben Joseph Alsarsari* (7), in urbe *Sarſara* in Aſſyria nato. In his nonnullos in Mahometi laudem hymnos invenias.

## CCCCLXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, in quo nimirum habentur:

1.° Carmina varia, quæ nomine *Divan* circumferuntur, auctore *Abulhassan Ali Ben Abdelrahman*, vulgò *Albalbuni* (8), id eſt *Peloponnenſi*, Poeta *Siculo*, qui ſeculo Egiræ quinto claruit, quique plures Principes viros Siculos, præcipuè *Abu Hamud*, magnis extollit laudibus. (9)

2.° Epigrammata, titulo *Duarum Viarum Concurſus* (10), auctore inſigni Poeta Syro *Abulola*, cujus frequenter ſupra meminimus. Ceterùm hujuſmodi Epigrammatum alterum jam memoravimus exemplar.

## CCCCLXVI.

Codex nitidè exaratus, picturiſque oppidò elegantibus exornatus die 26. menſis Ramdani anno Egiræ 973. quo con-

(1) *Titulus*: نظم العقود ورقم الحلـــــل والبرود ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي الربيع بن ابـــي محمد البلنسي ۞

(3) *Titulus*: ۞ كتاب لمح الملـــــح

(4) *Auctor*: تاليف ابي المعالي سعد بن علي الخطيري الوراق ۞

(5) *Initium*: ۞ اعلم ان الكـــــلام
*Finis*: ۞ لشفايـــــــه

(6) *Titulus*: ۞ منتقي من مدايـــــح

(7) *Auctor*: الشيخ جمال الديـــــن احمد بن زكريا يحيي بن يوســـــف الصرصري ۞

(8) *Auctor*: نظم ابو الحسن علي بـــن عبد الرحمن الصقلي ويعرف بالبلبوني ۞

(9) *Initium*: ۞ هل عـــــــل
*Finis*: ۞ فـــــــرق

(10) *Titulus*: ۞ ملتقي السبيـــــل

continetur Opus toto Oriente longè celeberrimum, tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione contextum, in decem partes diſtributum, inſcriptumque *Forum Deſideriorum & Palæſtra Amantium* (1), auctore Borhaneddino Abrahim Ben Omar Ben Hassan Alrabath Albacaii (2), natione *Syro*, cujus mors ad annum Egiræ 885. pertinet. (3)

Id opus, in quo de *Magenun & Leila* (4) amoribus agitur, quam Fabulam Mileſiam meritò dixeris, tanto in honore habitum eſt, ut ampliſsimum de rebus amatoriis argumentum Arabibus, Perſis, Turcis Poetis ſuppeditaverit. Unde complura Perſicè, Turcicè & Arabicè ejuſdem exemplaria exhibet Regia Bibliotheca Pariſienſis.

## CCCCLXVII.

Codex nitidè exaratus feriâ 5. die 17. menſis Dilcadat, horis meridianis, anno Egiræ 845. Chriſti 1441. quo continetur Opus Anonymi inſcriptum *Comœdia Blateronis* (5), in tres partes diviſum. Prima agit de Equo vendito, ubi ad colloquendum inducuntur *Blatero*, *Dux minax*, *Juriſconſultus* (6), qui plura acutè & jocosè dicta proferunt, de Equi venditione inter ſe contendentes; ſecunda quorundam hominum vagorum inſtituta & dolos complectitur ac deſcribit, quorum aliqui Medicinam, alii Aſtrologiam, alii alias artes ad credulum vulgus fallendum oſtentant, venditantque; tertia denique Amantium mores repræſentat.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Opuſculum Criticum, auctore Abulhassan Hamza Ben Mohamad Persa Hispahano (7). Is totus eſt in impugnando Poeta *Almotanabbi*, id eſt *Fatidico*, quem plures magni nominis Scriptores Poetarum Principem appellare non dubitant, ejuſque erroribus & vitiis recenſendis. (8)

2.° Diſſertatio Hiſtorica, qua Dhilvazratin Abi Abdalla Ben Alkhatib (9), vir nobilis *Granatenſis* & rerum Hiſpanarum Scriptor diligentiſsimus, ſuum ad Africam iter, reditumque ad Hiſpaniam, ut & amicorum gratulationes deſcribit. Is liber abſolutus eſt die 3. Saphari, anno Egiræ 748.

3.° Poema de Calipharum & Hiſpaniarum Regum ſerie, auctore Abu Bakero Ben Mohamad Ben Ahmad Ben Scherez Hispalensi (10), qui anno Egiræ 681. doctrinâ claruit.

4.° Poema alterum inſcriptum *Margaritarum Congeries de Ægypti Regibus* (11), auctore Gemaleddino Ægyptio (12), qui Calipharum & Mamlucorum, penès quos imperium fuit, ſeriem,

(1) *Titulus*: كتاب اسواق الاشواق في مصارع العشاق ۞

(2) *Auctor*: تاليف برهان الدين ابراهيم بن عمر بن حسن الرباط البقاعي ۞

(3) *Initium*: فيمن استدرجه الهوى ۞
*Finis*: لطوامها ۞

(4) مجنون وليلى ۞

(5) *Titulus*: كتاب طيف الخيال ۞

(6) طياف الخيال الامير القبط الفقيه ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابو الحسن حمزة بن محمد الاصبهاني ۞

(8) *Initium*: اطال الله ۞
*Finis*: البهائم ۞

(9) *Auctor*: ذي الوزارتين ابي عبد الله بن الخطيب ۞

(10) *Auctor*: ابوبكر بن محمد بن احمد بن شريز الاشبيلي ۞

(11) *Titulus*: العقود الدرية في الامارة المصرية ۞

(12) *Auctor*: جمال الدين المصري ۞

riem, nomina, imperii annos brevi quaſi tabella poſteris exhibet.

CCCCLXIX.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, quo continetur Opus partim ſtrictâ, partim ſolutâ oratione compoſitum, hoc titulo: *Deliciæ Viri deſiderio flagrantis, necnon Amantis Hortus* (1). Hujus auctor vir eruditus MOHAMAD BEN ALI ARACENSIS (2), qui Amantium æſtus & cruciatus coloribus Poeticæ, ac Rhetoricæ maximè vividis depingit, omnia ſententiis, proverbiis, narrationibus quàm ſcitiſsimis & lepidiſsimis exornans. Accedit & præclara amoris Platonici Deſcriptio. (3)

Argumenta rerum, de quibus in hoc opere potiſsimùm agitur, his verbis enarrat Poeta in præfatione: „ Porrò liber hic continet tenera, ſeu „ mollia carmina, ſubtiles & acutos „ ſenſus, Epiſtolas amatorias, mutuas „ & elegantes objurgationes, amantis „ ad amatum querelas, cruciatuum & „ ægritudinum deſcriptiones, quas amantium corda ob acerbum amati diſceſſum, ſimulque ardens illius videndi „ deſiderium perferunt; quas effundunt lacrymas, quot noctes inſomnes ducunt, & alia. Ad hæc acce- „ dunt complurium ciborum, odorum- „ que laudes ac vituperationes. (a)

CCCCLXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur Carmina varia, id eſt Poemata LXV. ubi perfecta vocum conſonantia, quæ apud alios Poetas Arabes perrara eſt, omnino ſervatur: auctore NUREDDINO MOHAMAD BEN ROSTOM ALASCHARDI (4), qui anno Egiræ 585. in multis carminibus Regem *Salahedinum* laudat, eique & recuperatam valetudinem, & felicem ad *Cairum* urbem reditum gratulatur.

CCCCLXXI.

Codex nitidis exaratus literis, omiſſâ anni notâ, quo continetur Opus Poeticum Academicum, titulo *Parva Collectio ex majori excerpta* (5), ubi plurima occurrunt Epigrammata in diverſarum rerum ſive laudem, ſive vituperium, ſervatâ literarum ſerie, & perfectâ poſtremarum Syllabarum conſonantiâ, quam Arabes recentiores *Tauriat* vocitant: auctore ABDELCADER BEN ABI BAKER BEN KHADHER ALDOMASSI (6) *Cairenſi*, qui anno Egiræ 859. claruit, ut conjicere licet ex carmine quo Poetam *Ben Mocanes* laudat, qui eadem tempeſtate floruit,



(a) ان هذا الكتاب فيه اشعار رقيقة ومعان دقيقة ومراسلات مستعطفة ومعاتبات مستظرفة وشكوي محب الي محبوب ووصف ما قاسى القلوب من اليم الفراق ولهب الاشتياق وانسكاب الدموع وهجران الهجوع ۞ وفيه ذم ومدح اشيا ما يوكل ويشم ۞

(1) *Titulus*: كتاب نزهة المشتاق وروضة العشاق ۞

(2) *Auctor*: تاليف الشيخ محمد بن علي الشهير بالعراقي ۞

(3) *Initium*: فقد اشار علي ۞
*Finis*: تنقلا ۞

(4) *Auctor*: ديوان نور الدين محمد بن رستم الاشعردي ۞

(5) *Titulus*: المنتخب الصغير من الديوان الكبير ۞

(6) *Auctor*: تاليف عبد القادر بن ابي بكر بن خضر الدماصي ۞

ruit, ut Aſsiuthæus in *Bibliotheca Ægyptiaca* tradit. (1)

## CCCCLXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Poemata duo & aliquot Fabulæ carmine populari contextæ, ad morum doctrinam accommodatæ, Æſopiciſque non abſimiles, titulo *Amicorum Oblectamentum & Otium* (2), auctore *Abi Iali Mohamad Ebn Alhabarat* (3) *Bagdadenſi*, ex Regio Abbaſidarum genere. (4)

Is Dialogum ibi inſtituit inter duos homines, quorum alter *magna voce* (5), (id vitium Arabibus peculiare) *ſubmiſſâ* (6) alter loquitur. Quod utrumque caſtigat.

Ibi etiam plures interſeruntur Fabellæ, videlicet „ *Latronis*, *Monachi*, „ *Tyranni*, *duorum Leonum*, *Cervæ*, *Aſini*, „ *Paſtoris*, *Mercatoris*, *Piſtoris*, *atque id* „ *genus aliæ* (a), quæ ad hominum mores informandos potiſsimùm ſunt excogitatæ.

2.° Opus inſcriptum *Venti Orientalis Aura* (7), complectens Exercitationes, ſeu Poeticas & Rhetoricas Deſcriptiones pereleganti ſtilo elaboratas, atque in XXX. capita diſtributas, puta Cœli, Syderum, Solis, Diei, Noctis, Nubium, Imbrium, quatuor anni Tempeſtatum, Marium, Fluviorum, Puteorum, Arborum, variorum Fructuum, Florum, Hortorum, Ignis, Ceræ, Amoris laudis & vituperii, Amicitiæ & Amicorum, Vini ac Potorum vituperii & præconii, Senectutis, Equorum, Camelorum, Avium, Belli, Armorum, (ubi de pulveris pyrii uſu), Regiminis & Imperii, &c. auctore *Hassan Ben Omar Ben Alhossain* Ben *Habib Alepino* (8), qui huic operi ultimam impoſuit manum anno Egiræ 756. ut ex ejus præfatione liquet.

Is Codex habetur in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCDL.

## CCCCLXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, tribus ex initio foliis detractis, quo plura continentur Carmina & Epigrammata valde ingenioſa, titulo *Splendor fulgoris Hegiazitici* (9). Ibi Pueri ac Virgines à nomine, arte, aliiſque attributionibus laudantur. Auctor *Schehabedinus Ahmad Ben Mohamad Hegiazita*, ex *Arabia Petræa*.

Is Codex, ut ad illius calcem adnotatur, autographus eſt.

## CCCCLXXIV.

Codex membranaceus, literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 619. Chriſti 1222. quo continetur Poema inſcriptum

(a) حكاية الفاتك والناسك ۞ الظالم والاسدين الغزالة والحمار الراعي والناجر الخباز وغير ذلك ۞

(1) *Initium*: ۞ رزق الضعيـــف
*Finis*: ۞ السيـــان
(2) *Titulus*: ۞ نزهة الاحبـــا
(3) *Auctor*: نظم ابي يعلي محمد بـــن الهبارة العباسي ۞
(4) *Initium*: ۞ خرجت مـــن درب
*Finis*: ۞ الـــوري
(5) ۞ الصـــادح
(6) ۞ والباغـــم
(7) *Titulus*: ۞ كتاب نسيم الصبـــا
(8) *Auctor*: تاليف حسن بن عمر بـــن الحسين بن حبيب الحلبي ۞
(9) *Titulus*: اللمع الشهابية من البروق الحجازية ۞

ptum *Regium Conclave* (1). Hujus auctor inſignis Poeta *Abi Baker Mohamad Ben Alhassan Ben Doraid Azadita Bassorensis* (2), cujus vitam ſic nobis enarrat ejus Scholiaſtes *Abu Abdalla Mohamad Ben Ahmad Ben Heſcham Lakhamita Hiſpalenſis* (3): „ Natus eſt „ *Baſſoræ*, ibique à magiſtro *Abi Hatem* „ *Sahl* bonis artibus inſtitutus: unde, „ jam invaleſcentibus Zengitis, ad *Per-* „ *ſiam* ſe contulit, ubi *Abi Michaelis* „ Regis ex prima Selgiucidarum Dyna- „ ſtia, amicitiam adeptus, hoc Poema „ in laudem ejus condidit, & coram ce- „ cinit: quamobrem decem aureorum „ millia ab ipſo muneri accepit...... Poſt- „ hæc *Bagdadum* rediit anno Egiræ „ 308. Chriſti 920. *ex Regio ſolio jam* „ *deturbato Abi Michaele* (a). De quo vi- „ deſis Abulpharagium.

## CCCCLXXV.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, complectens Opus Poeticum Academicum, *Diuan* inſcriptum, ubi varia carminum genera literarum ſerie diſpoſita; ac primum quidem inter cetera occurrit Poema in laudem *Malcki Alnaſſer Salheddini*, *Alepi* Regis Aiubitæ, qui anno Egiræ 658. ab *Holagu* interfectus eſt: auctore *Bahaeldino Abulphadhl Zohair Poeta Ægyptio* (4), qui anno Egiræ 661. ſupremum obiit diem. (5)

## CCCCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 745. Chriſti 1344. quo continetur Opus Poeticum hiſtoriam Traditionum Mahometanarum complectens, inſcriptum *Luminum Splendores* (6), auctore *Mohamad Phata Assrio Musellensi* (7), qui ſeptimo Egiræ ſeculo maximè inclaruit. (8)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCLXXVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Opus Poeticum Academicum, titulo *Viri curioſi Spectaculum*, & *Poeſeos Hortus* (9), ubi multiplicis argumenti carmina ex duodecim Poetis excerpta referuntur. (10)

## CCCCLXXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 881. Chriſti



(a) ولد بالبصرة ونشا فيها واخذ عن ابي حاتم سهل وانتقل من البصره عند ظهور الزنج الي نواحي فارس وصحب ابي ميكال الشاه وقال قصيدته هذه مرحا له امامه فعطاه لاجلها عشرة الف دينار ۞ ۞ ۞ ۞ ثم رجع الي بغداد سنة ثمان وثلث مائة بعد عزل ابي ميكال ۞

(1) *Titulus*: ۞ قصيرة المقصـــــورة

(2) *Auctor*: نظم ابي بكر محمد بن الحسن بن دريد الازدي البصري ۞

(3) *Initium*: ۞ ياظبيـــــــة

*Finis*: ۞ فـــــــرح

(4) *Auctor*: بها الدين ابو الفضل زهيـــر الشاعر المصري ۞

(5) *Initium*: ۞ وجاهل طـــــــال

*Finis*: ۞ ما جري بين يريـــــــة

(6) *Titulus*: ۞ لوامع الانـــــــوار

(7) *Auctor*: ۞ ديوان محمد فتي الموصلي ۞

(8) *Initium*: ۞ فالعريـــــــث

*Finis*: ۞ الخلـــــــق

(9) *Titulus*: كتاب نزهة النظار وروضـــة الاشعار ۞

(10) *Initium*: ۞ رفعـــــــن

*Finis*: ۞ اللـــــــه

Chriſti 1476. quo continentur varia Carmina heroica ex priſcis Poetis ſelecta, & in capita VII. diſtributa, hoc titulo: *Collectio, ſeu Excerpta Poetica* (1). Auctoris nomen penitùs ignoratur. (2)

CCCCLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo anni nota, operis initium, auctoris nomen deſiderantur, complectens ſelectiora carmina multorum optimæ notæ Poetarum, inſcripta *Collectio Poetica* (3), quæ quidem Auctor anonymus ad ſuos uſus undequaque congeſsit.

CCCCLXXX.

Codex nitidis literis exaratus, anno Egiræ 672. Chriſti 1273. quo continetur Opus Hiſtorico-Poeticum inſcriptum *Stultorum Sapientes* (4), auctore *Abulazhar Mohamad Ben Zaid* (5), qui anno Egiræ 312. quadraginta & unum ſtultos, vel dementes, partim viros, partim feminas deſcribit, eorumque carmina, apophthegmata, ut & lepidas narrationes in medium profert. (6)

CCCCLXXXI.

Codex initio, anni notâ, & auctoris nomine carens, in quo multiplicis argumenti habentur Epigrammata.

CCCCLXXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, Carmina continens amatoria ſelectiſsima, ex antiquioribus & recentioribus Poetis ſummo ſtudio excerpta à quodam Anonymo, qui alia non minùs impudica de ſuo adjecit.

CCCCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus, & Turcicè conſcriptus, quo continetur Carmen in Mahometi Pſeudoprophetæ diem natalem. (7)

CCCCLXXXIV.

Codex nitidè exaratus die 12. Rabii poſterioris, anno Egiræ 970. quo continetur Commentarius in Poema *Borda* ſæpiùs laudatum, in Mahometi laudem, quem ejus Auctor *Abu Abdalla Ahmad Ben Hagiar*, id eſt *à Lapide*, ortu *Mecanus* (8), die 2. Gemadi prioris anno Egiræ 966. ſe perfeciſſe teſtatur.

CCCCLXXXV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 910. Chriſti 1504. feria 2. die 21. Ramdani, quo continentur:

1.° Commentarius in idem Poema *Borda*, auctore Gelaleldino *Abu Abdalla Mohamad Almohli Ægyptio*. (9)

2.° Vita Abilhaſani Ali Alhaſni Aſchadhli *Tunetani*, pietate apud ſuos inſignis, quam edidit *Abu Abdalla Mohamad Ben Ahmad*, *Doctor Schapheita*, ac *Morborum Curationem* inſcripſit.

CCCCXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

Car-

(1) *Titulus*: مجموع من الشعرا القدمـــا من العرب ☼

(2) *Initium*: ☼ لوكنـــــــــن
*Finis*: ☼ الشـــــــــوق

(3) *Titulus*: ☼ مجموع اشعـــــــار

(4) *Titulus*: ☼ كتاب عقلا المجانيـــن

(5) *Auctor*: تاليف ابو الازهر محمد بـــن زيد ☼

(6) *Initium*: ☼ ولقد سالنـــــــــي
*Finis*: ☼ والكرســـــــــي

(7) *Initium*: ☼ بنـــــــــام
*Finis*: ☼ والصـــــــــواب

(8) *Auctor*: شرح ابو عبد الله احمد بـــن حجر المكي ☼

(9) *Auctor*: شرح جلال الدين ابو عبد الله محمد المحلي المصري ☼

1.° Carmina varia, necnon Epiſtolæ aberuditis Hiſpanis ad varios Reges conſcriptæ, quos inter in primis laudatur *Joſephus Ben Taſchphin* : collectore *Abu* NASSERO *Alphath Ben Abdalla Hispano*, vulgò *Ebn Khacan*. (1)

2.° Itinerarium Meccanum, ac Ægyptiacum viri clariſsimi *Abilhasseni Ben Jober Hiſpani* (2). Ad calcem occurrit exemplar Epiſtolarum Encyclicarum quæ ſcribi ſolent quum novus Hiſpaniarum Rex inauguratur.

## CCCCLXXXVII.

Codex mutilus, punctiſque diacriticis paſsim deſtitutus, continens Anonymi Commentarium in opera Poetica nobilis Poetæ *Almotanabi*.

## CCCCLXXXVIII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Anonymi Poemata tria Perſicè conſcripta, quorum poſtremum ea eſt elaboratum arte, ut nullam in illo literam conſonantem punctis diacriticis ſignatam reperias.

2.° Grammatica Perſica & Turcica, die 29. Ramdani, anno Egiræ 979. exarata.

3.° Carmina varia Perſica. Auctoris, Collectoriſque nomen prorsùs latet.

(1) *Auctor*: جمع ابي نصر الكاتب الفتح بن عبد الله الاندلسي المعروف بابن خاقان ۞

(2) *Auctor*: رحلة ابي الحسن بن جبير ۞

PHI-

# PHILOLOGICI ET MISCELLANEI *IN FOLIO.*

## CCCCLXXXIX.

CODEX literarum & elegantiâ & nitore nulli ſecundus, lineis, aſteriſciſque aureis diſtinctus, exaratus verò die 4. menſis Gemadi prioris anno Egiræ 789. Chriſti 1387. idque ad Regis *Marochi* uſum: quo continetur Opus apud Arabas laudatiſsimum, partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione compoſitum, inſcriptumque *Orationes Academicæ Hariraæ* (1), ab Auctoris nomine ita dictæ (2). Is autem liber, qui totius elegantiæ & eruditionis Arabicæ ſpecimen appellari meritò poſsit, in quinquaginta Sermones dividitur, quorum plerique in illius ætatis mores conficti ſunt, & à perſonis, lociſque in quibus ſunt habiti, nomen invenere, videlicet „ *Alcailiat*, ab antiquo Arabum Rege *Cail* qui ob res à ſe fortiter geſtas „ *Magni* cognomentum obtinuit: *Almaraghiat*, à blateronibus: *Albarcaidiat*, „ à mulieribus falſis & impudicis: *Alſananiat*, ab urbe *Sanaa* Arabiæ Felicis „ Metropoli: *Alhaluaniat*, ab urbe *Haluan* in Aſsyria: *Aldamiathiat*, à *Damiatha* urbe: *Alcuphiat*, ab urbe *Cupha*: *Almaariat*, à nomine urbis *Maarra* „ in Syria: *Alaſcandariat*, ab urbe *Alexandria*. (3)

Præſtantiſsimi operis auctor eſt ABU MOHAMAD ALCASSEM BEN ALI BEN MOHAMAD, vulgò ALHARIRI (4), qui anno Egiræ 446. *Baſoræ* natus, anno 515. ſupremum obiit diem. Is in omnibus Academiis tantam ſibi peperit famam, ut clariſsimorum virorum præconia, eorumque plures ſui operis promeruerit explanatores. Inter præclara elogia, illud extat *Schirazei* doctiſsimi viri: *Orationes Hariri non linteæ, aut pergamenæ chartæ, ſed panno ſerico & auro inſcribendas.*

Hujuſce operis formam ſummatim nobis exhibet idem auctor in Prologo. „ Continet (ait) dictionem exquiſitè & lepidè prolatam, mollem & „ Laconicam; artis bene dicendi methodum & copiam; ſermonis Arabici lepores, ſingulareſque proprietates. „ Quæ quidem omnia Arabicis exemplis,

(1) *Titulus*: المقامات الحريرية ۞

(2) القيلية المراغية البرقعيدية الصنعانية ۞ الحلوانية ۞ الدمياطية ۞ الكوفية ۞ المعرية ۞ الاسكندرية ۞

(3) *Initium*: حدث الحارث ۞
*Finis*: التلاقي ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابو محمد القاسم بن علي بن محمد الحريري ۞

„ plis, ac Rhetoricæ floribus, elegan-„ tiiſque diſtinxit, eaſdemque prætereà „ orationibus pulcherrimis, exhorta-„ tionibus ad fletum eliciendum idoneis, „ tùm jocosè dictis ad animum re-„ creandum accommodatis exornavit, „ &c. (a)

Plura hujus Codicis extant exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi. Aliquot etiam Hariræas Orationes in Latinum ſermonem convertit Erpenius, notiſque illuſtravit.

## CCCCXC.

Codex exaratus feriâ primâ horis veſpertinis diei 13. Gemadi prioris anno Egiræ 597. Chriſti 1200. quo continetur alterum ejuſdem operis exemplar, ſed inferioris notæ, adjectis eruditis Anonymi notis.

## CCCCXCI.

Codex grandibus literis exaratus *Cairi* die 2. menſis Saphari, anno Egiræ 582. Chriſti 1186. quo continetur tertium ejuſdem operis exemplar cum notis.

Ad Codicis calcem duæ occurrunt eruditi Auctoris Epiſtolæ admodùm raræ, quas in aliis Bibliothecis fruſtra quæras. Illarum prior *Siniat* (1) dicta, ad Oratorem, altera *Alſchiniat* (2) nuncupata, ad Poetam conſcripta eſt: utraque ſanè eo elaborata artificio, ut in priori ſingula verba literam س, in poſteriori literam ش contineant.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## CCCCXCII.

Codex literis Cuphicis exaratus feriâ primâ, die 4. menſis Dilcadat anno Egiræ 762. Chriſti 1360. quo continetur in ejuſdem Hariri librum Commentarius hoc inſignis titulo: *Alphanar* (3), id eſt *Fax*, ad quinquaginta Orationes Academicas Hariræas: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Alnabia Alphandahi* (4) nuncupato, qui floruiſſe videtur ineunte ſeptimo Egiræ ſeculo. Ad ejus patriam quod ſpectat, nihil certi compertum. (5)

## CCCCXCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 2. menſis Ramdani anno Egiræ 769. quo continetur Commentarii in ejuſdem opus eruditi & copioſi, in duos Tomos diſtributi, volumen alterum incipiens ab oratione XXVI. & in ultimam deſinens. Commentarii hujuſmodi auctor *Abulabbas Hiſpanus* (6), ex urbe *Xerez*, cui Perſæ coloniam ibi conſtituentes, patriæ nomen *Xiraza* fortè indiderunt. (7)

Co-

(a) تحتوي علي جد القول وهزله ورقيق اللفظ وجزله ۞ وغرر البيان ودرره ۞ وملح الادب ونوادره ۞ وهذه كلها رصعتها من الامثال العربية واللطايف الادبية والخطب المحبرة والمواعظ المبكية والاضاحك الملهية ۞

(1) السينية ۞

(2) الشينية ۞

(3) *Titulus*: الفنار ۞

(4) *Auctor*: شرح ابي عبد الله محمد بن النبية المعروف بالفندهي ۞

(5) *Initium*: فان افتراس افايد العربية ۞

*Finis*: جـ———اد ۞

(6) *Auctor*: شرح ابي العباس الشريشي ۞

(7) *Initium*: حلـ———ت ۞

*Finis*: مـ———ي ۞

## CCCCXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, utrinque mutilus, quo continetur incerti, ſed non indocti Commentarius in idem opus, incipiens à III. Oratione Academica, & in XLIV. deſinens.

## CCCCXCV.

Codex cùm literarum elegantiâ, tùm accurata punctorum diacriticorum appoſitione inter præſtantiſsimos numerandus, exaratus feriâ 2. die 19. menſis Dilhagia anno Egiræ 999. Chriſti 1590. præfationis expers, complectens Opus inſcriptum *Supplementum Diſſertationum* EBN ZEIDUM CORDUBENSIS (1), quod *SALAHEDDINUS EBN ABIK SYRUS SAPHADITA elaboravit* (2). Ibi Sermones Academici in locos Rhetoricos communes digeſti, ad inſtar orationum Academicarum eloquentiſsimi Hariri, occurrunt; inſertis etiam exemplis è reconditiſsimo totius Arabicæ literaturæ penu depromtis.

## CCCCXCVI.

Codex ſine anni nota & fine, quo continetur Opus *Uniones* (3) inſcriptum, Exercitationes Rhetoricas & Poeticas capitibus XII. complectens: auctore *SAPHADDINO ADDELAZIZ ALEPINO* (4).

## CCCCXCVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 746. Chriſti 1345. idemque autographus, quo continetur Opus, tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione concinnatum, hac inſcriptione: *Sales & Elegantiæ Dialogi inter variarum Artium Profeſſores inſtituti* (5), Comœdia nimirum jocoſa & ſatyrica, ubi quiſque Profeſſor juxta ſuæ Artis vocabula & leges loquitur; alius alium dictis acutis, ridiculiſque illudit ac ſugillat; tùm ejus vitia, doloſque aperit, enarratque: auctore *MOHAMAD BEN MOHAMAD ALBALISI BEN ALI* (6), ex urbe *Velez*, qui colloquentes inducit quinquaginta & unum variarum Artium Profeſſores, videlicet „ Judicem, Lanium, „ Coquum, Pullarium, Medicum, Pocillatorem, Pomarium, Muſicum, Fidicinem, Cæcum, Rhetorem, Grammaticum, Concionatorem, Præfectum, Præconem publicæ precationis „ Mahometicæ, (ſeu Ædituum qui ex turri, vel alio editiore loco alta, valida, & canora voce populo ſtatis horis, quinquies ſcilicet quotidie publicas & ſacras preces indicere ſolet) „ orthodoxæ Religionis Sacerdotem, Scribam, Chartarium, Ludimagiſtrum, Curatorem, Propollam, Paſtorem, Venatorem, Nautam, „ Cauponem, Adminiſtratorem, Fabrum lignarium, Noſocomii Præfectum, Hariolum, Aſtrologum, Myropolam, Byſſarium, Sartorem, Fabrum ferrarium, Fabrum ærarium, „ Aurificem, Numularium, Seplaſiarium, Frugum venditorem, Dulciarium, Eſculentorum venditorem, Architectum, Cæmentarium, „ Piſtorem, Panis artificem, atque „ Ven-

(1) *Titulus*: كتاب المتون من رشالة ابن زيدون ۞

(2) *Auctor*: استخراج صلاح الدين ابن ابيك الصفدي ۞

(3) *Titulus*: درر في علم البيان والبديع ۞

(4) *Auctor*: تاليف صفي الدين عبد العزيز الحلبي ۞

(5) *Titulus*: كتاب الملح والطرف من منادمات ارباب الحرف ۞

(6) *Auctor*: محمد بن محمد البليسي بن علي ۞

„ venditorem ; Ceroplaſtem , Vitriarium , Fullonem. (a)

CCCCXCVIII.

Codex nitidè exaratus abſque anni nota, quo habetur Opus inſcriptum *Hortus viri politioris diſciplinæ*, *&* *Oblectamentum viri curioſi* (1), ubi elegantes occurrunt Diſſertationes narrationibus ac ſententiis permixtæ, de ſolatio mœſti ac ſoliciti animi; de Juventutis & Senectutis commodis, atque incommodis; de Mulierum proprietatibus, vitiis & virtutibus, necnon de Matrimonii uſu. Accedit Catalogus antiquiorum & recentiorum Poetarum primæ notæ, quo ſelectiora eorum carmina, lepida, acutaque dicta fuſiùs referuntur. Is autem Codex Tomum duntaxat alterum hujus Operis exhibet. (2)

CCCCXCIX.

Codex exaratus die 17. Gemadi prioris anno Egiræ 728. quo continetur Opus hoc titulo: *Compotatoris nocturnæ Confabulationes*, *&* *Sodalium Contubernium* (3), in XXV. capita diſtributum, complectens Narrationes centum ad linguæ Arabicæ elegantiam & Poeſim, tùm ad mores ſpectantes, quarum aliquæ ad excolendum ingenium, aliæ ad animos recreandos potiſsimùm ſunt accommodatæ. Ibi Fabellas, Carmina, Cantiones, item Sapientum Apophthegmata, Proverbia, & alia id genus reperias. Ejus auctor vir eruditus *Omar Ben Abdalla Alrazi Perſa* (4), qui anno Egiræ 711. claruit *Bagdadi*.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

D.

Codex nitidè exaratus, & vocalibus animatus die 3. Ramdani, anno Egiræ 881. quo continetur Opus inſcriptum *Margaritarum Collectio*, *&* *rerum ſingularium Series* (5), ubi occurrunt variæ Diſſertationes Rhetoricæ de Liberalitatis laude, & Avaritiæ vituperio; auctore *Schamseddino Abilkhair Mohamad Ben Abdelrahman Alskhavi* (6), qui anno Egiræ 902. deceſsit. (7)



(a) قاضي ۞ جزار ۞ طباخ ۞ دجاجي ۞ طبيب ۞ شرابي ۞ فكاه ۞ مغني ۞ مشبب ۞ اعمي ۞ اديب ۞ نحوي ۞ خطيب ۞ ريس ۞ موذن ۞ قيم ۞ ناسخ ۞ وراق ۞ معلم كتاب ۞ عامل ۞ خلعي ۞ راعي ۞ صياد ذوتي ۞ بيات ۞ خولي ۞ نجار ۞ مارستاني ۞ حاوي ۞ منجم ۞ بخوري ۞ بزاز ۞ خياط ۞ حداد ۞ نحاس ۞ صايغ ۞ صيرفي ۞ عطار ۞ نقلي ۞ حلاوي ۞ مطابخي ۞ مهندس ۞ بنا ۞ طحان ۞ فران ۞ خباز ۞ شماع ۞ زجاج ۞ غاسل ۞

(1) *Titulus*: كتاب روضة الاديب ونزهة الاريب ۞

(2) *Initium*: ولنبـــــــرا ۞
*Finis*: بغيـــــــا ۞

(3) *Titulus*: كتاب مسامرة الندمـــان ومؤانسة الاخوان ۞

(4) *Auctor*: جمع عمر بن عبد اللـــــه الرازي ۞

(5) *Titulus*: الجواهر المجموعة والنـوادر المتبوعة ۞

(6) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابـــي الخير محمد بن عبد الرحمـــن السخاوي ۞

(7) *Initium*: فهذا كتاب نفيـــس ۞
*Finis*: جهـــــــا ۞

## D I.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſolutus autem anno Egiræ 515. Chriſti 1121. quo continetur Opus tripartitum, ita inſcriptum: *Extemporanea Rudimenta, ac Expoſitio Methodi ſcribendi* (1), auctore viro valde erudito *Abdalla Ben Mohamad Ben Alsaied Albathalusi Hiſpano Pacenſi* (2), cujus obitum Aiadh in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana* ad annum Egiræ 521. refert. Ibi ille de optimi Secretarii officiis, ſcientia, doctrina, lectione, ceteriſque ipſum decentibus ornamentis fusè, latéque diſſerit. Agit quoque de fœderibus Mahometanos inter & Chriſtianos ſanciendis, de fide illis præſtanda, conditionibus quibus in clientelam accipi eos oporteat, &c. Tabelliones itidem memorat qui in actis publicis ad Chriſtianorum uſum conficiendis, præter Æram Egirianam, Chriſtianam etiam aſsignare debent.

Arabicorum præterea characterum & genera, & auctores ibidem enarrantur, vetuſtiorum ſcilicet ac rudium, quos *Cuphicos* appellamus, „ inventores *Moramerus Ben Marrat*; „ *Aslamius Ben Sadrat*, *Amærus Ben* „ *Giadrat*; recentiorum verò & ele- „ gantiorum *Ebn Moclat* extitiſſe tra- „ duntur (a). Scripturæ, quæ apud Ara- „ bes per varia tempora obtinuit, tria „ nimirum ſunt genera, nempe Ca- „ *lamus mediocris*, *Calamus gravis*, & „ *Calamus maximus* (b) „, qui ſunt varii ac multiformes characteres ad variam ſcripturam inventi & accommodati: unde plura conflantur Alphabeta, apud Theſſæum videnda.

## D II.

Codex nitidè exaratus feriâ 4. die 27. menſis Dilhagia anno Egiræ 613. Chriſti 1216. in urbe *Sangiar* (3) in Koraſania, de qua Golius in *Notis ad Alferganum pag.* 245. & Herbelotius in *Biblioth. Orient. pag.* 754. quamque Cazuinæus pulchrè deſcribit in opere Geographico, cui titulus *Orbis Prodigia*. Eo continetur Opus inſcriptum *Eloquentiæ Faſcinum*, & *præſtantiſsimæ Artis Arcanum* (4), ſive Florilegium è clariſsimis Oratoribus & Poetis excerptum, in XIV. Tractatus diſtributum: auctore *Abu Mansur Abdelmalek Ben Ismail Nisaburiensi*, vulgò *Althalabi*, cujus ſupra meminimus. Ibi varia carmina ſelectiſsima, ſententiæ lepidæ, ac centum Rhetoricæ & Poeticæ Deſcriptiones multiplicis argumenti, tùm etiam Oratorum XXI. & Poetarum XX. nomina occurrunt. (5)

Is codex extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCDV.

## D III.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota & fine, in quo alterum

(a) اول من وضع الخط عند العرب مرامر بن مرة واسلم بن سدرة وعامر بن جدرة ۞ ومن بعدهم ابن مقلة ۞

(b) قلم الثلثين ۞ قلم ثقيل ۞ قلم الطومار ۞

(1) *Titulus*: كتاب الاقتضاب في شرح ادب الكاتب والكتاب ۞

(2) *Auctor*: تاليف عبد الله بن محمد بن السيد البطلوسي ۞

(3) مدينة سنجار ۞

(4) *Titulus*: كتاب سحر البلاغة وسر البراعة ۞

(5) *Initium*: هذا كتاب ۞
*Finis*: النجاة ۞

rum ejuſdem Operis exemplum habetur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DIV.

Codex literis Cuphicis deſcriptus, in quo & anni nota, & finis deſiderantur, complectens ejuſdem Operis Epitomen, quæ ſtudio & cura *Joannis filii Garciæ Cordubensis* (1) Arabicæ linguæ peritiſsimi prodiit, demtis iis quæ Mahometum, ejuſque ſectam redolent.

## DV.

Codex exaratus die 21. menſis Ragebi anno Egiræ 703. Chriſti 1303. quo continetur Tomus alter Operis varias Proluſiones Rhetoricas complectentis, cui titulus *Methodus Rhetoricæ & Poeticæ* (2): auctore viro doctiſsimo & humaniorum literarum ſcientiſsimo *Dhaialdino Abulphatho Ben Alathir Algiazri Meſopotamienſi*, de quo in *Rhetoricis* mentionem fecimus. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Operis Philologici, titulo *Memorialis Liber*, in Tomos VI. diviſi Tomus quintus, ubi complures Rhetoricæ & Poeticæ Exercitationes, quas inter eminent amœniſsimæ Deſcriptiones utroque ſtylo conſcriptæ, puta Leonis, Prædæ venatu captæ, variorumque Quadrupedum & Volucrum; perinde ac aliæ ad Pueros, & ad Mulierum dotes, vitia, ornatumque pertinentes. Auctoris nomen prorsùs latet. (4)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DVII.

Codex nitidè exaratus, initio, ſimulque anni notâ mutilus, Opus varium tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione concinnatum complectens, idque in tres partes diſtributum, quarum prima agit de Menſæ apparatu, de Amicorum legibus; ſecunda de Mulierum moribus, & animi, corporiſque vitiis; tertia de Morbis qui ex coitu venereo contrahi ſolent, ubi & præcipuè de pudendorum ulceribus & curatione. Hæc anonymus Scriptor ſcitè, lepidè, ac eleganter ubique perſequitur.

# PHILOLOGI
## ET MISCELLANEI
### *IN QUARTO.*

## DVIII.

Codex exaratus anno ab Egira 563. quo ipſo anno ab Auctore abſolutus eſt, complectens viri docti *Abilphath Nasseredini Perſæ Khuarezmitæ* (5), vulgò *Almatharzi*, Commentarium in Sermones Academicos, qui *Macamat Alhariri* nominantur, de quibus paulò ante dictum eſt.

## DIX.

Codex nitidè exaratus die 13. menſis Saphari anno Egiræ 584. in Georgiana



(1) ۞ يوحنا ابن غرزيا القرطبـــي

(2) *Titulus*: الجزء الثاني من المثـــل السابر في ادب الكاتب والشاعر ۞

(3) *Initium*: وهذا اســـــم ۞
*Finis*: كقطرة من بحــــر ۞

(4) *Initium*: ويتصل بهـــــزا ۞
*Finis*: العـــــراب ۞

(5) *Auctor*: شرح الامام العالم ابـــي الفتح ناصر الدين الخوارزمـــي المطرزي ۞

*giana Khuarezmitica* (1), quo continetur ejuſdem Commentarii in *Orationes Academicas Hariræas* alterum exemplar priore emendatius & plenius: adjectis variorum ad oram notis valde eruditis.

Commentatoris verò ibidem extat elogium hujuſmodi: „ Equidem inter opera Philologica quæ Arabes „ & Perſæ literis hactenus mandavere, nullum comperi librum doctiſsimi „ *Hariræi* opere, ſi methodum ſpectes, præſtantiorem; ſi artem, verborumque delectum, admirabiliorem; ſi ſtylum, magis incomparabilem, vel „ qui ſelectiſsimam Arabum eruditionem, univerſamque literaturam breviùs, elegantiúsque complectatur (a).

## D X.

Codex non una manu exaratus, abſque anni nota, quo continetur prima Pars Commentarii in eaſdem *Academicas Orationes*, harum XXIII. complectens: auctore viro erudito ABULABBAS AHMAD BEN ABDELMUMEN BEN MUSA BEN ISSA ALCAISI (2), *Hiſpano* ex urbe *Xerez*, ſexti Egiræ ſeculi Scriptore nobiliſsimo. (3)

Is inter alia memoratu digna, duo tradit quæ apud alios Explanatores mihi nondum legiſſe contigit. „ Primum, „ quod *Hariræus* ex centum Orationibus „ Rhetorico-Academicis quas ſcripſit, „ ſolùm quinquaginta ſelegerit. Secundum, quod præter notiſsimam Arabiæ „ Felicis urbem *Sanam*, ſit etiam oppidum, nomine *Sanaa*, prope Damaſcum; „ *Maara* autem Syriæ urbs eſt non „ ignobilis, cui imminet mons nomine *Naman*, quamque ſpectat mons „ *Alſchiuph* (Antilibanus), ubi caſtella & arces habent quidam impii „ Iſmailitæ, qui à ſecta Mahometana „ ad idolorum cultum deſciverunt, Dæmonemque, nomine *Sinanum*, ſibi „ Deum conſtituêre, quem etiam colunt (b).

Ex hac ſordidiſsima hominum fæce genus puto duxiſſe *Druſos*, qui noſtro ævo *Antilibanum* incolunt. Impiæ & execrandæ ſectæ *Sinanus Alhakemus* auctor & dux extitiſſe traditur, qui, imperitante *Almohdi* tertio ex Abbaſidis Calipha, anno Egiræ 158. in Koraſana erupit, propheticum ſibi munus, numenque inſaniſsimè arrogans; id-

(a) وبعد فاني لم ار في كتب العربية والادب ولا في تصانيف العجم والعـــــرب كتابا احسن تاليفا واعجب تصنيفا واغرب توصيفا واشمل لعجايب العربية واجمع للغرايب الادبية واكثر نظما للامثال العرب ونكت الادب من المقامات التي نشاها المعلم الاستاد الحريري ۞

(b) قيل انه صنف ماية مقامة فخلص منها خمسين ۞ صنعا اضافة الي اليمن ۞ ثم صنعا اخري وهي قرية بدمشق ۞ معرة هي بلد الشام والنعمان اسم جبل يطل عليها وراها جبل الشوف حيث لهم حصون الملحدة الاسماعيلية مرقت من الاسلام وادعت الالهية ولهم شيطان يعرف بسنان اتخذوه الها يعبدونه ۞

(1) في جرجانية خـــــوارزم ۞

(2) *Auctor*: شرح الشيخ العالم والكاتب الماهر ابو العباس احمد بن عبد المومن بن موسي بن عيسي الشريشي ۞

(3) *Initium*: فان العلم ارجـــــح ۞
*Finis*: العـــــــار ۞

idque ut ſuis aſſeclis perſuaderet, Metempſychoſin adſtruxit. Hæc obiter innuimus, quum de *Druſorum* origine ac religione inter ætatis noſtræ Scriptores parùm convenire videatur.

## DXI.

Codex pereleganter exaratus die 4. menſis Saphari anno Egiræ 895. Chriſti 1489. quo continetur Opus Philologicum ad inſtar libri *Golialah & Domnah*, inſcriptum *Deliciæ Principum, & Virorum elegantium Fructus* (1), fabellis, apologis, narrationibus quàm lepidiſsimis omnino contextum & cultiori ſermone perpolitum: auctore *Ahmad Ben Mohamad Ben Arabscah Damaſceno, Doctore Hanaphita* (2), qui anno Egiræ 854. obiit. (3)

„ Id Operis, quod capitibus x. „ conſtat, continet I. Hiſtoriam Re„gis Arabum; II. Monita Perſarum „ Regis; III. Turcarum Regis regimen „ politicum; IV. Hominis diſputatio„nes cum fabuloſo Geniorum Rege; „ V. Hirci egregiè dicta & facta; VI. „ Bellum inter Athletarum Principem, „ Regemque Elephantorum geſtum; VII. „ Leonis ſolitarii judicium; VIII. Ca„meli vagi ſententias; IX. Regis Avium „ hiſtoriam, aliaque id genus per„ multa ad mores informandos, & rem„ publicam moderandam ſpectantia. (a)

## DXII.

Codex nitidè exaratus die 21. menſis Moharami anno Egiræ 997. alterum continens ejuſdem Operis exemplar.

## DXIII.

Codex anni notâ defectus, quo tertium ejuſdem Operis, ſed minoris pretii, continetur exemplum.

Non unus hujuſce Operis Codex extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi. *Num.* MDIX.

## DXIV.

Codex pereleganter exaratus, quo continentur:

1.° Opus inſcriptum *Fructus Foliorum* (4), auctore, politioris ingenii & doctrinæ viro, *Takildino Abu Baker Ben Hagia*, *Scholæ Hanaphiticæ Juriſconſulto Apameo*; & *Regio Damasci Secretario* (5), qui anno Egiræ 816. hocce opus aggreſſus eſt, ubi multas & elegantes inveneris Rhetoricæ Exercitationes excolendis, erudiendiſque ingeniis aptiſsimas. (6)

Is

(a) في ذكر ملك العرب ۞ في وصايا ملك العجم ۞ في حكم ملك الاتراك ۞ في مباحث الانسان مع العفريت جاني الجان في نوادر التيس ۞ في ذكر القتال بين ابي الابطال وبين سلطان الافيال ۞ في حكم الاسد الزاهد ۞ وامثال الجمل الشارد ۞ في ذكر ملك الطيور ۞ ومثل ذلك اشيا كثيرة في الادب والسياسة ۞

(1) *Titulus*: فاكهة الخلفا ومفاكهة الظرفا ۞

(2) *Auctor*: تاليف احمد بن محمد بن عربشاه الدمشقي الحنفي ۞

(3) *Initium*: فان الله ۞
*Finis*: الايمان ۞

(4) *Titulus*: ثمرات الاوراق ۞

(5) *Auctor*: تاليف تقي الدين ابو بكر بن حجة الحنفي الحموي منشي ديوان الشريف ۞

(6) *Initium*: الذي فكهنا بثمار اوراق ۞
*Finis*: ثماره ۞

Is Liber extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MDXCV.

2.° Commentarius in idem Opus, titulo *Appendix ad librum Fructus Foliorum nuncupatum* (1) : auctore MOHAMAD BEN MOHAMAD EBN AHMAD ALSABEC ALHAMEO (2), qui non modò illud exornat, ſed pluribus etiam auget exemplis.

Is autem Commentarius deſcriptus eſt die 16. Dilcada, anno Egiræ 1010.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXV.

Codex elegantiſsimè deſcriptus, carens anni notâ, quo continetur ejuſdem Auctoris alterum Opus Philologicum priore locupletius, eodem ferme titulo, nempe *Foliorum Fructus*, *ſeu Nova Elegantiarum Collectio* (3) ; ſed argumento planè diverſo (4). Ibi de rebus ad humaniores literas potiſsimùm ſpectantibus diſſeritur ; elegantes ac eruditæ variarum rerum, ut oculi, naris, aliarumque hominis partium Deſcriptiones paſsim occurrunt. Opus ſanè, ſi elegantiam atque eruditionem ſpectes, totius Arabicæ literaturæ Bibliotheca meritò dicendum : quod quidem luculentiùs patet ex hoc elogio ibidem appoſito : „ Fruſtra apud alium auctorem „ quæras quod in hoc opere reperies; „ & qui illud attentè evolverit, neque „ ſocio ad confabulationem, neque in„ terprete ad res difficiliores indigeat.

Hîc etiam minimè prætereunda eſſe arbitror quæ ad Codicis calcem Auctor de variorum fructuum in Syria notorum generibus & vocabulis notat. „ Uvarum (ait) ſpecies in una *Da-* „ *maſco* urbe notiſsimæ XLVI. ſunt ; Ma„ li Cydonii ſeptem ; Ceraſi ſex. Ma„ lorum verò genera ſunt duodecim; „ Pyrorum quatuordecim, Prunorum „ decem, Malorum Perſicorum unde„ cim, Malorum Armeniacorum de„ cem & quatuor ; Malorum denique „ Punicorum decem & novem (a) „ : „ quorum omnium & ſingulorum no„ mina ibidem recenſentur.

## DXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 10. menſis Scheuali anno Egiræ 614. Chriſti 1217. quo continentur Poemata quinque, quorum ſingula mille verſibus conſtant, *Aurea* per excellentiam nuncupata, *de rerum, earumque proprietatum Deſcriptionibus* (5) : auctore ABU ABDALLA MOHAMAD BEN ISA BEN ASBA ALAZADITA (6) *Cordubenſi*, qui operi autographo ſummam impoſuit manum anno ſupra aſsignato.

In primo igitur Poemate *Mulieris* & *Viri* partes, proprietates, dotes, vitia

(a) العنب انواعه المشهورة بدمشق ستة واربعون ۞ وانواع السفرجل سبعة ۞ والقراصيا ستة والتفاح اثني عشر ۞ الكمثري اربعة عشر ۞ الخوخ عشرة ۞ الدراقن احدي عشر ۞ المشمش اربعة عشر ۞ والرمان تسعة عشر ۞

(1) *Titulus* : كتاب الذيل علي ثمرات الاوراق ۞

(2) *Auctor* : شرح محمد بن محمد ابن احمد السابق الحموي ۞

(3) *Titulus* : ثمرات الاوراق والمستظرف في كل فن مستظرف ۞

(4) *Initium* : ۞ فادي ورد——ن

*Finis* : ۞ البيض——ـ

(5) *Titulus* : المذهبة في نظم الصفات من الحلي والشيات ۞

(6) *Auctor* : تاليف ابو عبد الله محمد بن عيسي بن اصبغ الازدي ۞

vitia, & quidquid ad utriuſque ornatum pertinet, diſcribuntur, videlicet „ ætas, „ ſtatura, colores, naſus, oculus, ſuper- „ cilium, vultus, barba, os, labiorum „ colores, dentes, caput, pili, aures, „ humeri, manus, venter, femora, „ crura, pedes, &c. (a). Quæ ſingula cum ſuis partibus, proprietatibus, ac vocabulis diligenter & exquiſitè referuntur.

„ In ſecundo deſcribuntur *Equo-* „ *rum* indoles, proprietates, laudes, vi- „ tia, eorumque ſigna & nomina. „ Similiter de illorum dentibus, colo- „ ribus, præcipuè de rubro, flavo, & „ albo, necnon de eorum locis, qui „ ſunt plerumque frons, pedeſque an- „ teriores: poſtremò de illorum natu- „ ra & moribus commendatione, vel „ vituperio dignis diſſeritur (b).

In tertio „ De *Camelis*, eorumque „ proprietatibus, nominibus, &c. agi- „ tur (c).

In quarto „ De *Ovium* proprie- „ tatibus, cura, &c. (d).

In quinto De *Boum*, *Aſini*, & *Onagri* indole ac nominibus (e): ubi etiam enſis, aliorumque bellicorum inſtrumentorum deſcriptiones.

Nomina autem *Onagri*, quæ fortè Scriptoris ætate apud Hiſpanos obtinuere, ibi recenſita ſunt, nempe *Kanader*, *Konder*, *Komtor*, *Akhdar*, *Saadat*, *Ir*, *Alagè*, *Abrac* (1) (id eſt albo, nigroque colore ſplendidè diſtinctus).

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo anni nota & finis deſiderantur, complectens varii argumenti Epiſtolas, tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione conſcriptas, hoc titulo: *Liber Epiſtolas viri eruditi & Juriſconſulti* Dhulvazratin Abi Abdalla Ebn Abilkhassal, Nobilis Cordubensis, *continens* (2), qui anno Egiræ 506. claruiſſe fertur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus horis veſpertinis feriæ ſextæ, die 17. Ramdani

(a) صفات السن ۞ القامة ۞ اللون الانف ۞ العين ۞ الحاجب الوجه ۞ اللحية ۞ الفم ۞ الوان الشفات ۞ الاسنان الراس ۞ الشعر ۞ الاذنين ۞ المنكبين ۞ اليدين ۞ البطن ۞ الفخذين ۞ الساقين ۞ الرجلين وما اتصل بهما ۞

(b) في وصف الخيل وخلقها وخواصها ومعايبها ومحاسنها وعلاماتها واساميها كذلك في اسنانها في الوانها في الاحمر الاصفر والابيض ومكان هذه الالوان اي في الوجه واليدين ۞ وفي احوالها وافعالها المحمودة والمذمومة ۞

(c) في الابل واحوالها ووصافها واساميها ۞

(d) في اوصاف الغنم وتدبيرها ۞

(e) في اوصاف البقر الحمار والكندر واساميها ۞

(1) كنادر ۞ كندر ۞ كمتر ۞ اخدر صعدة ۞ عير علج ۞ ابرق ۞

(2) *Titulus*: كتاب فيه من ترسيل الفقيه الكاتب ذو الوزرتين ابي عبد الله ابن ابي الخصال القرطبي ۞

dani anno Egiræ 721. Chriſti 1321. quo continetur Tomus duntaxat tertius Operis inſcripti *Flores Cogitationum & gemmata Monilia* (1), ubi Orationes Rhetoricæ, Epiſtolæ variæ & Carmina ex triginta clariſsimis viris qui ſexto Egiræ ſeculo in Hiſpania floruere, collecta reperiuntur: auctore MOHAMAD BEN ALI BEN ABDELRAHMAN ALMORADI HISPALENSI (2), qui anno Egiræ 636. è vivis exceſsit. (3)

## DXVIII.

Codex multiplici exaratus manu, quo continentur:

1.° Commentarius hoc titulo: *Lætæ Luces Poematis* quod inſcribitur *Mæroris Deterſorium*, ab ABIZACHARIA JAHIA ANSARÆO *Ægyptio* Juriſconſulto abſolutus die 11. Dilhagia, anno Egiræ 881. deſcriptus verò die 2. menſis Moharami anno 956.

Ad Poema quod ſpectat, auctorem habet virum apud ſuos pietatis & doctrinæ laude nobilem ABULPHADEL JOSEPH BEN MOHAMAD BEN JOSEPH ALTUZARI (4) *Africanum*, in urbe *Tuzara* natum. Id verſibus CVII. juxta plerorumque exemplarium fidem conſtat; agit verò de Dei Optimi Maximi nominis virtute. Quapropter eo eſt Mahometanis in pretio, ea fide atque auctoritate, ut ex iis nonnulli oppidò creduli ac ſuperſtitioſi aſſerant eum qui hocce Poema quadragies attento animo, lotiſque manibus perlegerit, à Deo quidquid poſtulet, haud dubiè impetraturum.

2.° Commentarius in idem Poema, abſque anni nota, nitidè exaratus: auctore ALI BEN JOSEPH ALBOSRAVI (5), *Syro* ex urbe *Boſra* (non verò *Baſſora*, cujus gentile nomen *Baſri*), qui Commentarium abſolvit anno Egiræ 873.

3.° Commentarius in Poema dictum *Prolegomena de Methodo rectè legendi Alcoranum* (6), auctore MOAMAD BEN MOHAMAD ALGEZERI (7), *Meſopotamienſi*, qui anno Egiræ 733. extinctus eſt. Commentatoris nomen nobis incompertum. (8)

4.° Commentarius in idem Poema, quem publici juris fecit ZAINEDDINUS KHALED BEN ABDALLA ALAZHARI CAIRENSIS (9) anno Egiræ 782.

5.° Commentarius in Opuſculum de Juriſprudentiæ fundamentis, titulo *Liber Foliorum, de Juris ſcientia* (10), auctore ABU MOHAMAD ALKHOTHAB *Marochano*, qui anno Egiræ 953. feriâ 2. die 10. Saphari, Chriſti 1546. Commentarium hunc ad umbilicum perduxit.

„ Hujus autem Opuſculi ſcriptor
„ eſt vir Philoſophus, Juriſconſultus,
„ utriuſ-

(1) *Titulus*: زواهر الفكر وجواهـــــر الفقراي مجموع من خطب واشعـــــار حكما الاندلس ۞

(2) *Auctor*: جمع محمد بن علي بـــن عبد الرحمن المرادي الاشبيلي ۞

(3) *Initium*: ۞ ثم اكتـــــــــب
*Finis*: ۞ x الـلـــــــــــــــــــــ

(4) *Auctor*: مولف القصيدة ابو الفضـــــل يوسف بن محمد بن يوسف التوزري ۞

(5) *Auctor*: شرح علي بن يوســــــــف البصروي ۞

(6) *Titulus*: المقدمة المنظومة في تجريد القران ۞

(7) *Auctor*: نظم محمد بن محمـــــــد الجزري ۞

(8) *Initium*: ۞ يقول راجي عفوءرب سامع
*Finis*: ۞ x منوالـــــــــــــــــ

(9) *Auctor*: زين الدين خالد بن عبد الله الازهري ۞

(10) *Titulus*: كتاب الورقات في علـــــم الفقه ۞

„ utriuſque ſimul Templi Meccani & „ Medinenſis Summus Sacerdos *Abul-* „ *moali Abdelmalekus*, Perſa Niſabu- „ rienſis, ex vico *Geuin*, natus anno „ Egiræ 419. Obiit in oppido *Moſchta-* „ *kal* Diœceſis Niſaburienſis anno 487. „ Chriſti 1091. (a)

6.° Commentarius in Poema *Albordah*, ſeu *Veſtis elegans* dictum, de quo ſæpiùs facta eſt mentio, Mahometi laudes complectens: auctore *Gemaleldino Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Almohli Scholæ Schapheiticæ* Doctore (1), qui anno Egiræ 864. *Cairi* deceſsit.

## DXIX.

Codex principio mutilus, idemque anni notâ carens, quo habentur Orationes variæ ob dictionis elegantiam ac ſententiarum pondus juxta laudatiſsimæ, quas in Mahometanis templis recitavit *Abu Thaer Mohamad Ebn Abdelrahim Ben Ismail Ben Nobata* (2), qui in urbe Meſopotamiæ *Miapharkin* natus anno Egiræ 337. ibidem ſupremum diem obiit anno 374. Adnectitur cujuſdam Anonymi Commentariolus, qui fermè totus in exponendis difficilioribus verbis, aliiſque ad Grammaticam potiſsimùm pertinentibus verſatur.

## DXX.

Codex eleganti ac perita manu exaratus, quo continentur:

1.° Opus, inſcriptum *Oratorum Methodus*, & *Ratio ſcribendi de rebus lætis Epiſtolas* (3), in XIV. capita diviſum, Rhetoricas & Poeticas Proluſiones complectens: auctore *Abdelrahmano Ben Mohamad Persa*, origine et ortu *Basthamita* (4), ex urbe *Baſtham* in Koraſana, qui anno Egiræ 843. ſupremum obiit diem. (5)

2.° Poema in laudem Divinæ Providentiæ, quod edidit vir ſolitariæ vitæ profeſſor *Jahia Ben Mohamad Alkhasali Granatensis* (6), ſeptimo Egiræ ſeculo nobilis.

## DXXI.

Codex anni notæ expers, quo continetur Opus *Excerpta* (7) inſcriptum, complectens Rhetoricas & Poeticas Exercitationes, pluraque venuſtiſsima Epigrammata de Florum & Fructuum laudibus, ex variis auctoribus, præcipuè *Abulphadhl Ben Vapha*, ac *Mohamad Ben Ali Alnuagi* Ægyptiis, ab Ano-



(a) تاليف الشيخ العالم ابي المعالي عبد الملك امام الحرمين الجويني من بلدة جوين من نواحي نيسابور ولد سنة اربعمائة وتسعة عشر وتوفي بقرية من اعمال نيسابور يقال لها مشتقال سنة اربعمائة وسبع وثمانين ۞

(1) *Auctor*: شرح جمال الدين ابي عبد الله محمد بن احمد المحلي الشافعي ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي طاهر محمد ابن عبد الرحيم بن اسماعيل بن نباته ۞

(3) *Titulus*: كتاب منهاج التوسل في مباهج الترسل ۞

(4) *Auctor*: تاليف عبد الرحمن بن محمد البسطمي مربا واصلا ۞

(5) *Initium*: فهذه رسخـــات ۞
*Finis*: كاتبهـــا ۞

(6) *Auctor*: تاليف الشيخ يحيى بن محمد الخصالي الغرناطي ۞

(7) *Titulus*: مجموع من كتب ابي الفضل بن وفا المصري ومحمد بن علي النواجي المصري وغيرهما ۞

Anonymo quodam in amicorum uſum ſelecta.

## DXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Politico-Morale, titulo *Seculi & Religionis Mores* (1), in capita v. partitum, ad morum doctrinam & politicum regimen ſpectans, ubi de virtutibus, animique dotibus quæ Principi ineſſe debent, diſſeritur; adjunctis compluribus ex hiſtoria petitis exemplis: auctore *Abvl-hassam Ali Almavardi* (2), qui anno Egiræ 450. ſupremum obiit diem, quique librum ſuum *Caiemo Bamralla*, vigeſimoſexto ex Abbaſidis Caliphæ, nuncupavit. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens principio & anni notâ, quo habetur Commentarius in Arabum Proverbia, ubi de Arabum antiquitatibus & eruditione potiſsimùm diſſeritur: auctore *Abv Abdelcassem Ben Salama* (4), qui obiit anno Egiræ 224. Chriſti 838.

Is autem codex extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* 111.

## DXXIV.

Codex nitidè exaratus anno ſupra milleſimum ſexto ab Egira, quo continetur Opus ſtrictâ & ſolutâ oratione conſcriptum, titulo *Sponſæ Munus, Animique Hilaritas* (5), in xxvi. nempe capita diſtributum: auctore *Abv Mohamad Abdalla Ben Abilcassem viro eloquenti et erudito* (6), vulgò *Tigiani*, *Damaſceno*, qui, ut plerique ſuæ gentis Doctores, omni depoſito pudore, nullaque honeſtatis, vel religionis habita ratione, quidquid ad Matrimonii uſum, ejuſque voluptates ſpectat, fuſiùs æquo deſcribit. Ceterùm eo in opere nil annotatu dignum reperias, præter dictionis elegantiam, ſermoniſque proprietatem. (7)

## DXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Philologico-Morale inſcriptum *Solatia Malorum & nocturna Regum Confabulatio* (8). Dividitur in Sectiones v. quarum prima de illo animi affectu quo omnia Dei arbitrio committimus; ſecunda de animi dolore ac contritione; tertia de patientia; quarta de voluntatis noſtræ Divinis placitis conſenſione; quinta de vitæ purioris & ſeverioris ſtudio. Ejus auctor *Mohamad Ben Abi Mohamad Ben Zefer* (9), patriâ *Cordubenſis*, domicilio *Siculus*, à quo liber hic abſolutus eſt anno Egiræ 569.

Figuræ ſubtiliori penicillo depictæ, quæ ibidem conſpiciuntur, ſunt omnino quadraginta, ſanè non contemnendæ, qua-

(1) *Titulus*: كتاب اداب الدنيا والدين ۞
(2) *Auctor*: تاليف ابو الحسن علي الماوردي ۞
(3) *Initium*: فان شـــــــــرف ۞
*Finis*: المواعـــــــــــــظ ۞
(4) *Auctor*: شرح ابي عبد القاسم بن سلامة ۞
(5) *Titulus*: كتاب تحفة العروس وجلا النفوس ۞

(6) *Auctor*: تاليف ابي محمد عبد الله البليغ الاديب بن ابي القاسم التيجاني ۞
(7) *Initium*: فان الله تعالـــــــــى ۞
*Finis*: ادبهـــــــــــــــا ۞
(8) *Titulus*: كتاب السلوانات في مسامرة الخلفا والسادات ۞
(9) *Auctor*: تاليف محمد بن ابي محمد ابن ظفر ۞

quarum aliquæ Arabum & Perſarum Reges , Duces , Juriſperitos exhibent; aliæ Reginas repræſentant pictis tapetis inſidentes , Regali habitu & gemmatis capillis ; reliquæ plures præ ſe ferunt Epiſcopos pedo , mitra & amictu Pontificali inſignes ; ut & Monachos cucullatos , atratoſque.

Is Codex extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi , ſed ſine figuris.

## DXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota , quo continetur Opus inſcriptum *Gemmæ Virtutum & Monile Ingeniorum* (1) , in tres diviſum partes , ubi tùm Epiſtolæ variæ, tùm Carmina ob ſtyli elegantiam , ac politioris ſermonis leporem maximi facienda : auctore *ABULCASSEM HEBATALLA MOHAMAD BEN HEBATALLA ÆGYPTIO* (2) , viro Poeſeos ac Rhetorices artibus longè ornatiſsimo , qui anno Egiræ 545. natus , anno ejuſdem 608. obiit. (3)

## DXXVII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Opuſculum , titulo *Fax in tenebris* (4) , complectens plurimas Rhetoricas narrationes ad animorum ſolamen excogitatas , quas *ABU ABDALLA MOHAMAD BEN MUSA ALMOZALI Granatenſis* anno Egiræ 839. ut ex Prologo liquet , in amicorum obſequium & gratiam edidit. (5)

2.° Opuſculum , quod *Myſteriorum Solutio & Theſaurorum Clavis* (6) nuncupatur , ubi de rebus ad pietatem ſpectantibus ſuperſtitiosè diſſeritur : auctore (7) *ABDELSALAMO EBN MOHAMAD BEN GANEM HIEROSOLYMITANO.* (8)

3.° Tractatus de Mundi , Hominiſque creatione ad Mahometanorum mentem & juxta Talmudiſtarum placita, conſcriptus à Doctore *MOHIEDDINO BEN ALARBI HISPANO* (9) , qui ineunte ſeptimo Egiræ ſeculo claruit. Hujus autem operis titulus eſt *Humanorum Corporum Creatio* (10).

4.° Ejuſdem Opus inſcriptum *Deſideriorum Interpres* (11), amatoria carmina complectens , cujus alterum jam retulimus exemplar.

5.° Poema elegans de Mundi Opificio , auctore (12) *ABILHASSAN ALI BEN MUSA ANSARÆO HISPANO* , vulgò *EBN ARFA RAS.* (13)

## DXXVIII.

Codex nitidis literis exſcriptus anno Egiræ 644. quo continetur Opus hoc



(1) *Titulus* : كتاب فصوص الفضول وعقود العقول ۞

(2) *Auctor* : من كلام ابي القسم هبة الله محمد بن هبة الله الشاعر الاديـــب المصري ۞

(3) *Initium* : وهذا كتاب لاذاقه لـــي ۞
*Finis* : الخبـــــر ۞

(4) *Titulus* : مصباح الظـــــلام ۞

(5) *Initium* : فانه سبـــــق ۞
*Finis* : الغا فلـــــون ۞

(6) *Titulus* : حل الرموز ومفاتيـــح الكنوز ۞

(7) *Auctor* : تاليف الشيخ عبد السلام ابن محمد بن غانم المقدسي ۞

(8) *Initium* : فانه لما كانـــت ۞
*Finis* : الامـــــال ۞

(9) *Auctor* : تاليف الشيخ محيي الديـــن بن العربي الاندلسي ۞

(10) *Titulus* : انشا الجسوم الانسانيـــة ۞

(11) *Titulus* : ترجمان الاشـــواق ۞

(12) *Auctor* : نظم ابي الحسن علي بـــن موسي الانصاري الشهير بابن ارفع راس الاندلسي ۞

(13) *Initium* : اذا ثلث المربـــع ۞
*Finis* : عمـــــل ۞

hoc titulo : *Selectiſsimarum Elegantiarum Liber, tùm ſoluta, tùm ſtricta oratione concinnatum de rerum laude & vituperio* (1), auctore *Abu Mansor Mohamad Ben Abdelmalek Altoalebi*, Perſa *Niſaburienſi*, cujus ſupra meminimus.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXXIX.

Codex exaratus anno Egiræ 995. Chriſti 1586. quo continetur Opus inſcriptum *Ratio ſcribendarum Epiſtolarum* (2), in tres partes diſtributum. Ibi Epiſtolæ variæ, videlicet gratulatoriæ, officioſæ, commendatitiæ, aliæque id genus, juxta recentiorum methodum conſcriptæ occurrunt; adductis in exemplum clarorum virorum ad Principes & Reges literis, quas inter Auctoris ipſius non paucæ. Accedunt & ad Codicis calcem variæ Libellorum ſupplicum formulæ. Ejus auctor *Mohamad Abulhassan Albekri* (3), qui anno Egiræ 923. *Cairi* floruit. (4)

## DXXX.

Codex vetuſtis ſanè literis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus hoc titulo inſignitum : *Theſaurus reconditus, & Navis onuſta* (5), auctore *Antistite Jonas sectæ Malachiticæ Doctore* (6), *Hiſpano*, incertæ ætatis Scriptore. Is quidquid ad Arabicas Antiquitates, eruditionemque pertinet, ex vetuſtiſsimis Arabum monumentis diligentiſsimè collegit, atque in hunc Codicem congeſsit; ita tamen ut in eo plura ſcitu digna reperias, quæ apud alios Scriptores quæſieris fruſtra. Ibi de Ponderibus, Menſuris, Moribus & Legibus, quæ penès priſcos Arabas obtinuere, uberiùs diſputatur. (7)

Nos itaque nonnulla ex iis notanda duximus, quæ in Arabicarum Antiquitatum monumentis nuſquam invenimus. Arabes *genuini* qui, ut *adſcititii* Arabes, annum in XII. menſes diſtinxere, „Menſes hiſce nominibus appellare ſolebant: „nempe *Banec*, *Nakid*, *Talbac*, *Bakhor*, „*Aslakh*, *Aphtah*, *Ahlak*, *Kaſaa*, *Ahrabath*, *Harad*, *Jaſac*, *Haudac*; ut „& Hebdomadis dies, *Man*, *Sanbar*, „*Vair*, *Amar*, *Mutamar*, *Moallal*, „*Moſtapha Algiamer*. (a)

Alia Menſium & Dierum nomina quæ veteres Arabes ante Mahometi tempora uſurpavere, & quorum uſus circa Arabici Imperii auſpicia prorsùs obſolevit, videſis apud Golium in *Notis ad Alpherganum*, *pag.* ſcilicet 4. & *ſeqq.*

Co-

(a) كانت العرب العرابة تسمي الشهور ۞ باذق ۞ نقيب ۞ طلبق ۞ باخر ۞ اسلخ ۞ افتح ۞ احلك ۞ كسع ۞ اهربط ۞ حرد ۞ يعسق ۞ هودق ۞ والسبعة ايام ۞ من ۞ صنبر ۞ وبر ۞ امر ۞ موتمر ۞ معلل ۞ مصطفي الجمر ۞

(1) *Titulus* : كتاب الطرايف واللطايف في مدح الاشيا واضاددها بالنظم والنثر ۞

(2) *Titulus* : كتاب الانشا في نوع المكاتبات والمراسلات ۞

(3) *Auctor* : تاليف محمد ابو الحسن البكري ۞

(4) *Initium*. فهذه روس مكاتبات ۞
*Finis* : القيوم ۞

(5) *Titulus* : كتاب كنز المدفون والفلك المشحون ۞

(6) *Auctor* : تاليف الامام يونس المالكي ۞

(7) *Initium* : فقد جمعن ۞
*Finis* : عني ۞

## DXXXI.

Codex exaratus anno Egiræ 603. Chriſti 1206. quo continentur:

1.° Opus inſcriptum *Solatia & Epicedia* (1), tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione conditum: auctore *Abulabas Mohamad Ben Jazid*, vulgò *Almobarrad Jemanita* (2), qui anno Egiræ 286. octogenario major deceſsit. Ibi Carmina varia & Orationes funebres, ſeu Laudationes leguntur. (3)

2.° Tomus quartus Ægypti Hiſtoriam, laudes & miracula complectens ad annum uſque Egiræ 414. Chriſti 1023. auctore *Mohamad Ben Abdalla Ben Abdelaziz Almasihi* (4).

## DXXXII.

Codex nitidè exaratus, ſine anni nota, quo continetur Opus ita inſcriptum: *Sermones ſeptem Academici* (5), ſive in literariis conſeſsibus habiti, auctore *Aſiuthæo*, qui ad inſtar Sermonum *Hariri* haſce Rhetoricas exercitationes publici juris fecit: ubi Dialogum inter Flores de imperio invicem decertantes inſtituit; Plantarum, Fructuum & Olerum proprietates elegantiſsimis verſibus depingit. (6)

## DXXXIII.

Codex multiplici exaratus manu, quo habentur:

1.° Epiſtolæ variæ verſibus conditæ, titulo *Poeticæ Literæ* (7), auctore *Abulphadhl Ahmad Ben Alhossain Almozani* (8), qui Rhetorica & Poetica facultate inter Arabas clarus, obiit anno Egiræ 356. (9)

2.° Opus Critico-Poeticum, titulo *Claſſes inſigniorum Poetarum* (10), centum ſcilicet & undecim: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Scharaph*, origine Cyrenensi (11), patriâ *Hiſpano*, qui multa Poetarum clariſsimorum carmina ad examen revocat, deque illis judicium fert. Inter ceteros de palma contendentes aſſerit extitiſſe *Ebn Abdrabboh Cordubenſem* ac *Ebn Hani Septanum*, quorum prior in carmine Satyrico, alter in Elegiaco & amatorio principatum ſibi vindicat.

## DXXXIV.

Codex nitidè exaratus, anni notâ deficiens, quo nempe continetur Opus inſcriptum *Videntis Oblectamentum, & Voluptatum Fruitio* (12), auctore *Ali Ebn Mohamad Ebn Khaled Albalathensi*, *Patria Damasceno*, *Sectæ Schapheiticæ Doctore* (13). Id in XLV. capita diſ-

(1) *Titulus*: كتاب التعازي والمراثي ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي العباس محمد بن يزيد المعروف بالمبرد ۞

(3) *Initium*: دعاني الي تاليف ۞
*Finis*: ض ——— رر ۞

(4) *Auctor*: تصنيف محمد بن عبد الله بن عبد العزيز المسيحي ۞

(5) *Titulus*: كتاب المقامات السبعة للسيوطي ۞

(6) *Initium*: حدثنا الريان ۞
*Finis*: زه ——— ر ۞

(7) *Titulus*: رسايل البديع ۞

(8) *Auctor*: نظم ابو الفضل احمد بن الحسين المزاني ۞

(9) *Initium*: الوحشة ۞
*Finis*: ي ——— دوم ۞

(10) *Titulus*: مقامات مشاهير الشعرا ۞

(11) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد بن شرف القيرواني ۞

(12) *Titulus*: كتاب نزهة الناظر وبهجة الخاطر ۞

(13) *Auctor*: اعتني بنثره ونظمه علي بن محمد ابن خالد البلاطنسي الشافعي مزهبا الشامي بلدا ۞

diſtributum, in quibus de Amicitia, ejuſque legibus diſſeritur. Occurrunt præterea variæ & perelegantes ſolennis Convivii deſcriptiones ſolutâ & ſtrictâ oratione. (1)

Ex Reg. Bibliotheca Marochana.

## DXXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi variarum Epiſtolarum Collectio: quas inter recenſentur celebris illa *Joſephi Ben Taſchphini* Epiſtola ad Principes, Antiſtites & Doctores Valentinos, quos ad pacem & ad Religionem obſervandam adhortatur, &c. conſcripta à viro nobili & erudito *Abu Abdalla Dhulvazratin Abilkhaſal* Hiſpano, illi à ſecretis, cujus alibi meminimus; & ejuſdem altera ad ſupremum exercitûs Ducem *Zobairum Ben Amrum* data *Cordubæ*, quæ ita incipit: (2) *Ab Imperatore Muslamanorum Taſchphin ad Zobairum Ben Amrum.* Occurrit & elegans Epiſtola Monachi cujuſdam Galli ad *Moctaderum Cæſarauguſtæ* Regem, quem, inſignes gratulatus victorias, pluribus adductis argumentis, ad Religionem Chriſtianam amplectendam allicere conatur: ad quam *Abulualid Albagi*, *Cæſarauguſtæ* Judex, fuſiùs reſpondet. Inſeruntur & ibi complures literæ viri doctiſsimi *Abi Amer Ben Garcia* de variis argumentis conſcriptæ.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXXXVI.

Codex abſque anni nota, complectens Anonymi Opus, quod inſcribitur *Amantis & Amicorum Oblectamentum* (3). Ibi Carmina ſelectiſsima, Apophthegmata, Fabellæ & Narrationes eximiæ ad animum recreandum, ingeniumque excolendum, ex variis ſcriptoribus excerptæ, paſsim occurunt, quarum auctoris nomen prorsùs latet. (4)

## DXXXVII.

Codex Turcicè exaratus, carens anni notâ, quo continentur Epiſtolæ variæ, ac Libelli ſupplices ad Aulæ Turcicæ formulas accommodati. Sub Codicis finem occurrunt præterea quædam Arithmeticæ notæ, quarum peculiaris uſus in Epiſtolis ac Regiis Diplomatibus apud Turcas obtinet.

## DXXXVIII.

Codex principio & anni notâ mutilus, complectens Bibliothecham Philologicam à quodam Anonymo elaboratam, ubi ſelectiſsima Rhetorum ac Poetarum exempla ordine alphabetico digeſta reperiuntur.

## DXXXIX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 696. Chriſti 1296. quo continetur Opus quadripartitum, inſcriptum *Homiliæ Giuziticæ*, *ſeu Sermones Parænetici* (5), quinquaginta Conciones & quidem elegantiſsimas complectens: auctore *Abulpharagio Abdelrahmano Ebn Ali Ben Algiuzi* (6), viro eloquentiſsimo, & qui apud Saladinum Regem gratioſiſsimo hocce opus, quod 459. foliisconſtat, *ad*

(1) *Initium*: فاذي سميـــــــــن ☼
*Finis*: اذـــــــــــم ☼

(2) من امير المسلين تشفين الــــي
الزبير بن عمر من حضرة قرطبه ☼

(3) *Titulus*: نزهة المحب والاحبـــاب ☼

(4) *Initium*: فاني جمعت هـــــزا ☼
*Finis*: سنـــــــــــرا ☼

(5) *Titulus*: المقامات الجوزية فـــي
المعاني الوعظية وشرح الكلمات اللغوية ☼

(6) *Auctor*: تاليف ابي الفرج عبد الرحمن
ابن علي بن الجوزي ☼

*ad umbilicum perduxit* feriâ 4. die 4. menſis Schevali anno Egiræ 577. Chriſti 1181. *idque dierum* XXXIV. *intervallo* (1), ut ex nota ad Codicis calcem appoſita liquet: quod quidem tam brevi tempore deſcribi à librario velociſsimo vix poſsit. (2)

## DXL.

Codex nitidè exaratus die 14. menſis Schevali anno Egiræ 890. Chriſti 1485. quo continetur Commentarius in Epiſtolam *Ebn Zaiduni*, hoc titulo: *Expoſitio* (3), Commentatore SALAHEDDINO SYRO SAPHADITA, cujus mentio non ſemel in Bibliotheca noſtra occurrit. Hæc Epiſtola partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione ab eodem *Ebn Zaidun* ad *Cordubæ* Regem *Ebn Gehur* conſcripta eſt. (4)

*Abulvalid Ahmad Ebn Abdalla Ebn Zaidun* nobilis *Cordubenſis*, Rhetor ac Poeta diſertiſsimus, cujus vitam ſupra deſcripſimus, à *Cordubæ* Rege *Ebn Gehur* ultionis causâ in carcerem conjectus, eruditam hanc & elegantem Epiſtolam ad placandum ejus animum miſit, quam *Salaheldinus Saphadita*, vir doctrinæ & eloquentiæ laude clarus, egregiis ſanè notis illuſtravit.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXLI.

Codex nitidis literis exaratus die 12. menſis Dilhagia anno Egiræ 798. Chriſti 1395. quo continentur Sermones ad morum doctrinam pertinentes, laconico & pereleganti ſtylo conſcripti, titulo *Diſci aurei* (5): auctore ABDELMUMEN BEN HEBATALLA HISPAHANO (6), viro apud ſuos pietate notiſsimo. (7)

## DXLII.

Codex nitidè exaratus die 28. menſis Dilhagia anno Egiræ 978. quo continetur Opus multiplici eruditione refertum, hac inſcriptione: *Analecta* EBN TOLON GRANATENSIS (8), octavi Egiræ ſeculi Scriptoris eminentiſsimi. Ibi ſcilicet plurima de omni rerum argumento proponuntur Problemata, atque ſolvuntur. Nova prætereà, ac facilis ad Codicis calcem traditur Methodus Calligraphiæ Artis, cum ejuſdem inſtrumentorum deſcriptione. (9)

## DXLIII.

Codex nitidiſsimè exaratus, ac pereleganter compactus, auro etiam, & variis coloribus apprimè exornatus, idque anno Egiræ 949. die 5. Ramdani. Ibi Opus mireris Perſicè conſcriptum, toto Oriente longè celeberrimum, aliquot Poemata complectens, titulo *Heft Urnak* (10), de Joſephi & Zelikhæ; de Choſroeæ & Chirini; de Leilæ, ac Megenuni amoribus: auctore ABDELRAHMANO ALGIAMI PERSA, Poeta nobiliſsimo, aliàs nobis memorato:

(1) وكان تاليف جميع المقامات في اربعة وثلثين يوما ۞

(2) *Initium*: ان اللغة العربية ۞

*Finis*: انا نظم ۞

(3) *Titulus*: شرح رسالة ابن زيدون ۞

(4) *Initium*: يامولاي وسيدي الذي ودادي له ۞

*Finis*: طرقاته ۞

(5) *Titulus*: كتاب اطباق الذهب ۞

(6) *Auctor*: تاليف الشيخ الرباني عبد المومن ابن هبة الله الاصفهاني ۞

(7) *Initium*: فقراشار ۞

*Finis*: فاتمهن ۞

(8) *Titulus*: الكنايس لابن طولون الغرناطي ۞

(9) *Initium*: هذا تعليق سمينة الكنايس ۞

*Finis*: وهذا اخره ۞

(10) *Titulus*: هفت اورنك ۞

to : qui ſub hujuſmodi fabularum involucro multa de moribus rectè inſtituendis diſſerit. Hæc autem Poemata, quæ in Regia Bibliotheca Pariſienſi diſperſa ſunt, in noſtro Codice collecta reperias.

### DXLIV.

Codex non una manu exaratus, quo continetur Opus varium ac multiplex, Adverſaria ſcilicet quædam ex variis auctoribus excerpta.

# PHILOLOGI
## ET MISCELLANEI
### *IN OCTAVO.*

### DXLV.

CODEX nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur Epiſtolæ plures quas ſcripſit *Ebn Nabatha* ad viros Principes & Reges, atque in his *Abulphedam Iſmaelem Almalek Almoaid Apameæ Regem* (1), cujus eruditionem in primis celebrat. Auctor claruiſſe fertur anno Egiræ 740.

### DXLVI.

Codex nitidè exaratus feria 4. die 20. menſis Schevali anno Egiræ 878. Chriſti 1473. quo continentur Poemata, Odæ ac Epigrammata, quorum auctor *Fakhreddinus Ebn Mokanes Coptus*, ſive *Ægyptius*, *Damaſci* Prorex, & Ægypti Prætor, magni nominis Poeta, cujus mors in annum Egiræ 864. incidit, ut tradit Aſsiuthæus in *Bibliotheca Ægyptiaca*.

Hujus Operis alterum ſupra occurrit exemplar.

### DXLVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Liber eruditus, hoc titulo : *Recta & Regia ſcribendi Methodus* (2), in partes quinque diſtributus, ubi Epiſtolæ complures à Regibus & principibus viris ad alios ſcriptæ occurrunt; quibus & aliæ è veterum & recentiorum operibus excerptæ accedunt : adjectis formulis quas in omni Epiſtolarum ac Diplomatum genere adhibere Mahometani ſolent. Auctor ejus Libri *Ahmad Ben Mohamad Ægyptius*, *Regi Mohamad Ben Calaun ab secretis* (3), qui huic operi ultimam impoſuit manum anno Egiræ 748. ut ex Prologo patet. (4)

*Mohamad Ben Calaun*, nuncupatus *Almalek Alnaſer* (5), ex *Mamlucorum* Dynaſtia, Ægypti Rex, annos natus novem, quum annum vix integrum regnaſſet, ob ætatis & virium defectum imperio exutus eſt menſe Moharamo anno Egiræ 694. Qui ſecundò, poſt dierum quadraginta & unius interregnum, eligitur & ſalutatur Rex; ſed poſt decem annos & menſes aliquot regno iterum ceſsit; tertiò demum ad imperii gubernacula vocatus, obiit anno Egiræ 741. Vide Eduardum Pocokium in *Supplemento* ad *pag.* 12. & 13. unde hæc deſumta.

Illius pater *Almalek Almanſor Saipheddinus Calaun*, ſeptimus ex Mamlucis Rex Ægypti, vir bellica virtute cla-

(1) ابو الفدا اسمعيل الملك المويد صاحب حماه ۞

(2) *Titulus* : كتاب تثقيف التعريف بالمصطلح الشريف ۞

(3) *Auctor* : تاليف احمد بن محمد المصري كاتب الدرج الشريف الناصرية محمد بن قلاون ۞

(4) *Initium* : فهذه ورقات ۞

*Finis* : الحبش x ۞

(5) محمد بن قلاون الملك الناصر ۞

clarus, multas urbes, arceſque Chriſtianis eripuit, quas inter cenſetur *Tripolis* Syriæ, locus naturâ & arte munitiſsimus, quam nec Salaheddinus, nec alius quiſpiam Regum Ægyptiorum in ſuam poteſtatem redigere potuerat, teſte Abulpheda.

## DXLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Proluſiones Rhetoricæ & Poeticæ, ut & variæ Epiſtolæ tùm ſtrictâ, tùm ſolutâ oratione conſcriptæ, hoc titulo: (1) *Collectio Epiſtolarum variarum* (2) *viri eruditi ac eloquentis* Badreddini Hasseni Ben Omar Ben Habib. (3)

2.° Ejuſdem Opus, quod *Auræ lenis* nomine circumfertur, complures ſive Rhetoricas, ſive Poeticas Deſcriptiones de vario rerum argumento pereleganter contextas complectens. Ceterùm tres hîc extant Animalium deſcriptiones, quæ in reliquis exemplaribus à me ſupra recenſitis non leguntur.

## DXLIX.

Codex nitidis & verſicoloribus literis conſpicuus, expers anni notæ, quo continetur Operis proximè memorati, quod *Aura lenis* inſcribitur, alterum exemplar.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DL.

Codex nitidè exaratus die 13. menſis Scheuali anno Egiræ 843. Chriſti 1439. quo habetur Anonymi Opus inſcriptum *Liber Gratulationum*(4). Ibi multiplicis argumenti Cantiones occurrunt quas in celebrandis natalibus, connubiis, exequiis, &c. quidam pretio invitati ad augendam pompæ ſolemnitatem canere ſolent.

Cantiones hujuſmodi, ſive triſtes, ſive lætæ, ſunt omnino centum & quinquaginta, auctore Schamseddino Ben Holat Cordubensi Concionatore (5), qui ſexto Egiræ ſeculo floruiſſe dicitur. (6)

## DLI.

Codex exaratus die 5. menſis Moharrami anno Egiræ 873 Chriſti 1468. quo continetur Opus inſcriptum *Notitiarum juſtum Pondus* (7), ubi centum & ultra virorum Hiſpanorum clariſsimorum, perinde ac multarum Hiſpaniæ urbium & locorum elogia referuntur: auctore Ebn Alkhathib Mohamad Ebn Abdalla, origine *Cordubenſi*, Regio *Granatenſi* Chronographo, necnon *Hiſtoriæ Granatenſis*, & *Bibliothecæ Arabico-Hiſpanæ* (de quibus ſuo loco fiet mentio) conditore celeberrimo. (8)

Jam verò quum Scriptor noſter Hiſpaniarum urbes & loca plurima, de quibus in Geographia Nubienſi nullus ſermo, deſcripſerit; non abs re viſum eſt eorum aliquot ad Hiſtoriæ cognitionem hîc ſubnectere.

„ Eſtepona, Marbella, Sahil, Velez, Comares, Almancab (Almuñecar)



(1) *Titulus*: مجموع رسالات مختلفة ۞

(2) *Auctor*: نظم ونثر الشيخ الاديب البليغ بدر الدين حسن ابو محمد بن عمر بن حبيب ۞

(3) *Initium*: فهذه رسالات ۞ *Finis*: ولاجرم ۞

(4) *Titulus*: كتاب التهاني والبشارات والمراثي ۞

(5) *Auctor*: جمع شمس الدين بن حلة الواعظ القرطبي ۞

(6) *Initium*: هذا كتاب جمعت فيه ۞ *Finis*: عبق ۞

(7) *Titulus*: كتاب المسمي بمعيار الاختبار ۞

(8) *Initium*: ساعدك السعد ۞ *Finis*: اجرتنا ۞

„ car) Schalubania (Salobreña) Berja, „ Zalia, Tabernas, Vera, Moxacra „ novum oppidum; Cotoria, Purche- „ na, Oria, Baza, tellus croco inſignis; „ Hueſcar, Andarax, ſerico & auro „ optimo laudatiſsimus locus; Scheale- „ ſch (vulgò Sal) Fiñana, Alhama, Sala- „ ha, Olbera, Montefrio, Loxa, Archi- „ dona, Schardar (Hardales) Anteque- „ ra, Requena, Carthama, Ronda. (a)

## DLII.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, quo continetur plena facetiarum & jocorum Comœdia inſcripta *Homo vocem nimiùm extollens, nimiùmque deprimens* (1), cujus alterum jam protulimus exemplar: auctore *Abu Jali Ben Alhobariat*, *Bagdadenſi*, ex illuſtri Abbaſidarum genere.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DLIII.

Codex exaratus die 20. menſis Moharrami anno Egiræ 995. Chriſti 1586. quo continentur:

1.° Ars conficiendi & expediendi complura Ænigmata, quæ vel per variam literarum inter ſe complexionem, vel per alicujus rei alluſionem fieri ſolent, hoc titulo: *Nominum ænigmaticorum Theſaurus* (2), ſive Verſus involuti & occulti ſensûs. Auctor hujus Artis Cothbeddinus Ben Alaeldinus, nobilis Scriptor *Meccanus* (3), qui anno Egiræ 988. è vivis exceſsit. (4)

Inter multa, quæ ibi de hac Arte referuntur exempla, unum ſatis fuerit hominibus harum rerum non incurioſis proponere in nomine *Alcaſam* (5), quod ſanè, ſi accurratiùs, ſagaciúſque inſpexeris, aliud uno vocabulo, aliud in tria diſtractum, ſignificat. Nam tria illa verba *Alc*, *Catela*, *Mazacohu* diviſim ſonant *Alca*, *Sam*, id eſt *aufer venenum*; conjunctim verò *Alcaſam*, proprium viri nomen.

2.° Commentarius in idem Opus, titulo *Declaratio Theſauri Nominum* (6), auctore *Abdelmoin Ben Ahmad*, vulgò *Ben Albak*, Perſa *Balakhita* (7), cujus plurima & quidem ingenioſa Ænigmata operi adjuncta reperias.

3.° Epiſtola Parænetica Antiſtitis & Doctoris Medinæ *Abi Abdalla Malek Ben Anes Alasbahitæ* (8) ad Calipham, ſeu

(a) اسطبونه ۞ مربله ۞ سهيل ۞ بالبش ۞ قمارش ۞ المنكب ۞ شلو باذيـــــه ۞
برجه نرلايه ۞ طبرناش ۞ بيره ۞ مجاقر هوحصن جديد ۞ قنوريه ۞ برشانـــــه ۞
اوريه ۞ بسطه مختصه بالزعفران ۞ اشكر ۞ اندرش حريرها ذهب وتبر بهـــــا ۞
شيالش ۞ فنيانه ۞ الحمه ۞ صالحة ۞ البره ۞ منتفريد ۞ لوشه ۞ ارجدونـــــه ۞
شردار ۞ انتقيره ۞ ركوان ۞ قرطمه ۞ رنده ۞

(1) *Titulus*: كتاب الصادح والباغـــم ۞

(2) *Titulus*: كتاب كنز الاسما في فن المعمي ۞

(3) *Auctor*: جمع قطب الدين ابن علاي الدين الكاتب المكي ۞

(4) *Initium*: فلما كان الـــــــلادب ۞
*Finis*: الكمـــــــــالات ۞

(5) في اسم القسم ۞ يافاضلا فـــن العجي يشتاقه ما مثله التي فاذـــلا مزائه ۞

(6) *Titulus*: كشف كنز الاسمـــا ۞

(7) *Auctor*: عبد المعين بن احمد الشهير بابن البك البلخي ۞

(8) *Auctor*: رسالة امام دار الهجرة عالم المدينة ابي عبد الله مالك بن انـــس الاصبحي وهي وعظ واداب وتحذير ۞

ſeu Fidelium Imperatorem, *Raſchidum Harunum Abbaſidam*, qui auſpicatus eſt imperium anno Egiræ 170.

Ejuſmodi autem Epiſtola Mahometanas Leges per capita diſtributas, quas Caliphæ obſervandas proponit Doctor laudatus, omnino complectitur. (1)

Is verò Codex ad Bibliothecam *Zaidani* Marochi Regis olim pertinuit.

## DLIV.

Codex eleganti ac perita manu deſcriptus, abſque anni nota, quo continetur Opus hoc titulo: *Prata exquiſita de conſcribendarum Epiſtolarum ratione juxta virorum claſſem & conditionem* (2), auctore viro erudito *Abdalla Ben Mohamad Ben Abdalla Alraki*, vulgò *Ebn Hatlab* (3), qui *Alepi* & *Damaſci* Regis à ſecretis munus obiit anno Egiræ 859. (4)

Ibi præcepta conſcribendi Epiſtolas ad Reges, Principes, alioſque viros illuſtres, expreſsis etiam eorum titulis, traduntur: opus ſanè omnium, quæ de hoc argumento hactenus prodiere, accuratiſsimum.

## DLV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tomus ſecundus Operis cui titulus *Lætitiarum Polus*, de *Vini* ſcilicet *laudibus* (5): auctore *Abu Isaac Abrahim*, cognomento *Compotore lepido & grato* (6), qui è Poetis & ſolutæ orationis Scriptoribus multa in Vini commendationem collegit. Ibi de variis illius nominibus, origine, natura, utilitate, damno: de Conviviis & comeſſationibus: de Compotoribus, illorumque acutè dictis & carminibus diſſeritur. Variæ ac lepidæ prętereà interſeruntur narrationes; tùm CCCLV. Epigrammata de Vini laudibus, literarum ordine digeſta. (7)

## DLVI.

Codex die 15. Ragebi, anno Egiræ 978 exaratus, quo continetur Opus inſcriptum *Liber Vitæ perennis* (8), quinquaginta complectens Conciones, quas ad populum habuit *Abu Zaid Abdalla Ben Omar Aldabusi* (9), qui anno Egiræ 432 extinctus eſt in urbe *Aldabuſia* (10) inter *Bokharam* & *Samarcandam* ſita, quæ quidem ad *Tranſoxaniam*, ſive ad regiones *Mavaralnahræ* refertur, ut Cazuinæus & Abulpheda tradidere. (11)

## DLVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Poema inſcriptum *Lamiat Alagem*, nobis inter Poeticos Codices ſæpiùs laudatum: auctore *Mohamad Ben Abi*



(1) *Initium*: فاني كتبت الى ... ك ❁
*Finis*: برحمته ❁

(2) *Titulus*: المروج الزكية في توشية الدروج الخطابية ❁

(3) *Auctor*: تاليف الشيخ عبد الله بن محمد بن عبد الله الزكي المشهور بابن حنلب ❁

(4) *Initium*: فان صناعة الانشا ❁
*Finis*: النور ❁

(5) *Titulus*: الجزء الثاني من قطب السرور في اوصاف الخمور ❁

(6) *Auctor*: تاليف الشيخ الاديب ابي اسحق ابراهيم المعروف بالرقيق النديم ❁

(7) *Initium*: قال العتابي ❁
*Finis*: غيا ❁

(8) *Titulus*: كتاب الامد الاقصى ❁

(9) *Auctor*: تاليف ابو زيد عبد الله بن عمر الدبوسي ❁

(10) الدبوسية ❁

(11) *Initium*: الحمد لله الذي اكرمني ❁
*Finis*: والطاعة ❁

Baker Ben Omar Almakzumi *Ægyptio* (1), qui ab amicis *Alexandriæ* incolis rogatus, id Poema illuſtrare aggreſſus eſt anno Egiræ 794. Chriſti 1391.

## DLVIII.

Codex exaratus die 19. Rabii poſterioris anno Egiræ 993. Chriſti 1584. quo continetur Opus Philologicum multiplici eruditione refertum, titulo *Foliorum Fructus*, quod operâ & ſtudio *Abi Baker Ben Haggia*, Syri Apamei, prodiit anno Egiræ 825.

Hujus Operis plura apud hanc Bibliothecam extant exemplaria.

## DLIX.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione conſcriptum, titulo *Sponſæ Munus*, de ſolennibus nempe Matrimoniis juxta Mahometanorum conſuetudinem celebrandis, ubi de illorum cæremoniis ſive publicis, ſive ſecretis; de Conjugum ornamentis, animi, corporiſque dotibus, & aliis diſſeritur: auctore viro quidem erudito, ſed parum pudico, *Abu Abdalla Altegiani Hiſpano*.

Id verò eſt alterum ejuſdem Operis ſupra recenſiti exemplum.

## DLX.

Codex ſplendidè exaratus, abſque anni nota, in quo habetur Opus inſcriptum *Manuductio viri eloquentis ad Amici, vel Amantis confabulationem* (2), in XIV. capita digeſtum, idque tùm proſâ, tùm carmine elaboratum: auctore ignoto, qui verſus amatorios, aliaque id genus obſcœna lepore & ſale condita in unum congeſsit, & publici juris fecit. Eo in Opere, dictionis præter elegantiam & acumen, nihil omnino eſt quod laudes. (3)

## DLXI.

Codex luculenter exaratus, abſque anni nota, quo continentur triginta Diſſertationes, ſeu Orationes Academicæ admodum elegantes ac eruditæ, titulo *Conſeſſus Aſiuthæi* (4), quarum pleræque ſatyricæ; nonnullæ verò de laudibus *Meccæ* & *Medinæ*, de Mahometi progenitoribus, de Morte, de Vino, &c. auctore Gelaleldino *Alsiuthi Ægyptio*, quem ſæpiſsimè laudavimus. (5)

Is liber extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MDXC.

## DLXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Ejuſdem Opuſculum, *Appendix* (6) inſcriptum, ubi de re muliebri agitur. (7)

2.° Ejuſdem Opus, quod *Cingulum muliebre gemmis ornatum* (8) inſcribitur, in plura capita diſtributum. Ibi de Matrimonii inſtitutione, præſtantia, utilitate diſſeritur (9). Ad Codicis calcem oc-

(1) *Auctor*: شرح محمد بن ابي بكر بن عمر المخزومي المصري ۞

(2) *Titulus*: رشد اللبيب الي معاشرة الحبيب ۞

(3) *Initium*: فاني لما نظرت ۞ *Finis*: المثل ۞

(4) *Titulus*: المقامات السيوطية ۞

(5) *Initium*: لقد حاكم ۞ *Finis*: الي يوم الحساب

(6) *Titulus*: زيل علي الكتاب المسمي بالوشاح ۞

(7) *Initium*: هذا زيل علي كتابي ۞ *Finis*: النبيز ۞

(8) *Titulus*: كتاب الوشاح في فوايد النكاح ۞

(9) *Initium*: فقد اكثر الناس ۞ *Finis*: الجماع ۞

occurrit Supplementum *Ars Anatomica* (1) nuncupatum, ubi Auctor, ceteroquin doctus & gravis, ſingulas Viri & Mulieris partes ad generationem pertinentes, nulla prorsùs habita pudoris ratione, deſcribit.

## DLXIII.

Codex exaratus anno Egiræ 911. quo continetur Anonymi Liber tripartitus, inſcriptus *Exilium Anguſtiarum* (2), de ratione Epiſtolas ad Principes conſcribendi, ubi plurima hujuſmodi Epiſtolarum exempla proponuntur. (3)

## DLXIV.

Codex mutilus, Præfationis expers, continens Opus nullo titulo inſignitum, quod varias, & quidem ſelectas Orationes, ut & Carmina ex bene multis auctoribus excerpta, complectitur.

## DLXV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens Anonymi Opus x. capitibus comprehenſum, partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione elucubratum, cui talis nimirum titulus: *Liber Elegantiarum Delectus* (4), ubi variæ occurrunt Narrationes ex lepidioribus tàm Regum, quàm Mulierum & geſtis, & dictis petitæ. (5)

(1) *Titulus*: ۞ فن التشريـــــــح ۞

(2) *Titulus*: كتاب مزيل الحصر فـــي مكـاتيب اهل العصر ۞

(3) *Initium*: ۞ فقدام ـــــــــــــر ۞
*Finis*: ۞ عليـــــــــــــه ۞

(4) *Titulus*: كتاب المستظرف من زبد المستظرف ۞

(5) *Initium*: فقد سالني بعض اصحابـي ان اجمع لهم من اخبار الخلفا ومـــن حكـايات الامرا والادبا وفيه مايـــة حكايـة من اخبار النسا مع فنـــون شتي ۞
*Finis*: ۞ وهم ظبـــــــــــــــا ۞

LE-

# LEXICOGRAPHI
## *IN FOLIO.*

### DLXVI.

CODEX literis Cuphicis exaratus die 29. menſ. Ramdani anno Egiræ 833. quo continetur Lexicon Arabicum inſcriptum *Liber Ain* (1), câ ſcilicet de causâ, quòd à litera ع incipiat.

Hocce Lexicon tantæ eſt antiquitatis, ut inter Scriptores Arabes de illius auctore non conveniat. Plerique tamen *Khalilo Ben Ahmad Alpharahidi Baſrenſi*, qui anno Egiræ 75. obiit, tribuere videntur; alii aliis antiquioribus adſcribunt. Ceterùm Aſsiuthæus in *Florilegio de Arabicis Antiquitatibus* hujuſmodi Lexicon inter Arabica vocabularia quæ prodiere, primum eſſe cenſet; licet de illius auctore nihil certi ſtatuat.

### DLXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 845. quo continentur:

1.° Ejuſdem Lexici alterum exemplar, inferioris tamen notæ.

2.° Explanatio difficiliorum vocum, locorumque obſcuriorum, quæ in Codice *Authenticum* (2) inſcripto, de Jure nimirum Canonico, habentur: auctore *Mohamad Algiobbi*, *Cordubæ & Hiſpalis primario Judice* (3), qui ſexto Egiræ ſeculo vixit.

### DLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus feriâ 6. die 26. menſis Scheuali anno Egiræ 975. Chriſti 1567. complectens Lexicon Arabicum ſuprà memoratum, quod *Antiſtes Abu Baker Mohamad Ben Alhassan Alzebeidi* (4), *Cordubenſis*, Arabicæ linguæ peritiſsimus, ex variis exemplaribus Orientalibus, & Hiſpano-Arabicis exſcripſit, caſtigavit, atque in eum, quo nunc ſe habet, ordinem diſtribuit juſſu Imperatoris *Alhokm*, Hiſpaniarum Regis, *Almoſtanſer Billa* nuncupati, qui ex Omiaditis Calipha nonus extitit, obiitque anno Egiræ 366. teſte Ebn Alkhathib in *Hiſtoria Hiſpaniæ*. (5)

Ad ordinem Lexicorum Arabicorum quod attinet, hunc pleraque in dictionibus obſervant, ut inverſo ordine ab

(1) *Titulus*: كتاب العيـــــن ۞

(2) *Titulus*: شرح الفـاظ المدونـــــة الغريبة ۞

(3) *Auctor*: شرح الشيخ القاضي محمـد الجبي ۞

(4) *Auctor*: جمعه الامام اللغوي ابـــو بكر محمد بن الحسن الزبيدي ۞

(5) *Initium*: هذا كتاب امر بجمعـــه امير المومنين الحكم المستنصر بالله ۞

*Finis*: عن يـــــــاء ۞

ab ultima nempe dictionis litera ad primam uſque radicalem exordium fiat. Id enim eo conſilio factum exiſtimo, ut voce ſimiliter deſinentes, quibus etiam in proſa oratione maximè delectantur Arabes, faciliùs, citiúſque reperiantur.

## DLXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ, quo continetur Dictionarium Arabicum, titulo *Veſtis Serica auro contexta* (1), in x. partes diviſum: auctore *Abu Omar Alschaibani* (2), qui quidem obiit anno Egiræ 256. Hic verò Liber inter rariſsimos cenſetur. (3)

## DLXX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 1. menſis Rabii poſterioris anno Egiræ 594. quo continetur Onomaſticum Arabicum inſcriptum *Scribendi Methodus* (4), in plurimas partes juxta variarum rerum claſſes diſtributum: auctore viro erudito *Abu Mohamad Abdalla Ben Catiba Aldeinuri* (5), in urbe *Deinura* in Parthia nato, qui *Bagdadi* extinctus eſt anno Egiræ 270. In eo autem opere Epitheta, quæ rerum proprietatibus ac partibus conveniunt, perinde ac Animalium Nomina, præſertim quæ illorum naturas, motus, voces explicant, omnino reperias. (6)

De *Deinuræ* antiquitate, ubertate, amœnitate conſule Jacobum Golium in *Notis* ſæpiùs laudatis, ad *pag.* 222.

## DLXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° In ejuſdem Onomaſticum docti Anonymi Scholia & Additiones, ex quorum initio aliquot folia deſiderantur.

2.° Commentarius in Poemata varia, quæ viginti præſtantiſsimi Poetæ ibidem recenſiti, de Mahometi vita condidere, inſcriptus *Nova & ſingularis Expoſitio* (7), auctore *Abu Zerr Ebn Mohamad Ben Massud Alkhaschani Cordubensi* (8), qui totus in enucleandis abſtruſioribus vocabulis, lociſque obſcurioribus, quæ in iis Poematibus occurrunt, planè verſatur (9). Hujuſmodi autem Commentarius multiplici eruditione locuples, exaratus eſt die 2. menſis Saphari anno Egiræ 662. Chriſti 1263. idque ad uſum Regiæ Bibliothecæ *Granatenſis*.

## DLXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur:

1.° Liber ſextus decimus Lexici, cui titulus *Linguæ Arabicæ Proprietates* (10), incipiens à verbo أعيي, ac deſinens in verbum اعجر: auctore *Abulhassan Ali Ben Ismail*, *Grammatico & Lexicographo Hiſpano*, vulgò *Ebn Seyra* (11), qui

(1) *Titulus*: ۞ كتاب الجيـــــــم

(2) *Auctor*: ۞ تاليف ابو عمر الشيبانـــي

(3) *Initium*: ۞ الاوق النقـــــــل

*Finis*: ۞ ذ ــــــــــــــ روم

(4) *Titulus*: ۞ ادب الكتـــــــاب

(5) *Auctor*: تاليف ابي محمد عبد اللـــه بن قتيبة الدينوري ۞

(6) *Initium*: ۞ فاني رايت اكثـــــــر

*Finis*: ۞ في المعنـــــــــي

(7) *Titulus*: ۞ شرح غريب سيرة محمـــد

(8) *Auctor*: شرح ابو ذر ابن محمد بن مسعود الخشني القرطبي ۞

(9) *Initium*: ۞ فهذه نبـــــــذة

*Finis*: ۞ التاطـــــــــس

(10) *Titulus*: الكتاب المخصص فـــي اللغة العربية ۞

(11) *Auctor*: تصنيف ابي الحسن علـــي بن اسماعيل النحوي اللغوي الاندلســـي المعروف بابن سيده ۞

qui, ut ex noſtris *Bibliothecis Arabico-Hiſpanis* liquet, Lexicon hocce Arabicum viginti & quatuor Tomis complexus eſt, ubi non voces modò explanat, ſed etiam rerum penè omnium proprietates, nomina, & eruditionem ad eas ſpectantem latè, doctéque perſequitur (1). Is autem floruit inclinante ſeculo Egiræ quarto.

2.° Liber, ſeu Tomus decimus ſeptimus ejuſdem Lexici, ubi, & quidem præcipuè, de Nominum generibus agitur. (2)

Uterque Tomus *Murciæ* exaratus, alter die 18. menſis Gemadi prioris anno Egiræ 562. Chriſti 1166. alter verò feriâ 4. die 16. Schabani, anno ejuſdem Æræ 599.

## DLXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in urbe *Septa* die 11. Gemadi poſterioris anno Egiræ 730. Chriſti 1329. quo continetur Dictionarium Arabicum inſcriptum *Liber Verborum* (3), tripartitumque. Ibi Verba omnia radicalia, ſeu ſimplicia, & compoſita, necnon dictiones ex illis derivatæ proponuntur. Accedit prætereà recta Methodus verba diverſis rebus accommodandi, uſum ac tempus hujuſmodi præfiniens. Auctor fuit magni apud Arabas nominis Grammaticus *Abulcassen Ebn Alcatha* (4), patriâ *Siculus*, domicilio *Cordubenſis*, qui anno Egiræ 514. ſupremum obiit diem. (5)

## DLXXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tomus ſecundus Dictionarii quod inſcribitur *Opus abſolutum* (6), incipiens à litera ر & ad literam ع uſque perductus, adeoque literas novem complectens: auctore *Magdedino Abulsadat Ebn Alschaibani Algezeri*, vulgò *Ebn Alathir* (7), qui anno Egiræ 556 in Aſsyria claruit, ubi egregium ſanè Dictionarium elucubravit Antiquitates Arabicas tribus voluminibus complexum.

## DLXXV.

Codex literis nitidis, abſque anni nota exaratus, quo continetur ejuſdem Dictionarii Tomus tertius & ultimus, qui incipit à litera غ & ad poſtremam alphabeti literam ي pertingit.

Uterque Tomus ad uſum Regiæ Bibliothecæ Marochanæ deſcriptus.

## DLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Tremiſena* à Librario quodam *Abrahamo Ben Mohamad Ben Giahd Granatenſi* die 10. Ragebi, anno Egiræ 844. Chriſti 1440. in quo habetur Dictionarium Arabicum inſcriptum *Linguæ Diadema* (8), auctore viro graviſsimo *Abu Nasser Ismail Ebn Hamad Algiauhari Alpharabi* (9), qui na-

(1) *Initium*: ✲ افع——————ي

*Finis*: ✲ عج——————ز

(2) *Initium*: ✲ ومما يوف——————ث

*Finis*: ✲ علوا كبي——————را

(3) *Titulus*: ✲ كتاب الافع——————ال

(4) *Auctor*: تاليف ابو القاسم اب——————ن القطاع ✲

(5) *Initium*: ✲ اعلم أن افض——————ل

*Finis*: ✲ السراس——————ي

(6) *Titulus*: ✲ كتاب النهاي——————ة

(7) *Auctor*: تاليف مجد الدين اب——————و السعادات ابن الشيباني الج——————زري المعروف بابن الاثير ✲

(8) *Titulus*: ✲ كتاب تاج اللغ——————ة

(9) *Auctor*: تصنيف الشيخ الامام ابو نصر اسماعيل ابن حماد الجوهري الفرابي ✲

natus in urbe Regni Turcarum, tunc temporis *Pharab*, hodie *Otrar* dicta, in Aſſyria atque Ægypto ſedulam linguæ Arabicæ ſtudio dedit operam Tandem teſte Abulpheda, anno Egiræ 398. deceſsit. (1)

Dictionarium, de quo in præſentia ſermo eſt, etiam *Linguæ Puritas* (2) inſcribitur; idque ſecundùm alia ipſius exemplaria, quorum tria vulgatiſsima ſunt.

Eo ſanè inſigni Lexicographo duce, ſuum Jacobus Golius *Lexicon Arabico-Latinum* contexuit & ad umbilicum feliciter perduxit, cujus paucisſima (quod maximè dolendum) hodie ſuperſunt exemplaria. Verùm hac de re Golium ipſum audire haud, puto, ingratum erit. „Inter ipſos autem Arabes (ait „in Præfatione ad Lectorem) qui „linguam ſuam ab omni antiquitate „diligenter excoluerunt, & ex probatiſsimis auctoribus, tùm lectione eorum, tùm auditu, pluribus monumentis traditam habent, duo præ „ceteris in hoc argumento recepti „paſsim & conſpicui Scriptores extant, „quos velut duo ſidera, Cynoſuram „& Helicen, omnis ferè eruditorum „cohors in ipſo Oriente ſequi ſolet. „Eorum alter florentiſsimo literis ſeculo vixit, alter poſteriore ac deflo„reſcente, *Geuharis* nimirum & *Firuzabadius*, *Camuſi* auctor. Quorum „ille fœcundum flumen, hic profun„dum pelagus, uterque profuſæ do„ctrinæ opus emiſit. Quemadmodum „igitur idem *Gigæus* interpretandum „ſuſcepiſſet imprimis *Firuzabadium*: ita „ego, ut ex Oriente quoque cele„brem aliquem Europæ inſerrem Ara„bica interpretandi magiſtrum, al„terum illum, nempe *Geuharim*, de„legi, ut qui maximè docto præ aliis „ævo dictus eſſet *Linguæ Ariſtes*; non „minùs de ea meritus adhibito de„lectu vocum, & habita ratione „uſûs, quàm luxuriante copia *Firuza„badius*.



## DLXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo ſcilicet habetur ejuſdem Dictionarii in Tomos tres digeſti Tomus primus, qui continet literas decem integras, videlicet ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر (3)

## DLXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus à quodam Scriba *Hiſpano* ex urbe *Xerez*, nomine *Mohameto Ben Abdelmalek*, feriâ 4. die 22. Scheuali, anno Egiræ 735. Chriſti 1334. quo continetur ejuſdem Dictionarii Tomus tertius, qui poſteriores ſex literas, videlicet ل م ن ه و ي complectitur. (4)

## DLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 14. Rabii poſterioris anno Egiræ 705. Chriſti 1305. quo continetur ejuſdem Dictionarii Tomus ſecundus ſed alterius exemplaris, qui literas quatuor complectitur, videlicet ز س ش ص

## DLXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem Dictionarii Tomus item ſecundus,



(1) *Initium*: ۞ نذكر في هذا البـــــاب ۞
*Finis*: ۞ القطـــــــــــــــر
(2) *Titulus*: ۞ صحاح اللغـــــــــــة

(3) *Initium*: ۞ فاني قد اودعـــــــــــن
*Finis*: ۞ الموضـــــــــــــــع
(4) *Initium*: ۞ ابـــــــــــــــل
*Finis*: ۞ القطـــــــــــــــر

dus, incipiens quidem à verbo خبر, deſinenſque in verbum للشياع, qui continet literas duodecim, videlicet د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ

## DLXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus feriâ 5. die 8. menſis Ramdani anno Egiræ 713. Chriſti 1313. idque in urbe *Septa*, quo continetur ejuſdem Dictionarii in Tomos quinque diviſi Tomus quintus qui literas quatuor, videlicet ن ه و ي, comprehendit.

Omnia recenſita ejus Dictionarii exemplaria ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuere.

## DLXXXII.

Codex nitidè exaratus die 19. Moharrami anno Egiræ 997. Chriſti 1588. quo continetur ejuſdem Dictionarii Supplementum, titulo *Appendix ad Librum Giauharæi*, *Linguæ Diadema nuncupatum* (1), auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Beri Hieroſolymitano*, cujus mors in annum Egiræ 582. cadit. Ibi Auctor *Giauharæi* Dictionarium non locupletat ſolùm, ſed maxima etiam ex parte caſtigat. (2)

## DLXXXIII.

Codex eleganti & accurata manu exaratus, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem Dictionarii Epitome, quam adornavit *Ali Ben Mohamad Alfeliabadi* (3) *Perſa*, inſcripſitque (4) *Librum Eloquentiæ*. (5)

Alteram ejuſdem Dictionarii Epitomen confecit *Mohamad Ben Abu Baker Ben Abdalla Alrazi*: cujus exemplar extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCCCXXIX.

## DLXXXIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 856. Chriſti 1452. quo continetur Dictionarium celeberrimum, *Camus*, ſive *Oceanus* (6) appellatum, auctore *Magdeddino Mohamad Ben Jacob*, vulgò *Alfiruzabadi* (7), *Perſa*, qui in loco dicto *Phiruzabad*, ad Schirazæ tractum pertinente, natus anno Egiræ 729. obiit anno 816. penè nonagenarius, ut in ſua *Biblioth. Orientali* tradit Aſsiuthæus. Summæ eruditionis vir ſummo apud Reges & Principes in honore fuit, præſertim apud *Iſmaelem* filium *Abbaſi* Jemanenſem, cui hocce opus dedicavit; quin etiam à Tamerlano quinque aureorum millibus donatus fuiſſe perhibetur. (8)

Itaque noſter hic Auctor, ut ipſe in Præfatione teſtatur, ſuum illud Dictionarium Arabicum in ſexaginta volumina produxit primùm, deinde mole deterritus, conſilio mutato, in unum contraxit. Ibi *Giauharæum* culpat quòd non omnes Arabicas dictiones ſuo Lexico ſit complexus.

Verùm ad hujus Dictionarii auctoritatem, commendationemque quod ſpectat, omnes Orientis viri literati uno ore fatentur illud omnium, quæ hactenus in lucem prodiere, ampliſsimum, ac-

(1) *Titulus*: املا علي كتاب تاج اللغة للجوهري ۞

(2) *Initium*: قال الجوهري نذكر ۞
*Finis*: انتهى ۞

(3) *Auctor*: تاليف علي بن محمد الفلياباذي ۞

(4) *Titulus*: كتاب الفصاح في اللغة ۞

(5) *Initium*: اني لما اردت الاحاطة ۞
*Finis*: يعمل بيديه جميعا ۞

(6) *Titulus*: كتاب القاموس المحيط ۞

(7) *Auctor*: تاليف مجد الدين محمد ابن يعقوب الفيروزبادي ۞

(8) *Initium*: الاداة ۞
*Finis*: لانه لاخلف ۞

accuratiſsimum, eruditiſsimum eſſe: quod quidem tantæ cum ſit utilitatis, utinam quemadmodum ab *Ahmed Ben Markez* eſt Turcicè redditum, ita ab alio Latinè aliquando reddatur!

## DLXXXV.

Codex nitidè exaratus feriâ 4. die 19. menſis Schabani anno Egiræ 967. Chriſti 1559. quo continetur ejuſdem Dictionarii ſecundum exemplar.

Ex Regia Bibliotheca *Zaidani* Marochi Regis.

## DLXXXVI.

Codex nitidis & verſicoloribus literis pereleganter exaratus, ſed omiſsâ anni notâ, quo tertium ejuſdem exemplar continetur.

## DLXXXVII.

Codex eleganti ac perita manu exaratus, abſque anni nota, quo ejuſdem exemplar quartum continetur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DLXXXVIII.

Codex nitidè, eleganterque exaratus feriâ 6. die 24. menſis Saphari anno Egiræ 975. Chriſti 1567. quo continetur quintum ejuſdem Dictionarii exemplar.

## DLXXXIX.

Codex nitidè exaratus, ſine anni nota, & ſine mutilus, in quo ejuſdem habetur ſextum exemplar, in literam ض cum غ deſinens.

*Tom. I.*

## DXC.

Codex nitidè exaratus die 15. feriâ 6. menſis Dilcadat anno Egiræ 961. Chriſti 1553. quo continetur ejuſdem Dictionarii ſeptimum exemplar, ſed mutilum, quippe quod à litera ط incipiat.

## DXCI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 977. feriâ 2. die 19. menſis Moharrami, Chriſti 1569. quo continetur Commentarius in idem Dictionarium, inſcriptus *Libamen* (1), auctore *Mohamad Badereldino Ben Jahia Ebn Omar*, vulgò *Alcaraphi Fessano*, *Scholæ Malachiticæ Doctore* (2), qui laudatum Dictionarium & magnopere auxit, & plurima illius vocabula obſcuriora illuſtravit. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXCII.

Codex exaratus feriâ 7. die 11. menſis Scheuali anno Egiræ 985. Chriſti 1577. quo continetur alterum ejuſdem Commentarii exemplar pluribus notis, iiſque eruditis amplificatum.

## DXCIII.

Codex nitidè exaratus feriâ 2. die 20. Moharrami, anno Egiræ 1001. Chriſti 1592. quo continetur Onomaſticon Arabicum inſcriptum *Nominum Diadema* (4), ubi de Verborum radicibus ac Nominibus infinitivis agitur: auctore, viro ſcriptis nobiliſsimo, *Zamkhaſchræo*, non ſemel ſupra memorato. (5)



(1) *Titulus*: القول المانوس بشرح بعض الفاظ القاموس ۞

(2) *Auctor*: مولفه محمد بدر الدين بن يحيي ابن عمر الفاسي الشهير بالقرافي المالكي ۞

(3) *Initium*: فلا يخفي ——— ۞
*Finis*: ذود ——— ه ۞

(4) *Titulus*: كتاب تاج الاسما في اللغة ۞

(5) *Initium*: ولما علمت ان اللغات ۞
*Finis*: النورد ——— ة ۞

## DXCIV.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem Scriptoris Dictionarium, titulo *Eloquentiæ Fundamenta* (1), ordine alphabetico, & quidem recto, ut vulgò Græca & Latina Lexica, digeſtum. Ibi plurima tùm Rhetorum, tùm Poetarum loca & teſtimonia ſingulis dictionibus aptata reperias. (2)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DXCV.

Codex non ineleganti manu exaratus, quo continetur Vocabularium trilingue, videlicet Arabico-Hebraico-Latinum, cujus tria prima folia voces Arabicas & Hebraicas tantùm exhibent; ſeptem verò quæ ſequuntur, Arabicas præferunt & Latinas, quæ quidem Latinæ non minus ſunt barbaræ quàm impropriæ & ineptæ; reliqua poſtremò folia dictiones Arabicas, Hiſpanaſque complectuntur.

Ad hujuſce Vocabularii auctorem quod ſpectat, nota Arabica in extremo Codice appoſita illum apertè declarat: quæ ita ſe habet:

„ Hunc librum deſcripſit, abſol„ vitque illius auctor *Joannes Leo Gra*„ *naienſis*, qui anteà vocitabatur *Al*„ *haſſam Ben Mohamad Alvazan Feſſa*„ *nus*; idque poſtremis Januarii diebus „ anno Chriſtianorum vigeſimo quar„ to ſupra milleſimum quingenteſimum, „ qui Mahometanorum anno 930. re„ ſpondet, & quidem in urbe *Bononiæ* „ in Italia, ad uſum Doctoris & periti „ Medici *Jacobi Simeonis filii Alvaphi*, „ natione Judæi. (a)

Qua ex nota, quod multùm, diuque fruſtra conquiſieram, tandem aliquando patuit, Leonis ſcilicet Africani, celeberrimi Scriptoris, gentile nomen, ſive quod is ante ejuratam Mahometi ſectam habuit.

Illud verò videtur hîc obiter admonendum, Auctorem hunc, neglecta ſolaris & lunaris anni ratione (quod familiare illi vitium) hoc loco Egiræ annum 930. ad annum Chriſti 1524. perperam referre, cum annus ille anno Chriſtiano 1523. ad amuſsim reſpondeat.

Hîc præterea, tanquam è re nata, viſum eſt agere de Leonis Africani genere & ſcriptis, præſertim de libello cui titulus *Vitæ Philoſophorum Arabum*, ſive *de Viris quibuſdam apud Arabas illuſtribus*.

Leo igitur Africanus, cui Mahometi anteà nomen erat, ex nobili Zaiditarum familia *Granatæ* ortus eſt. Literis *Feſſæ* quàm maximè excultus, plura ingenii ſui monumenta poſteris reliquit, ut ex *Africæ Deſcriptione* liquidò conſtat. Id autem opus toto orbe celeberrimum, quod

(a) فرغ من نسخ هذا الكتاب مولفه يوحني الاسد الغرناطي المدعو قبل الحسن بن محمد الوزان الفاسي في اواخر يناير عام اربعة وعشرين بعد الف وخمسماية لتاريخ المسيحيين الموافق لعام ثلثين وتسعماية لتاريخ المسلمين وذلك بمدينة بلونيا من بلاد اطاليا برسم المعلم الطبيب الماهر يعقوب بن شمعون الوفي الاسرايلي ۞

(1) *Titulus*: ۞ كتاب اساس البلاغة

(2) *Initium*: ۞ اطلب الاباة
*Finis*: ۞ والفحل الهاج

quod Arabicè priùs conſcripſerat, ipſe Italicè poſteà *Romæ* vertit, tandemque Joannes Florianus in Latinam linguam perèleganter tranſtulit, typiſque mandavit Antuerpiæ anno Salutis MDLVI. Idem quoque Grammaticam, & Poeticam elucubravit, quam ipſe *Lib.* III. *pag.* 132. laudat; Commentarios de Lege, ac Religione Mahometana, quos ibidem memorat *pag.* 127. ac libellum Philoſophorum Arabum Vitas complectentem, cujus meminit *pag.* 136. quem ab Hottingero latinitate donatum Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* Tomo XIII. inſeruit.

Multa verò in eo Libello nobis adnotanda occurrunt à Leonis Africani ſtylo & eruditione prorsùs abſona, quæque ab Scriptorum Arabum & ab ipſius Leonis ſententia maximè abhorrent. Quare genuinum peritiſsimi hujus Auctoris partum eſſe meritò ambigimus. Quod ut luculentiùs pateat, Libelli contextum primo loco, deinde communem Arabum conſenſum ejus verbis adverſantem proponemus.

In *Eſciari Philoſophi* Vita *pag.* 262. Libelli contextus habet: *Mortuus eſt autem iſte Eſciari anno* 331. *de Elhegira*; Arabum verò Scriptores illius mortem ad annum 324. referunt.

In *Raſis Medici* Vita *pag.* 266. ſic Libellus: *Cujus famam cum intellexiſſet Elmanſor Secretarius major Pontificis Cordubæ.... vocari juſsit hunc Raſim.... ad Cordubam tandem pervenit.... Eo tempore Raſis famoſum librum compoſuit, quem Elmanſor nominavit.* Equidem ſcriptorem Arabem qui talia tradiderit, legi neminem; ſiquidem Abulpheda & Abulpharagius, ut alios omittam, qui Raſis vitam, moreſque deſcribunt, de illius in Hiſpaniam adventu ne verbum quidem. Plerique autem eum in Aſia deceſsiſſe anno Egiræ 320. teſtantur; etſi alii ejuſdem mortem ad annum 310. & 311. referunt. Ad Librum *Elmanſor* dictum quod attinet, audiamus Golium doctrinâ & eruditione Arabica mihi facilè principem. Is in *Notis*, *pag.* 213. hæc habet: „ Inter eos (Libros) „ ſemper laudatum fuit de morbis par„ ticularibus opus *Medicina Manſoriana* „ dictum, velut Almanſori dicatum; „ apud nos vulgò Raſis ad Almanſo„ rem. Fuit autem hic, ne quis erret, „ Almanſor fil. Ishaac fil. Ahmed, Mu„ ctaſis Califæ Abbaſidæ XXXVIII. „ ex fratre nepos, *Räiæ* à patruo „ præfectus; non verò Almanſor Ca„ lifarum eorundem Abbaſidarum ſe„ cundus, Imperialis urbis *Bagdadi* „ conditor; quippe qui A. H. 158. „ deceſsit.

In *Ezahragui* Vita *pag.* 268. legitur: *Qui obiit anno belli Cordubæ de Elhegira anno* 404. Sed omnes Bibliothecæ *Arabico-Hiſpanæ Eſcurialenſes* eum anno 500. mortuum eſſe tradunt. Atque hìc monendus Lector unum, eundemque eſſe *Ezahragui* Medicum Cordubenſem, ac *Alzahravi*, vulgò *Alzarabi*, cujus vitam Tomo II. noſtræ Bibliothecæ deſcribimus.

In Philoſophi *Ebn Alſaiegh* Vita *pag.* 279. traditur: *Mortuus eſt autem anno* 550; juxta verò Arabum Scriptores is anno Egiræ 525. vel 533. obiit.

In *Eſſeriph Eſachali* Vita *pag.* 278. legas: *Mortuus eſt anno* 516. quum aliunde conſtet eum operi ſuo finem impoſuiſſe anno Egiræ 548.

Hunc autem *Eſſeriph Eſachali* ex operis Geographici Rogerio *Siciliæ* Regi inſcripti titulo non alium à Geographo *Edriſo* eſſe intelligimus, cujus libri Epitome Arabicè prodiit Romæ, Latinè Pariſiis ex Gabrielis Sionitæ, ac Joannis Eſronitæ verſione.

In Medici *Emram* Vita *pag.* 295. hæc leguntur: *Quod cum præſenſiſſet*

*præ-*

*præfatus Dominus*, *cucurrit ad Gebeltar*, *&* *ante pedes Joſeph filii Thephin* (Taſchphin) *Regis Marochi proſtratus*, *factum Oratoris Judæi accenſuit*, *qui dictus Rex decrevit ei auxilium præſtare. . . . Eòque cum exercitu ſuo diſceſsit*, *&* *in Bethicam pervenit*, *Hiſpaniæque occurrit. . . &* *major pars exercitus interfecta eſt. Sicque reverſus eſt Dominus Siviliæ in domum ſuam*, *&* *Rex Marochi in Mauritaniam. Fuit autem interfectus dictus Emram anno* 387. Verùm hæc ab Arabum Chronicis omnino diſsident, qui *Joſephi Ben Taſchphin* in Hiſpaniam adventum anno Egiræ 479. obitum verò anno 500. contigiſſe memorant; atque urbem *Marochum* ab eodem *Joſepho Ben Taſchphin* multò poſt annum 387 conditam fuiſſe teſtantur. Duos præ ceteris mihi fide dignos, & maximæ quidem apud Latinos auctoritatis hîc laudo, ipſum videlicet Leonem Africanum, atque Geographum Nubienſem, quorum prior *Lib.* II. *pag.* 59. ubi *Marochum* urbem deſcribens, ait: *quandoquidem temporibus Joſephi qui Tesfin filius fuit*, *anno* 424. *Hegiræ prima illius ſunt jacta fundamenta*; alter verò eam abſolutam eſſe prodidit anno Egiræ 470. En ejus verba *pag.* 76. *Ad plagam ſeptentrionalem eſt urbs Marocos*, *quam condidit Joſeph filius Taſeſin initio anni quadringenteſimi ſeptuageſimi.* Quæ cum ita ſint, quî fieri poteſt ut Joſephus Ben Taſchphin, *Marochi Rex* ante ipſam urbem conditam appelletur? atque idem Leo Africanus utriuſque operis ſit auctor, qui in altero *Marochum* urbem conditam ante annum 387. in altero autem prima illius fundamenta anno 424. jacta eſſe tradat; niſi Leonem Africanum ſibi non ubique conſtare dixerimus? Alia vitia benè multa, quæ in eo Libello paſsim occurrunt, brevitatis gratiâ prætermittimus.

## DXCVI.

Codex eleganti & perita manu exaratus, ſed utrinque mutilus, quo continetur Dictionarium Arabico-Hiſpanum, auctore anonymo utriuſque linguæ Arabicæ & Hiſpanæ ſcientiſsimo ac erudito, quippe qui plurimas voces ad Arabum antiquitates, familiarum ſeries, ritus, mores pertinentes probè noverit. Hunc Chriſtianum potiùs quàm Mahometanum fuiſſe ſuſpicari licet, cum Hiſpanam linguam optimè calleat, & elocutione Chriſtianorum propria interdum utatur. (1)

## DXCVII.

Codex nitidè exaratus die 5. Schewali anno Egiræ 616. quo continetur Dictionarium Arabico-Perſicum inſcriptum *Liber Derivationum* (2), auctore ABU ABDALLA ALHOSAIN BEN AHMAD ALZUZENI, qui totus eſt in congerendis verborum radicibus ac etymologiis. (3)

Is Codex extat in Reg. Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCCLVI.

LE-

(1) *Initium*: ☼ اهـــــــــــة
*Finis*: ☼ بينمـــــــــــم
(2) *Titulus*: ☼ كتاب المصـــــــادر

(3) *Initium*: ☼ هذه مصادر التقب سوراخ
*Finis*: ☼ جاهـــــــــــم

# LEXICOGRAPHI

## *IN QUARTO.*

### DXCVIII.

Codex quàm nitidiſsimè exaratus feriâ 1. die 26. menſis Saphari anno Egiræ 821. Chriſti 1418. quo continetur Onomaſticon Arabicum Perſicè explicatum, cui titulus (1) *Excellens* (2). Id in plura capita dividitur, „ quibus Nomina & Synonyma ad „ Deum, ad Religionem, ad Anima- „ lia, ad Mulieres, earumque dotes „ & ornatum; ad Veſtitum & ſu- „ pellectilia; ad Artes, potum, ci- „ bumque; ad Morbos, eorumque „ remedia; ad Equos & arma; ad „ Aves; ad Muſicam & voces; tùm „ ad Arithmeticam & pondera; ad „ Cœlum, Terramque; ad Vegetabi- „ lia, arbores & flores; ad Tempo- „ rum denique doctrinam ſpectantia „ comprehenduntur. (a)

Præſtantiſsimi Lexici auctor ABULPHATH AHMAD BEN MOHAMAD ALMIDANI *Niſaburienſis*, à *Midan* vico denominatus, qui operi ultimam impoſuit manum die 14. Ramdani, anno Egiræ 497. ut ipſe in erudito & eleganti Prologo profitetur.

Is autem Codex extat in Reg. Bibliotheca Pariſienſi *Num.* MCCCXXXIV.

### DXCIX.

Codex pulchrè exaratus die 3. Schabani, anno Egiræ 982. quo continetur Lexicon Arabicum accuratiſsimum, titulo *Fax lucida* (3), ordine alphabetico Latinorum more digeſtum: auctore AHMAD ALPHAIUMI (4), *Ægyptio* ex urbe *Pheiuma* noſtro ævo notiſsima, qui hocce Lexicon ſe abſolviſſe ait die 29. menſis Schabani anno Egiræ 734. Chriſti 1333. illudque ex ſeptuaginta optimæ notæ Lexicographis excerpſiſſe (5). Nos eorum aliquot, quorum opera & nomina ad Codicis calcem ſubnectit, proponemus, quæ nempe ſunt:

„ Caſtigata ſermonis Methodus viri „ eruditi AZHAREI: Epitome Lexici „ Rhetorici Doctoris EBN PHARES: „ Ejuſdem Verborum & Dictionum „ Delectus: Ejuſdem Dictionarium de „ Generibus: Ejuſdem Onomaſticon „ univerſale: Gloſſarium brevius & fu- „ ſius viri eruditi ABI BAKERI EBN „ ALAMBARI: Vocabularium inſcri- „ ptum

(a) في الاسما المطلقة علي الله وشرايع الاسلام والاديان ۞ في الحيوانات وما يضاف اليها ۞ في ذكر صفات النسا ۞ في مايلبس ويفرش ۞ في الصناع ۞ في الشراب والاطعمة ۞ في الامراض والادواء في الخيل والاسلحة ۞ في الطير ۞ في الاصوات ۞ في الحساب والموازين ۞ في ذكر السما والارض ۞ في النبات والاشجار في علم الاوقات والشهور والسنين ۞

(1) *Titulus:* كتاب السامي في الاسامي ۞

(2) *Initium:* الحمد لله ــــ خــــري ۞
*Finis:* والامــــــــن ۞

(3) *Titulus:* كتاب المصباح المنير في اللغة ۞

(4) *Auctor:* احمد الفيومي ۞

(5) *Initium:* أ ــــــــ ب ۞
*Finis:* بيـــــــــس ۞

„ ptum *Vertex Montis*, auctore *Abi Zaid Said Ben Avas Ansarita*: Ejuſdem Lexicon ſelectiſsimum: Dictionarium *Scribendi Ratio* dictum, auctore *Ebn Cathiba*: Gloſſarium Artis bene dicendi, opus Doctoris *Alpharabæi*: Dictionarium *Giauharæi*, *Linguæ Puritas* nuncupatum: Lexicon, cui titulus *Eloquens*, auctore *Talebi*: Onomaſticon copioſum & contractum, auctore *Abu Isaac Alzegegæi*: Ars ſcribendi, auctore *Ebn Alcuthia* Lexicographo: Item duo alia Dictionaria eodem titulo inſignita, quorum ſcriptores ſunt *Abu Musa Cæſarauguſtanus*, & *Ebn Alcata*: Lexicon *Zamkhascharæi*, *Eloquentiæ Fundamentum* dictum: Gloſſarium Doctoris *Almatarzæi*: Onomaſticon Grammaticum viri eruditi *Gevaliki*: Liber Utilitatum, auctore *Sakhavi*: Gloſſarium *Ebn Alathiri*, quod *Abſoluti* nomine circumfertur: Dictionarium exoticum viri eruditi *Abi Obaid Alcassem Ben Salam*: Epitome Lexici *Ain* nuncupati: Liber Animalium, auctore *Abi Hatem Alsagestani*, &c.

## DC.

Codex literis Cuphicis exaratus die 15. Rabii poſterioris anno Egiræ 627. Chriſti 1229. nonnullis ex initio foliis mutilus, quartum exhibens Tomum Dictionarii, cui titulus *Scientiarum Sol* (1), in Tomos octo diſtributi, auctore ignoto.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCI.

Codex in urbe *Hiſpahana* exaratus anno Chriſti 1648. quo continetur Lexicon Arabico-Perſicum, ad uſum *P. Dominici Germani*, Provinciæ Romanæ Reformatæ Collegii S. Petri Montis Aurei, &c. elaboratum. (2)

## DCII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 9. menſis Rabii poſterioris anno Egiræ 486. Chriſti 1093. quo continetur Dictionarium inſcriptum *Cribrum* (3), ſelectiores Arabicas dictiones ex op-

(a) كتاب التهذيب الازهري ۞ مختصر المجمل لابن فارس ۞ وكتابه منتخب الالفاظ ۞ وكتابه المذكر والموذث ۞ وكتابه التوسعة ۞ كتاب المقصور والممدود لابي بكر ابن الانباري ۞ كتاب المصاد لابي زيد سعيد بن اوس الانصاري ۞ وكتابه النوادر ۞ ادب الكاتب لابن قتيبه ۞ ديوان الادب للفار ابي ۞ الصحاح للجوهري ۞ الفصيح لثعلب ۞ المقصور والمدود لابي اسحق الزجاج ۞ كتاب الافعال لابن القوطيه ۞ كتاب الافعال لابي موسي السرقسطي ۞ وكتاب افعال ابن القطاع ۞ اساس البلاغة للزمخشري ۞ والمغرب للمطرزي ۞ المعربات لابن الجواليقي ۞ سفر الافادة للسخاوي ۞ والنهاية لابن الاثير ۞ غريب اللغة لابن عبيد القاسم بن سلام ۞ مختصر العين ۞ كتاب الوحوش لابي حاتم السجستاني ۞

(1) *Titulus*: الجزء الرابع من كتاب شمس العلوم ۞

(2) *Initium*: ابـــــا ۞ *Finis*: بهـــــودي ۞

(3) *Titulus*: كتاب المنخـــل ۞

optimæ notæ ſcriptoribus ad Rhetorum inſtitutionem excerptas complectens, ubi de Particularum uſu diſſeritur : auctore *Alhassan Ben Ali Ben Alhassin* (1) *Hiſpano.* (2)

DCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus horis veſpertinis feriæ primæ die 9. menſis Saphari anno Egiræ 881. Chriſti 1476. quo continetur Lexicon Arabicum, cui *Animadverſiones ad Lectorem* (3) titulus, ad Grammaticorum uſum editum à viro clariſsimo *Ebn Alrai Hispalensi* (4), qui anno Egiræ 797. feriâ 4. die 11. menſis Ramdani, Chriſti 1394. ſummam operi manum impoſuit.

# LEXICOGRAPHI

## *IN OCTAVO.*

DCIV.

Codex nitidè exaratus in urbe *Adrianopoli* anno Egiræ 971. quo continetur Onomaſticon Etymologicum, inſcriptum *Rerum Definitiones* (5), auctore *Mosleheldino Mustapha Ben Mohieldin Mohamad Ben Ismail Altarvi*, vulgò *Ebn Alcossa* (6), qui voces Scholaſticas, Theologicas, Philoſophicas, Juridicas, &c. expendit. (7)

DCV.

Codex nitidè exaratus die 21. Ragebi, anno Egiræ 654. Chriſti 1256. quo continetur Nomenclator Arabicus, titulo *Sufficientiæ Liber* (8), ubi Epithetorum & Synonymorum ſuppetit copia, literarum ſerie diſtributa : auctore *Borhaneddino Almotarezi*, de quo non ſemel mentio.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

DCVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo Dictionarium Perſico-Turcicum habetur. (9)

DCVII.

Codex exaratus die 5. Aprilis anno 1922. Æræ Alexandrinæ, ſeu Epochæ Seleucidarum, qui convenit cum anno Chriſtianæ 1610. continens nempe Gloſſarium trilingue Chaldaico-Arabico-Latinum, ſanè non contemnendum, quippe quod Scientiarum, Artium, variarumque rerum nomenclaturam in plura capita pro ſingulis earum generibus tributam quàm aptiſsimè complectatur. At nonnulla ex initio folia deſideres.

DCVIII.

Codex utrinque mutilus, quo Dictionarium Græco-Arabicum eleganter ac peritè deſcriptum continetur.



(1) *Auctor* : تاليف الحسن بن علي بــن الحسين المغربي ۞
(2) *Initium* : ۞ اني لما وجــــــــدت
*Finis* : ۞ الطيبــــــــــــــــة
(3) *Titulus* : ۞ كتاب تنبيه الطالـــــب
(4) *Auctor* : تاليف ابن الراعــــــــــي الاشبيلي ۞
(5) *Titulus* : ۞ كتاب التعريفــــــــات

(6) *Auctor* : مصلح الدين مصطفي بــن محي الدين محمد بن اسمعيل التــروي المشهور بابن القصاع ۞
(7) *Initium* : ۞ فهذه تعريفــــــــات
*Finis* : ۞ من قبلــــــــــه
(8) *Titulus* : ۞ كتاب الاقنــــــــاع
(9) *Initium* : ۞ اب صــــــــــودر
*Finis* : ۞ وبوزمـــــــــــق

# PHILOSOPHICI
## *IN FOLIO.*

### DCIX.

CODEX literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Logicam Philoſophi *Abi Nasseri Alpharabii*, titulo *Iſagoges Expoſitio* (1), auctore *Abu Baker Jahia Ben Alsaiegh Mohamad* (2) *Hiſpano* (3), viro apud Mahometanos & Europæos ob inſignem rerum Philoſophicarum peritiam celebratiſsimo, de quo *Philoſophorum Bibliotheca* ſic tradit: „ *Abu* „ *Baker Ben Alſaiegh*, vulgò *Ebn Bageh*, „ in veterum Philoſophorum ſcientiis „ verſatiſsimus, vir verè doctus ac eru„ditus, ita ut ævi ſui nemo illum do„ctrinâ adæquaverit. Plura de Mathema„ticis diſciplinis, ut & Philoſophicis „ edidit opera, in quibus antiquis Phi„loſophis, ſi ingenium & induſtriam „ ſpectes, haud impar extitit. Vizira„tûs dignitatem apud *Abu Baker Jahia* „ *Ben Taſchphin* obtinuit. Medici tan„dem, quorum & artem exercebat, „ invidia inflammati, illum anno Egi„ræ 533. veneno necarunt. (a)

Hujuſce Philoſophi non pauca in Latinum ſermonem converſa ſunt. Eum laudat Divus Thomas, corrupto nomine *Aven Pacè* pro *Ebn Bageh*. Vide Herbelotium in *Biblioth. Orient.* pag. 736.

2.° Ejuſdem Tractatus de Analyticis, hoc titulo: (4) *Conditiones certæ Fidei.* (5)

3.° Ejuſdem Tractatus de Propoſitionibus, inſcriptus *Liber Propoſitionum.* (6)

Ejuſ-

(a) ابو بكر بن الصابغ المعروف بابن باجة ۞ عالم بعلوم الاوايل ۞ وهو في الادب فاضل لم يبلغ احد درجته من اهل عصره في مصره ۞ وله تصانيف في الرياضيات والهندسة اربي فيها علي المتقدمين ۞ استوزره ابو بكر يحيي بن تشفين ۞ وكان يشارك الاطبا في صناعتهم فحسدوه وقتلوه مسموما وذلك في سنة ثلاث وثلاثين وخمسماية ۞

(1) *Titulus*: شرح الايسغوجي ۞

(2) *Auctor*: ابو بكر محمد يحيي بن الصايغ ۞

(3) *Initium*: قوله قصدنا ۞
*Finis*: لم يذكرها اولا ۞

(4) *Titulus*: شرايط اليقين ۞

(5) *Initium*: قال غرض ۞
*Finis*: الاقسام ۞

(6) *Titulus*: كتاب العبارات ۞

4.° Ejuſdem Opuſculum de Syllogiſmo, cui titulus *Liber Argumentationum.* (1)

5.° Ejuſdem Opuſculum de Concluſionibus, titulo *Analyſis.* (2)

6.° Ejuſdem Tractatus de Demonſtrationibus, qui *Liber Argumenti demonſtrativi* inſcribitur. (3)

Horum librorum auctor *Ebn Bageh*, ut ex nota ad Codicis calcem appoſita liquet, qui operi ultimam impoſuit manum *Hiſpali* die 4. menſis Scheuali anno Egiræ 512. Chriſti 1118.

## DCX.

Codex exaratus ut plurimùm ſine punctis diacriticis anno Egiræ 775. quo continetur Anonymi Commentarius in opera Philoſophica Doctoris *Razæi* inſcripta (4) *Sapientiæ Arcana.* (5)

Is autem Commentarius abſolutus eſſe traditur anno Egiræ 751. Chriſti 1350.

## DCXI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 24. Rabii prioris anno Egiræ 859. Chriſti 1454. quo continetur Commentarius in Logicam inſignis Philoſophi *Ali Alkhuangi*, ex oppido *Alkhuange* (6) in Perſia, titulo *Liber Univerſalium* (7): auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Marzuc Tremiseno* (8), qui poſtremam libro manum impoſuit *Meccæ* anno Egiræ 624. Chriſti 1226. (9)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.



## DCXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine anni nota & operis initio, ubi Anonymi Commentarius in ejuſdem Logicam occurrit.

## DCXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Marochi* anno Egiræ 773. Chriſti 1371. quo continetur Anonymi Commentarius in ejuſdem Logicam. Ex initio nonnulla deſiderantur folia.

## DCXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus horis veſpertinis feriæ tertiæ, die 10. Rabii poſterioris anno Egiræ 754. Chriſti 1353. quo continetur Commentarius in Logicam viri doctiſsimi *Ebn Alhagebi*, ubi de Propoſitionibus, Definitionibus, Sillogiſmis, eorumque figuris amplè diſſeritur: auctore *Abi Abdalla Alkhuangæo*, de quo ſupra.

## DCXV.

Codex exaratus feriâ 4. die 18. menſis Dilhagia anno Egiræ 852. Chriſti 1448. quo continetur Commentarius in Metaphyſicam Philoſophi *Ali Alcuschagi*, hoc titulo: *Scholia Doctoris Alsaied Algeorgiani* (10) *Perſæ.* (11)

*Ali Alcuſchagi*, præter opera Philoſophica, etiam publici juris fecit Tractatum de Geometria & Aſtronomia, quem laudat Bibliotheca Regia Pariſienſis



(1) *Titulus*: ۞ كتاب القيـــــاس

(2) *Titulus*: ۞ كتاب التحليـــــل

(3) *Titulus*: ۞ كتاب البرهـــــان

(4) *Titulus*: ۞ اسرار الحكميـــــة

(5) *Initium*: ۞ توجهـــــــا

*Finis*: ۞ موجبـــــــا

(6) ۞ الخونـــــــج

(7) *Titulus*: ۞ كتاب الجمـــــل

(8) *Auctor*: شرح ابي عبد الله محمد بن مرزوق التلمساني ۞

(9) *Initium*: ۞ جان فضل علم المنطـــق

*Finis*: ۞ سالب الحقيقـــــة

(10) *Titulus*: حاشية السيد الجرجانـي علي كتاب التجريد لعلي القوشجي ۞

(11) *Initium*: ۞ لما كان علم الكـــلام

*Finis*: ۞ وبلـــــــزم

*Num.* XXVIII. Floruiſſe autem videtur octavo Egiræ ſeculo; ejuſque meminit Joannes Gravius in Prologo ad *Tabulas Abulphedæ*.

## DCXVI.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in opus de Logica, inſcriptum *Diſceptandi Methodum* (1). Ibi Quæſtiones ad Logicam pertinentes Scholaſticorum more ad ingenia exercenda proponuntur; ea tamen lege, quemadmodum ibi rectè anonymus Auctor monet, ut omni penitùs ſublatâ animi contumaciâ & verborum contumeliâ, diſputatio inſtituta magis proſit, quàm noceat; idque tum fit, quum diſputantes, prolatis modeſtè argumentis, iiſque probabiliter ſolutis, aliorum poſtremò placitis acquieſcunt. (2)

2.° Commentarius in Logicam cui titulus *Tractatus Solaris* (3), cujus auctor *Negmeddinus Casbinensis*, magni *Naſſereddini* auditor, ſeptimo Egiræ ſeculo clarus; Explanatoris verò nomen *Cothbeddinus Razensis*. Ad oras Codicis quædam conjectæ notæ. (4)

Dividitur hujuſmodi Tractatus in partes ſex, tantoque apud Philoſophos Arabes in pretio eſt, ut plurimos invenerit Explanatores.

Is verò Codex exaratus eſt anno Egiræ 773. feriâ 5. die 12. menſis Rabii ſecundi, ſeu poſterioris, Chriſti 1371. cujus quatuor extant exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CMXL. & CMXLII.

## DCXVII.

Codex nitidè exaratus die 29. menſis Dilhagia anno Egiræ 991. Chriſti 1583. quo continetur Tractatus de Propoſitionibus reduplicativis, inſcriptus *Liber Sufficientiæ* (5), in LV. capita diſtributus: auctore viro erudito *Ahmed Ben Edris Alcaraphi* (6), qui de hujuſmodi Propoſitionum reduplicativarum ſenſu & uſu, qui in omnibus ferè ſcientiis obtinet, latè, peritéque diſſerit. Claruit is anno Egiræ 684. pluraque conſcripſit, in his Opus apologeticum pro Mahometana ſecta contra Chriſtianos & Judæos. (7)

## DCXVIII.

Codex mutilus, quo continentur:

1.° Commentarius in *Avicennæ* Dialecticam & Metaphyſicam, auctore prorsùs ignoto.

2.° Commentarius in Librum primum *Avicennæ* ſuper *Fen* III. Canonis, auctore *Cothbeddino Mohamad Ben Massud*, *Perſa*, *Schirazensi* (8), qui ſupremum obiit diem anno Egiræ 710.

## DCXIX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 711. Chriſti 1311. quo continetur Commentarius in Logicam *Avicennæ*, ti-

(1) *Titulus*: شرح اداب المباحـــــث المنطبقية ۞

(2) *Initium*: فلما كان باتفـــــاق ۞

*Finis*: البرهـــــــــــان ۞

(3) *Titulus*: الرسالة الشمسيـــــة ۞

(4) *Initium*: فقد طـــــــــال ۞

*Finis*: الثلثـــــــــــــة ۞

(5) *Titulus*: كتاب الاستغنا في احكام الاستثنا ۞

(6) *Auctor*: تاليف العلامة احمد بـــن ادريس القرافي ۞

(7) *Initium*: فان الاستثنـــــــا ۞

*Finis*: المطابـــــــــق ۞

(8) *Auctor*: شرح قطب الدين محمد بـن مسعود الشيرازي ۞

titulo *Expoſitio libri Dialecticæ Ebn Sina* (1); Commentatoris verò hujus nomen, perinde ac Codicis principium, deſideratur.

## DCXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Commentarius in *Avicennæ* Dialecticam inſcriptam (2) *Declarationes*. (3)

## DCXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus *Cordubæ* anno Egiræ 611. aliquot foliis ab initio mutilus, ubi Anonymi Commentarius occurrit in Logicam *Avicennæ* majorem, quæ nomine *Declarationum* circumfertur.

Is Codex extat in Bibliotheca Lugduno-Batava.

## DCXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, pariter mutilus, Poematis *Avicennæ* de Logica Explanationem complectens.

## DCXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 17. Ragebi, feriâ 5. anno ab Egira 904. continens Opus Philoſophicum quadripartitum, in capita CLIII. diſtributum, cui titulus *Myſteriorum Theſaurus* (4). Ibi Auctor anonymus rem ita tractat, ut Alcorani potiùs aſſecla, quàm Philoſophus dicendus ſit. (5)

# PHILOSOPHICI

## *IN QUARTO.*

## DCXXIV.

CODEX nitidis literis exaratus, carens anni notâ, quo continetur Commentarius in *Avicennæ* Poema de Propoſitionibus, *Senſuum Fundamenta* (6) inſcriptum: auctore *Abu Baker Ben Banrud* (7), *Perſa*, qui ſexto Egiræ ſeculo *Bagdadi* floruit. Ad hujus Codicis calcem una ferè deeſt pagina.

## DCXXV.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in univerſam *Avicennæ* Philoſophiam, inſcriptam *Fontes Sapientiæ* (8): auctore *Fakhereddino Ebn Alkhathib*, de quo mox. (9)

2.° Ejuſdem Commentarius in *Avicennæ* Phyſicam. (10)

Is autem Codex exaratus die 20. menſis Schabani anno Egiræ 637.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

*Ebn Alkhathibi* Vitam cum ejus Operum Catalogo deſcriptam reperias in *Bibliotheca Philoſophorum* anonyma, ad *pag.* 221. his verbis:

„ *Fakhreddinus Ebn Alkhathib Mohamad Ben Omar Ben Hoſſain Abulmoali*, „ Perſa, in urbe *Raya* anno Egiræ 543. „ natus eſt, vir in primis Arabico & „ Perſico ſermone eloquentiſsimus, in „ veterum Philoſophorum libris, quos di-

(1) *Titulus*: شرح كتاب المنطق لابـــن سينا ۞

(2) *Titulus*: ۞ الاشارات في المنطـــق ۞

(3) *Initium*: قال الشيخ واذا عيـــد ۞
*Finis*: في واحد منهـــــا ۞

(4) *Titulus*: كنز الاســـرار ۞

(5) *Initium*: ولما كان النظـــر ۞
*Finis*: تقدم ذلك عنه قبل هـــذا ۞

(6) *Titulus*: شرح ارجوزة ابن سينا في قواعد المعاني ۞

(7) *Auctor*: ۞ تاليف ابي بكر بن بنـــرود ۞

(8) *Titulus*: كتاب عيون الحكمـــة ۞

(9) *Initium*: فان كتاب عيون الحكمة ۞
*Finis*: في المنطقيـــات ۞

(10) *Initium*: الطبيعيـــات ۞
*Finis*: ذو النون المصـــري ۞

„ diligenter lectitabat, verſatiſsimus; „ ſummâ tamen rerum inopiâ laboravit. Quum verò in Koraſana eſſet, „ accidit ut Regem *Khaurezſcha* alloqueretur: qui *Fakhreddini* doctrinam „ admiratus, illum honoribus & opibus cumulavit; adeo ut hæredibus „ ſuis, præter ampliſsima prædia, octoginta aureorum millia teſtamento reliquerit. Chymiæ ſtudio, in quo operam, multamque pecuniam perdidit, „ erat deditiſsimus. Philoſophicas diſciplinas perinde ac Mathematicas Alcorani ſectatoribus per ea tempora „ maximè inviſas in Mahometanorum „ animos induxit. Obiit in urbe *Herat* „ anno Egiræ 606. veneno ſublatus.

## *Librorum, quos elucubravit,* *CATALOGUS.*

„ Major Alcorani Explanatio, duodecim tomis comprehenſa. Alcorani Explanatio Philologica. Tractatus „ Dogmaticus. Tractatus Theologicus, „ ejuſque Epitome. Curſus Philoſophicus. Commentarius in Philoſophiam Avicennæ inſcriptam *Fontes* „ *Sapientiæ*. Theoremata Philoſophica, „ Theologica & Dogmatica. Philoſophiæ Medulla. Explanatio Metaphyſicæ Avicennæ. Opus Philoſophicum „ de ſublimibus Siderum cæleſtium „ Signis, ſive de eligendis horis & momentis felicibus ad rem quamlibet inchoandam, ſecundùm Aſtrologorum „ Græcorum & Perſarum doctrinam. „ Tractatus de quadraginta fidei Mahometanæ Articulis. Tractatus de Juriſprudentia. Liber de Controverſiis. „ Liber Philologicus ad morum doctrinam ſpectans, inſcriptus *Cordium Fax*. „ Hiſtoria univerſalis, titulo *Cogitationum Flos*, *&* *Spectatorum Columna*. „ Medicina Regia, *Collectio magna* nuncupata. Opuſculum de maximi Doctoris Schaphæi doctrina & moribus. „ Liber de Teleſmatibus, ſeu de Arcanis. Liber de Sanctitate fundamentali. Tractatus Perſicè conſcriptus de „ Religionis Mahometanæ Fundamentis. Tractatus de diſceptandi Methodo. Commentarius in Opera Poetica inſignis Poetæ Abulola. Liber de „ Methodo interrogandi. Variarum „ Scientiarum Excerpta. Diſputationes „ de rerum exiſtentia, earumque negatione. Reſponſa Mathematica ad „ Philoſophi Ghilani Objecta. Tractatus de Pulſu. Commentarius in Medicinam Theoricam Avicennæ, non „ abſolutus. Commentarius in opera Algazeli, tribus tomis comprehenſus; dum verò quartum meditaretur, „ morte præreptus, illud abſolvere „ non potuit. Liber de Doctrinæ diſcrepantia inter Mahometanos Doctores, in tomos quatuor diſtributus. „ Tractatus Philoſophica Dogmata complectens, *Demonſtrationum Splendores* „ inſcriptus. Liber Theologicus de Divinis Attributis. Opus de explodendo „ Syllogiſmi uſu. Tractatus de Eloquentia. Liber de quatuor priorum Caliapharum virtutibus & ornamentis. „ Liber de Decreto prædeterminante. „ Liber de fortuita Mundi conformatione. Liber de Philoſophorum confutatione Perſicè conſcriptus. Liber „ Perſicè ſcriptus de Demonſtrationibus. Liber de Creatione & Reſurrectione. Liber dogmaticus de quinquaginta Articulis, Perſicâ Linguâ compoſitus. Opuſculum de Moribus. Liber de Prophetarum infallibilitate. „ Commentarius in Euclidis Elementa & Concluſiones. Tractatus de „ Mathematica. Opuſculum de Geomantia. Tractatus de Aſtrologia ju-

„judiciaria. Liber de Anima. Opus „de Regis officiis & poteſtate. (a) Co-

(a) الامام فخر الدين ابن الخطيب محمد بن عمر بن حسين ابو المعالي الرازي مولده في سنة ثلاث واربعين وخمسماية ۞ كان فصيحا بالغاية في لسان العربي والفارسي قرا علوم الاوايل واجادها الاانه كان في غاية الفقر ۞ وهو في خراسان اتفق اجتماعه بخوارزم شاه الملك ۞ فاتعجب من حكمة الشيخ فخر الدين ۞ فاكرمه واوهب له مالا جزيلا ۞ حتي انه خلف من الذهب ثمانين الف دينار خارجا عما كان يملكه من الارزاق ۞ تهوس بعلم وعمل الكيميا وضيع في ذلك مالا كثيرا ۞ ادخل العلوم الرياضية في الاسلام تذكره من اصحاب القران ۞ توفي في هراة في سنة ست وستماية مسقيا ۞

ومن تصانيفه كتاب تفسير القران الكبير باثني عشر مجلدا ۞ وكتاب تفسير القران الصغير ۞ كتاب نهاية العقول ۞ كتاب المحصول في علم الاصول ۞ ومختصره ۞ كتاب الملخص في الحكمة ۞ كتاب شرح عيون الحكمة ۞ كتاب المباحث المشرقية ۞ كتاب لباب الاشارات ۞ كتاب المطالب العالية في الحكمة ۞ كتاب الاربعين في اصول الدين ۞ كتاب تنبيه الاشارات في الاصول ۞ كتاب المعالم في الاصوليين ۞ كتاب سراج القلوب ۞ كتاب زبدة الافكار وعمدة النظار ۞ كتاب الجامع الكبير الملكي في الطب ۞ كتاب مناقب الامام الاعظم الشافعي ۞ كتاب تفسير اسماء الله الحسني ۞ كتاب سر المكتوم ۞ كتاب تاسيس التقديس ۞ كتاب الرسالة الكمالية بالفارسية ۞ كتاب الطريقة في الجدل ۞ كتاب شرح سقط الزند ۞ كتاب رسالة في السوال ۞ كتاب المنتخب ۞ كتاب مباحث الوجود والعدم ۞ كتاب جواب علي اعتراضات الغيلني ۞ كتاب النبض ۞ كتاب شرح كليات القانون لم يتممه ۞ كتاب شرح الوجيز للغزالي في ثلاث مجلدات ولم يكمل الرابع ۞ كتاب في الخلاف اربع مجلدات ۞ كتاب لوامع البينات ۞ كتاب في الاوصاف الالهية ۞ كتاب في ابطال القياس ۞ كتاب مهج البلاغة ۞ كتاب فضايل الصحابة الراشدين ۞ كتاب القضا والقدر ۞ كتاب في الحدوث ۞ كتاب تعجيز الفلاسفه بالفارسيه ۞ كتاب البراهين بالفارسية ۞ كتاب الخلق والبعث ۞ كتاب الخمسين في اصول الدين بالفارسية ۞ كتاب الاخلاق ۞ كتاب عصمة الانبيا ۞ شرح مصادرات اقليدس ۞ كتاب في الهندسة ۞ كتاب في الرمل ۞ كتاب في الاختيارات العلوية ۞ رسالة في النفس ۞ كتاب الرياض المونقة في الملك والنحل ۞

## DCXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Commentarius in Philoſophiam *Avicennæ*, titulo *Fontes Sapientiæ*. (1)

## DCXXVII.

Codex exaratus anno Egiræ 952. quo continetur Commentarius in Librum de Sophiſmatibus Philoſophi *Abunaſeri Alpharabii*, auctore *Mula Omaddino* (2) *Marochano* (3). Is autem liber ex Arabica lingua in Hebraicam converſus eſt à *R. Jacob filio Abbæ Mori*, extatque in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CCCXXXV.

## DCXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in celeberrimi *Algazeli* librum, cui titulus *Fax Luminum* (4), de falſis Philoſophorum opinionibus. Ibi veterum Philoſophorum, Platonis, Ariſtotelis, Hippocratis, & Galeni placita ad examen revocantur. Commentarii verò auctor *R. Morses Filius Josvæ Hiſpanus*, qui idem Opus ex Arabico ſermone in Hebraicum tranſtulit. Is autem liber anno Æræ Sapharenſis, ſive Hiſpanæ 1359. in oppido *Carrion* (5) exaratus eſſe memoratur. (6)

2.° Ejuſdem *Algazeli* opus de Philoſophorum Erroribus, qui fusè, latéque proponuntur, ac validiſsimis argumentis confutantur. (7)

Id recenſetur in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* DCCCLXXXIV.

3.° Ejuſdem Tractatus de Statica, inſcriptus *Liber Staticæ* (8), cui nonnulla ſub finem deſiderantur folia.

4.° Ejuſdem Tractatus de Divinis Nominibus, titulo (9) *Senſuum Declaratio*. (10)

## DCXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° *Prolegomena Philoſophica* (11), quæ duodecim continent Diſſertationes, quarum prima de Subjecto & Prædicato; ſecunda de Definitionibus; tertia de Analyticis prioribus & poſterioribus; quarta de Propoſitionibus; quinta de Propoſitione vera & falſa; ſexta de Propoſitione contingenter & neceſſariò vera; ſeptima de Argumentatione; octava de Concluſione legitima; nona de Alpharabii ſententia circa Syllogiſmi illationem; decima de Animæ potentiis; undecima de Senſu & Auditu; duodecima de quatuor Qualitatibus: auctore celeberrimo Philoſopho *Abulvalid Mohamad Ben Ahmad Ebn Roschd* (12) *Cordubenſi*, quem Latini *Averroem* appellant. Illius obitus in annum Egiræ 595. incidit.

Ille

(1) *Initium*: قوله احدهمـــــــــــا ۞
*Finis*: ۞ ولابد منـــــــــــه ۞
(2) *Auctor*: شرحه المولاء عماد الدين ۞
(3) *Initium*: يدل علي ذلـــــــــك ۞
*Finis*: من تقرير الشـــــــــرح ۞
(4) *Titulus*: تهافت الفلاسفة من مشكات الانوار ۞
(5) في حصن قريـــــــــون ۞
(6) *Initium*: فاني رايت طايفـــــــة ۞
*Finis*: مقصود هذا الكتـــــــاب ۞

(7) *Initium*: فقد سالتني ايهـــــا الاخ ۞
*Finis*: غير يسيـــــــــر ۞
(8) *Titulus*: كتاب القسطـــــــاس ۞
(9) *Titulus*: شرح معاني اسما الـــــــه ۞
(10) *Initium*: فقد سالنـــــــــي ۞
*Finis*: اطلاقه قطعـــــــــا ۞
(11) *Titulus*: مقدمات في الحكمـــــة ۞
(12) *Auctor*: تاليف العلامة ابو الوليد محمد بن احمد ابن رشد ۞

Ille Philoſophica Ariſtotelis opera in Arabicum ſermonem convertit, eaque doctis Commentariis illuſtravit; adeo ut hac Arabica verſione Latinè redditâ, priuſquam textus Ariſtotelis Græcus repertus eſſet, Divus Thomas, ceterique Scholaſtici uſi fuerint. Nec exiguam in pluribus Bibliothecis reperire eſt Averrois operum partem de Philoſophia & Medicina Hebraicè & Latinè converſam, quorum Catalogum refert Nicolaus Antonius in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*.

2.° Ejuſdem Tractatus de Theologia Dogmatica, titulo *Demonſtrationes* (1). Ibi Mahometanæ Sectæ dogmata perpenduntur, ſimulque propugnantur. (2)

Huic operi Averroes ultimam impoſuit manum *Hiſpali* anno Egiræ 575. Codex verò exaratus eſt in urbe *Almeria*, feriâ 2. die 22. menſis Rabii prioris anno Egiræ 724. Chriſti 1323.

## DCXXX.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° *Commentarius in Iſagogen Porphyrii* (3), auctore ATHIREDDINO *MOFADHEL* BEN OMAR *Perſa*, ABHARITA (4), ex urbe *Abhara*. Hic liber eo habetur apud Mahometanos in pretio, ut quàm plurimi ad illum ſive Commentariis, ſive Scholiis illuſtrandum, locupletandumque acceſſerint. Complura hujuſce Operis referuntur exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi. (5)

2.° Anonymi Scholia in ejuſdem *Athireddini* Commentarium. (6)

3.° Ejuſdem Tractatus de Quinque Prædicamentis. (7)

Is Codex exaratus eſt *Conſtantinopoli* die 11. menſis Dilcadat anno Egiræ 986.

Ad Porphyrii vitam & opera quod attinet, Scriptores Arabes audiamus, maximè verò in Arabica *Bibliotheca Philoſophorum*, ubi *pag.* 285. hujuſmodi verba occurrunt: „ *Porphyrius* Syrus, ex „ urbe maritima Tyri, qui & anteà „ *Ammonius* dictus eſſe traditur, Philo- „ ſophiæ peritiâ excellens, & in libris „ Ariſtotelis intelligendis verſatiſsimus, „ quorum aliquot explanavit, notiſque „ adornavit, videlicet Librum Cathego- „ riarum, Librum Ethicorum, & Li- „ brum Perihermenias. Cum autem „ quidam ejus ætatis viri Ariſtotelis ſen- „ ſum aſſequi minimè valerent, id- „ que ægrè ferrent, Porphyrium con- „ ſuluere, propoſitis difficultatibus „ quæ ſibi in libris Ariſtotelis legendis „ paſsim occurrebant. Quibus auditis, „ verba, inquit, Philoſophi Proœmio „ indigent, & ad ea intelligenda noſtri „ temporis ſtudioſi, ingenio hebetes, „ vix ſunt idonei. Quamobrem Iſago- „ ges Libro manum admovit, eum- „ que, tanquam Prologum, Ariſtotelis „ operibus præfixit.

„ Ex libris autem, quos compo- „ ſuit, ſunt Liber Iſagoges, Liber Syl- „ logiſmorum Topicorum, duo Libri „ ad Libanium, Liber Reſponſionis ad „ Pammachium de Intellectu & Intelli- „ gi-



(1) *Titulus*: كتاب الكشف في مناهج الادلة في عقايد الملة ۞

(2) *Initium*: ۞ فقد رايت ان افحــــص ۞
*Finis*: ۞ x المتعلــــــــق

(3) *Titulus*: ۞ شرح الايساغوجــــي ۞

(4) *Auctor*: لاثير الدين مفضل ابن عمر الابهري ۞

(5) *Initium*: ۞ فلما لم يتفقــــــن ۞
*Finis*: ۞ x ليس الاد‍ــــــــــ

(6) *Initium*: ۞ لما كانت الفوايـــــد ۞
*Finis*: ۞ الي حق اليقيـــــــن ۞

(7) *Initium*: ۞ فجمعت بهذا الاعتنــــا ۞
*Finis*: ۞ بالعــــــــرد

„ gibili, novem Tractatibus comprehen-
„ ſus, qui Syriacè extat; Philoſopho-
„ rum Hiſtoria, cujus Tractatus quartus
„ Syriacè legitur; & Liber Elemento-
„ rum, qui & Syriacè extat. (a)

Eadem fermè verba refert Abulpharagius in *Hiſtoria Dynaſtiarum*, *pag.* 83. è ſupra laudata Bibliotheca, cujus auctor illo antiquior eſt, exſcripta. Cur verò uterque Scriptor in recenſendis Porphyrii libris nullam prorſùs mentionem fecerint de quindecim illis adversùs noſtram Religionem voluminibus, quibus poſteà Methodius, Euſebius & Apollinaris triginta apologeticis libris reſponderunt, cauſam eſſe puto, quod illa volumina ab Imperatore Theodoſio flammis jure damnata, ex hominum memoria per ea tempora exciderint; vel quod eadem, ut Mahometanis inutilia, Chriſtianis contraria, nec Arabicè, nec Syriacè converſa ſint; atque eò magis, quòd memorati Scriptores Porphyrii monumenta Syriacè & Arabicè redita ſolùm recenſenda ſuſceperunt.

## DCXXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 773. Chriſti 1371. foliis aliquot ab initio detractis mutilus, quo continetur Commentarius in univerſam Philoſophiam *Athireddini Abharitæ* ſupra laudati, cui titulus *Ad Scientias Manuductio* (1): auctore Mostapha Ben Joseph, vulgò Khouageh Zadeh Ali. (2)

## DCXXXII.

Codex non una manu exaratus, in quo habentur:

1.° *Athireddini Abharitæ* Opera Phyſica, titulo *Liber Phyſicorum* (3). Accedunt incerti Auctoris Commentarii. (4)

Id autem opus exaratum eſt in Regia Perſiæ urbe *Schomakhia* (de qua Cazuinæum in ſua *Geographia*, atque Herbelotium conſule) anno Egiræ 849. Chriſti 1445.

2.° Philoſophorum Græcorum, Syro-

(a) فرفوريوس الصوري من اهل مدينة صور من ساحل الشام وقيل كان اسمه اموينوس ولد النباهة في علم الفلسفة والتقدم في معرفة كلام ارسطوطاليس وقد فسر من كتبه كتاب قاطيغورياس كتاب الاخلاق وكتاب باريارمينياس ❁ ولما صعب علي اهل زمانه معرفة كلام ارسطو شكوا اليه ذلك من الاماكن النازحة عنه وذكروا سبب الخلل الداخل عليهم ❁ ففهم ذلك وقال كلام الحكيم يحتاج الي مقدمة قصر عن فهمها طلبة زماننا لفساد اذهانهم ❁ وشرع في تصنيف كتاب الايساغوجي واضافه الي كتب ارسطو وجعله اولها ❁ فمن تصانيفه كتاب الايساغوجي ❁ كتاب القياسات الحملية ❁ كتابان الي لباذوا ❁ كتاب الرد الي ياماخيس في العقل والمعقول تسع مقالات يوجد سريانيا ❁ كتاب اخبار الفلاسفة وجدت منه المقالة الرابعة بالسرياني ❁ كتاب الاسطقسات يوجد بالسرياني ❁

(1) *Titulus*: رسالة هداية الحكمات ❁

(2) *Auctor*: شرح مصطفي بن يوسف المعروف بخوجه زاده ❁

(3) *Titulus*: كتاب الطبيعيات لاثير الدين ❁

(4) *Initium*: فهذه مجلة ❁
*Finis*: العالة الاولي ❁

rorum & Arabum Vitæ in epitomen contractæ, quarum auctoris nomen ignoratur. (1)

3.° Anonymi Commentarius in Opera Geometrica celeberrimi Mathematici *Naſſereddini.* (2)

## DCXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus de Logica, inſcriptus *Liber Solaris de Dialecticæ Fundamentis* (3), auctore viro clariſsimo Khevageh Nassereddino Mohamad Ben Hassan, Perſa *Thuſenſi*, de quo ita Abulpharagius *pag.* 358. „ Hac tempeſtate „ diem obiit *Chojah Naſſereddin* Tuſenſis, qui obſervationes Aſtronomicas „ in urbe *Maraga* fecit: vir in omni „ Philoſophiæ genere inſignis, quem ad „ obſervationes faciendas convenit magna Geometrarum præſtantiſsimorum „ multitudo. Sub ejus arbitrio fuere „ Scholarum reditus in omnibus, quæ „ ſub imperio Mogulenſium erant, regionibus. Multos compoſuit libros Logicos, Phyſicos, Metaphyſicos, necnon Euclidem & Mageſtum (id eſt „ Syſtema Geometricum & Aſtronomicum). Eſt & illi liber de Moribus, „ Perſicè ſummâ, qua fieri poteſt, elegantiâ conſcriptus, in quo omnia Platonis & Ariſtotelis dicta de Sapientia „ practica collegit. Sententiis veterum „ confirmabat recentiorum dubia; & „ objectiones, quas in ſcriptis ſuis adduxere, ſolvebat.

Hactenus Abulpharagius. Omitto cetera ampliſsima elogia, quibus clariſsimi Scriptores *Ebn Khalekan* & *Abulpheda* Naſſereddinum, cujus obitum ad annum Egiræ 672. referunt, certatim exornant. Nec tamen ſilentio ſunt prætereundi præclariſsimi ejus Commentarii in Mathematica *Theodoſii* & *Menelai* Opera, quorum aliquot in hac noſtra Bibliotheca ſuo loco & ordine referentur.

2.° Opus de Dialectica, in epitomen contractum, ex *Avicennæ* & *Averrois* Logica excerptum: auctore Abu Abdalla Mohamad Ben Joseph Alsenusi Alhasni (4) *Hiſpano*, de quo infra ſuo loco.

3.° Opuſculum de Rhetorica, mutilum, cujus auctor prorsùs latet.

## DCXXXIV.

Codex exaratus *Conſtantinopoli* die 2. menſis Scheuali anno Egiræ 929. Chriſti 1522. continens Commentarium in laudatam Naſſereddini *Logicam Solarem*, auctore Cothbeddino Razæo. Principio Codicis nonnulla deſiderantur folia.

## DCXXXV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 962. quo continentur:

1.° Anonymi Commentarius in eandem Logicam. Sub finem deſunt aliquot folia.

2.° Anonymi Commentarius in *Avicennæ* Phyſicam. (5)

## DCXXXVI.

Codex non una, nec imperita ma-



(1) *Initium*: شيـــــــــن ۞ *Finis*: موسي بن جعفـــــــر ۞

(2) *Initium*: قوله بكشــــــــف ۞ *Finis*: عمود عليـــــــه ۞

(3) *Titulus*: رسالة الشمسية في القواعد المنطقيه ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد بن يوسف السنوسي الحسني ۞

(5) *Initium*: قوله لما كانـــــــت ۞ *Finis*: حصلت في اقطار كلهـــــا ۞

manu exaratus, quo nempe continentur:

1.° Anonymi Expoſitio in *Avicennæ* Tractatum de Relationibus prædicamentalibus & tranſcendentalibus. (1)

2.° *Naſſereddini* Logica in compendium contracta, & ab ipſo notis illuſtrata.

3.° Anonymi Commentarius in *Athireddini Abharitæ* Dialecticam, *Iſagogen* nuncupatam: qui, ſicut notatum reperio in *Bibliotheca Philoſophorum* ad *pag.* 99. imperitante *Holacu*, ſupremum obiit diem veſpertinis horis feriæ 1. die 19. Rabii poſterioris anno Egiræ 663. Chriſti 1264.

4.° Ejuſdem *Athireddini* Logica, cujus exemplar alterum ſupra occurrit.

Is Codex exaratus dicitur die 28. menſis Dilcadat anno Egiræ 998.

## DCXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Tuneti* die 28. menſis Ramdani anno Egiræ 812. Chriſti 1409. quo continetur Tomus ſecundus Commentarii in *Avicennæ* Logicam fuſiorem, quæ *Liber Propoſitionum* inſcribitur, titulo *Expectationum Finis* (2): auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Marzuc*, vulgò *Altalmasani*, *Granatenſi*, qui *Feſſæ* obiit anno Egiræ 781. de quo etiam alibi facta eſt mentio. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCXXXVIII.

Codex nitidè exaratus die 27. Ramdani anno Egiræ 847. Chriſti 1443. quo continetur Commentarius in Tractatum de Metaphyſica, inſcriptum *Ortus Luminum* (4). Commentatoris nomen *Alschariph Algiorgiani*; Auctoris verò *Sarageddinus Mohamad Ben Abu Baker Alarmui* (5), qui anno Egiræ 681. extinctus eſt. (6)

## DCXXXIX.

Codex exaratus anno Egiræ 915. complectens ejuſdem nempe Commentarii exemplar alterum.

## DCXL.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 979. Chriſti 1571. quo continetur Appendix ad eundem Commentarium, titulo *Annotationes* (7). Appendicis auctor eſt *Massud Alschirvani* (8), *Perſa* ex provincia *Schiruan*, ſeptimo Egiræ ſeculo nobilis. (9)

## DCXLI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Tractatus de Metaphyſica, inſcriptus *Expoſitio* (10), auctore *Alschariph Algiorgiani*. (11)

2.° Appendix ad Opus Metaphyſicum Doctoris *Ali Alkauschagi*, titulo

(1) *Initium*: قاله ورتبـــــــــن ۞
*Finis*: ۞ بلا طايـــــــــل

(2) *Titulus*: السفر الثاني من نهايـــــة
الامل في شرح كتاب الجمل ۞

(3) *Initium*: قال والبرهـــــــــان ۞
*Finis*: ۞ الحقيقـــــــــة

(4) *Titulus*: ۞ المطالـــــــــع

(5) *Auctor*: تاليف سراج الدين بن ابـــو
بكر الارموي محمد ۞

(6) *Initium*: قال وحيد زمانـــــــــه ۞
*Finis*: ۞ اذا كان افراده محسوسـة

(7) *Titulus*: حاشية علي شرح المطالـع
للشريف الجرجاني ۞

(8) *Auctor*: ۞ شرح مسعود الشروانـــي

(9) *Initium*: جابر الفيـــــــــاض ۞
*Finis*: ۞ لاحقا لـــــــــه

(10) *Titulus*: تالخيص في الالهيـــات ۞

(11) *Initium*: قال الشريـــــــــف ۞
*Finis*: ۞ مقـــــــــدور

tulo *Abſtractiones*, ſeu *Ens Metaphyſicum.* (1)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

Celeberrimum ſanè eſt inter Mahometanos Doctores *Naſſereddini Thuſæi* Opus, quod nomine *Tagrid* circumfertur. Dividitur in partes ſex, quarum prima agit de Ente Metaphyſico, videlicet de Deo, de Angelis, ac de Anima; ſecunda de Corporibus tùm cæleſtibus, tùm ſublunaribus; tertia de Scientiis & Artibus, ac de earum inventione, progreſſu, &c. quarta de Prophetis, eorumque vaticiniis; quinta de Summorum Pontificum dignitate & auctoritate; ſexta de Corporum reſurrectione, & univerſali Judicio. Id Opus non pauci viri, docti quidem & eruditi, commentariis, notis & ſcholiis illuſtrarunt: quos inter eminet hic ALI BEN MOHAMAD ALCAVSCHAGI *Kermanenſis*, qui obiiſſe fertur anno Egiræ 879.

## DCXLII.

Codex eleganter exaratus die 13. Scheuali, anno Egiræ 918. Chriſti 1512. continens Commentarium in Tractatum Logicum de Propoſitionibus & Argumentationibus, cui titulus *Clavis* (2): auctore toties nobis celebrato ABVLHASSAN ALI ALSCHARIPH ALGIORGIANI, qui ut refert Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *pag.* 449. in *Notis*, obiit feriâ 4. die 6. Rabii poſterioris anno Egiræ 816. Chriſti 1413. atque huic Commentario ultimam impoſuit manum anno ejuſdem Æræ 803. (3)

Ex Bibliotheca *Abdalla Zeidan* Marochi Regis.

## DCXLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Logica brevis quidem, ſed ſatis accurata, in decem capita, ac tabulas diſtributa, titulo *Mentis Directio* (4), auctore Philoſopho & Medico inſigni ABVLSAT OMIAH BEN ABDELAZIZ (5), ortu *Hiſpalenſi*, domicilio *Cairenſi*, qui, ut *Bibliotheca Arabico-Hiſpana* Ben Alkhathib, aliorumque monumenta teſtantur, egregiis tùm ſolutâ, tùm ſtrictâ oratione editis libris, variiſque de univerſa Philoſophia, ac de re Herbaria lucubrationibus clariſsimus, etſi adverſâ fortunâ vexatus, obiit *Cairi* anno Egiræ 529. Elegantiſsima duo illius Epigrammata referuntur in ſupra laudata *Philoſophorum Bibliotheca*, *pag.* 90. quorum altero ſuum infortunium, altero Aſtrolabium deſcribit. (6)

2.° Ejuſdem ad Quæſita quædam ſibi propoſita Reſponſa ſex: primum de Eſſentiæ unitate ac proprietate; ſecundum de Puncto indiviſibili; tertium de Lunæ curſu; quartum de Antiperiſtaſi; quintum de Corporum cæleſtium incorruptibilitate; ſextum de Aſtrorum ab Orbe terraqueo diſtantia.

3.° Opus in primis eruditum ac perutile, *Encyclopædia* (7) inſcriptum, ubi Scientiarum, Artiumque liberalium ſynopſis occurrit unà cum accurata & perſpicua earum notitia, definitione, diviſione, methodo. Auctor ABV NASSER ALPHARABI, id eſt ALPHARABIVS, qui ut literatis Europæ viris notior fiat, aliquod operæ pretium facturum me

(1) *Titulus*: ۞ تجريد علي القوشجي

(2) *Titulus*: ۞ المفتاح

(3) *Initium*: ۞ فقد طالما جال

*Finis*: ۞ وحققه هذا

(4) *Titulus*: ۞ تقويم الذهن

(5) *Auctor*: ۞ تأليف ابو الصلت امية بن عبد العزيز ۞

(6) *Initium*: ۞ فان من حل

*Finis*: ۞ فدون ذلك

(7) *Titulus*: ۞ احصا العلوم

me arbitror, ſi clariſsimi Philoſophi Scripta, quorum levis, vel nulla apud Latinos Scriptores extat mentio, in Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* ſingillatim recenſita, hoc loco proferam. (1)

„ *Mohamad Ben Mohamad Ben* „ *Tharkhan Abu Naſſer Alpharabius*, (laudatæ Bibliothecæ Auctor inquit) ex „ urbe Turcarum *Pharab*, hodie *Otrar* „ dicta, quæ ad Mauaralnahræ regiones „ ſpectat, Philoſophorum apud Mahometanos facilè princeps, ad Iracam „ ſe contulit, ubi ſedem fixit, ac Philoſophiæ apud Joannem *Ben Geblad*, „ imperitante *Almoctadero*, operam „ dedit: quo magiſtro tantùm profecit, ut ſocios in hujuſmodi ſtudiis „ longè ſuperaverit. Reconditiora Artis „ Logicæ arcana penetravit, eaque perſpicua & facilia ſtudioſis reddidit. Illam „ prætereà, ubi opus erat, libris ſcitè & „ eleganter conſcriptis illuſtravit; iiſque „ multa, quæ *Alkindus*, aliique Interpretes omiſerant in Arte Analytica, „ ſupplevit. Idem ad intelligenda quinque Prædicabilia primus aperuit aditum, Syllogiſmorumque modos & „ uſum in omni argumentorum genere „ ſumma cum utilitate docuit, explanavitque.

„ Inter præſtantiſsima illius opera „ cenſendum in primis eſt opus de Scientiarum notitia, *Encyclopædia* inſcriptum, cui profectò nihil ſimile, nihil „ accuratius ad hunc diem ullus Doctor „ edidit. Alterum etiam habet de Platonis & Ariſtotelis mente: unde „ ſumma illius patet univerſæ Philoſophiæ peritia & ſagacitas. Nec exiguo „ ſtudioſis ſubſidio eſt liber ad theoricas Scientias addiſcendas, illarumque arcana introſpicienda: ibi enim „ perſpicua traditur methodus ſtudendi, „ & in ſingularum Scientiarum ſtudiis „ proficiendi. Primùm Alpharabius Platonis libros, ejuſque mentem exponere „ aggreſſus eſt; inde Ariſtotelis Philoſophiam illuſtrandam ſuſcepit, in quam „ egregia edidit Prolegomena, & ſingulos illius libros ad Logicam, Phyſicam & Metaphyſicam pertinentes explanavit. Nec mihi compertum eſt alia extitiſſe ad Philoſophicas Scientias aſſequendas magis idonea, magiſque commoda, quàm Alpharabii opera: quorum auxilio ſiquis „ deſtituatur, Categoriarum ſenſus intelligere nequaquam poſsit. Illi prætereà accenſentur libri duo præſtantiſsimi de Ethica, ac de Politico Regimine ad Ariſtotelis mentem, ejuſque principia compoſiti.

„ Porrò Alpharabius *Abu Baſchari* „ *Mathæi Ben Iunes* tempore æqualis fuit, „ illo quidem ætate inferior, doctrinâ „ verò longè ſuperior. *Bagdadi* Philoſophiam docuit, ubi multos, inſigneſque „ habuit auditores. *Alepum* Suphitarum „ habitum indutus, ſe contulit, ubi „ *Saiphaldulat Abilhaſſan Ali Ben Abilhaigia Abdalla Ben Hamdan*, tunc temporis *Alepi* Regem, adivit: qui probè „ perſpectâ Alpharabii ſcientiâ, & quo „ polleret ingenio, illum dignitate atque „ honore affecit. Inde cum eo *Damaſcum* profectus, ibi diem obiit anno „ Egiræ 339.

## ALPHARABII SCRIPTA.

„ Liber Demonſtrationum. Liber „ Syllogiſmorum minimus. Liber eorundem medius. Liber Argumentationum. Tractatus de Philoſophia „ in epitomen contractus, major & „ minor. Liber de Demonſtrationum „ conditionibus. Tractatus de Aſtronomia.

(1) *Initium*: فقصد ــــــــــــ ا ۞ *Finis*: والعبيد ــــــــــــ ان ۞

,, mia. Liber de Animæ poteſtatibus. ,, Tractatus de Uno & Unitate. Tra- ,, ctatus de Legibus, Inſtitutiſque Reipu- ,, blicæ Sapientum. Liber de iis quæ ,, Philoſophiæ ſunt præmittenda. Liber ,, Categoriarum. Liber de Ariſtotelis ,, mente. Liber de Puncto indiviſibili. ,, Diſputatio de Intellectu & Intelligibili. ,, Libellus de Syllogiſmis irregularibus. ,, Commentarii in Sophiſticos Elenchos, ,, Tractatus duplex. Commentarius in ,, Porphyrii Iſagogen. Liber Encyclo- ,, pædiæ. Liber Reſponſorum ad Gram- ,, maticæ profeſſores. Liber objecta con- ,, tra Galenum continens. Liber de ,, diſputandi Methodo. Liber Apolo- ,, geticus adversùs quendam Hæreticum ,, *Rauandi*. Liber de Hominis felicitate. ,, Liber de Voto & Religione. Com- ,, mentarius in librum Almageſti. Com- ,, mentarius in Ariſtotelis Analytica. ,, Commentarius in ejuſdem Rhetori- ,, corum libros. Commentarius in ejuſ- ,, dem Sophiſmata. Commentarius in ,, ejuſdem Syllogiſmos. Commentarius ,, in ejuſdem librum Categoriarum. Al- ,, ter in ejuſdem librum Perihermenias. ,, Prolegomena in Rhetoricos Ariſtote- ,, lis libros. Commentarius in Ariſtote- ,, lis libros de Auditu. Liber Prolegome- ,, non de Ente contingenti & neceſ- ,, ſario. Commentarius in librum Ale- ,, xandri Aphrodiſæi de Anima. Com- ,, mentarius in Ariſtotelis libros de Cælo ,, & Mundo. Commentarius in Ariſto- ,, telis Ethica. Commentarius in ejuſdem ,, libros de Meteoris. Liber de variis Al- ,, phabetis. Liber de Principiis humanis. ,, Liber, quo *Razæi* opera impugnat. ,, Tractatus de Metaphyſica. Libellus de ,, Philoſophiæ etymo & laudibus. Liber ,, de Philoſophorum doctrinæ examine. ,, Liber de Ariſtotelis & Platonis ſenten- ,, tiarum conſenſu & concordia. Liber ,, de Dæmonum ſtatu. Libellus de Ori- ,, gine Philoſophiæ. Tractatus de Aſtro- ,, rum influxu. Tractatus de Automatis ,, & Hydraulicis. Liber Legum. Tractatus ,, de Reipublicæ Inſtitutis. Liber de per- ,, petuo Aſtrorum motu. Tractatus de ,, Revelationibus. Tractatus de Muſica. ,, Liber Platonis & Ariſtotelis placita Phi- ,, loſophica complectens. Liber de Scien- ,, tiarum gradibus & ordine. Liber de Ar- ,, te bene dicendi. Liber Sophiſmatum. ,, Tractatus de Diſciplinis Mathematicis, ,, inſcriptus *Felicitatum Nilus*. Selecta de- ,, nique Hiſtorica. (a)

Co-

(a) محمد بن محمد بن طرخان ابونصر الفارابي الفيلسوف من الفاراب احدى مدن الترك فيما وراء النهر اكبر فلاسفة المسلمين دخل العراق وبها استوطن وقرا بها علم الحكمي على يوحنا بن جيلاد في ايام المقتدر واستفاد منه وبرز في ذلك على اقرانه واربى عليهم في التحقيق ۞ وشرح الكتب المنطقية واظهر غامضها وكشف سرها ۞ وقرب متناولها ۞ وجمع ما يحتاج اليه منها في كتب صحيحة العبارة لطيفة الاشارة منبهة على ما اغفله الكندي وغيره من صناعة التحليل واوضح القول اولا عن طرق المنطق الخمسة ۞ وعرف طرق استعمال القياس في كل مادة ۞ وافاد الانتفاع بها ۞ ثم له بعد هذا كتاب شريف في احصاء العلوم والتعريف باغراضها لم يسبق اليه ولاذهب احد مذهبه فيه ۞ وله كتاب في اغراض افلاطون وارسطوطاليس

يشهد

يشهد له بالبراعة في صناعة الفلسفة والتحقق بفنون الحكمة ۞ وهو اكبر عون علي تعلم طريق النظر اطلع فيه علي اسرار العلوم ۞ وبين كيف التدرج من بعضها الي بعض شيا شيا ۞ ثم بدا بفلسفة افلاطون يعرف بغرضه منها ثم اتبع ذلك بفلسفة ارسطوطاليس فقدم لها مقدمة جليلة عرف منها بتدرجه الي كتبه المنطقية والطبيعية والالهية كتابا كتابا ۞ فلا اعلم كتابا اجدي علي طالب الفلسفة منه ۞ ولا سبيل الي فهم معاني قاطيغورياس وكيف هي الاويل الموضوعة لجميع العلوم الا منه ۞ ثم له كتابان لانظير لهما احدهما بالسيرة الفاضلة والاخر بالسياسة المدنية علي مذهب ومبادي ارسطو ۞ وكان ابو نصر الفارابي معاصرا لابي بشر متي بن يونس الا انه كان دونه في السن وفوقه في العلم ۞ قرا الفلسفة في بغداد وسمعه كثيرون استفادوا منه كثيرا ۞ وقدم الي حلب بزي اهل التصوف علي سيف الدولة ابي الحسن علي بن ابي الهيجا عبد الله بن حمدان صاحب حلب ۞ فقدمه واكرمه بعد ان عرف موضعه من العلم ومنزلته من الفهم ۞ ورحل في صحبته الي دمشق فادركه اجله بها في سنة تسع وثلاثين وثلثماية ۞

وهذه اسما تصانيفه

كتاب البرهان ۞ كتاب القياس الصغير ۞ الكتاب الاوسط ۞ كتاب الجدل ۞ كتاب المختصر الكبير والصغير ۞ كتاب شرايط البرهان ۞ كتاب النجوم ۞ كتاب في قوة النفس ۞ كتاب الواحد والوحدة ۞ كتاب اراء اهل المدينة الفاضلة ۞ كتاب ماينبغي ان يتقدم الفلسفة ۞ كتاب المستغلق من كلامه في قاطيغورياس ۞ كتاب في اغراض ارسطوطاليس ۞ كتابه في الجزء كتاب له في العقل والمعقول ۞ كتاب المواضع المنتزعة من الجدل ۞ كتاب شرح المغالط اثنان ۞ كتاب تعليق ايساغوجي علي فرفوريوس ۞ كتاب احصا العلوم ۞ كتاب الرد علي النحوي ۞ كتاب الرد علي جالينوس ۞ كتاب في ادب الجدل ۞ كتاب الرد علي الراوندي ۞ كتاب في السعادة الموجودة ۞ كتاب النذر ۞ شرح كتاب المجسطي ۞ كتاب شرح البرهان لارسطو ۞ كتاب شرح الخطابة له ۞ كتاب شرح المغالطة له ۞ كتاب شرح القياس له ۞ كتاب شرح القولان له ۞ كتاب شرح باريرمينياس ۞ صدر لكتاب الخطابة ۞ كتاب شرح السماع ۞ كتاب مقدمات من موجود وضروري ۞ كتاب شرح مقالة لاسكندر في النفس ۞ كتاب شرح السما والعالم ۞ شرح كتاب الاخلاق لارسطو ۞ شرح كتاب الاثار العلوية ۞ كتاب الحروف ۞ كتاب المبادي الانسانية ۞ كتاب الرد علي الرازي ۞ كتاب في العلم الالهي ۞ كتاب في اسم الفلسفة ووصفها ۞ كتاب في اتفاق ارا ارسطوطاليس وافلاطون ۞ كتاب في حال الجن ۞ كتاب في

سبب

## DCXLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 28. Gemadi poſterioris anno Egiræ 746. Chriſti 1345. quo continetur Commentarius in Logicam *Khuagæi* clariſsimi apud Perſas Philoſophi: auctore *Ebn Vassel* (1), qui obiiſſe fertur anno Egiræ 648. (2)

## DCXLV.

Codex ſcitè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Anonymi Commentarius in Logicam Philoſophi *Ali Alcauschagi*, de quo paulò ante diſſeruimus: adjectis variorum Notis interlinearibus & marginalibus. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCXLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur:

1.° Tractatus Philoſophicus tripartitus, *Liber Iſagoges* (4) inſcriptus: auctore *Abilhagiage Joseph Ben Mohamad Ben Thamlus Hiſpano* (5), qui de Poetica, Logica, & Anima ibi diſſerit. (6)

2.° Pars tertia Tractatùs Logici, in capita x. diſtributi, qui *Artis Logicæ* titulo circumfertur: auctore *Abu Hassan Ali Ben Redhuan* (7) *Ægyptio*, qui ſupremum obiit diem anno Egiræ 460. ut in Arabica *Philoſophorum Bibliotheca, pag.* 501. annotatur. (8)

3.° *Averrois* Commentarius in *Aristotelis* libros *de Anima*. (9)

## DCXLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo nempe continentur:

1.° Opus inſcriptum *Veritatis Inſtructio de Propoſitionum veritate* (10), auctore *Mohamad Ebn Alomaidi Corduβensi* (11), qui ſexto Egiræ ſeculo floruit. (12)

Id verò exaratum eſt *Granatæ* in urbe Regia, die 11. menſis Gemadi poſterioris anno Egiræ 798. Chriſti 1395.



سبب ظهور الفلسفة ۞ كتاب التاثيرات العلوية ۞ كتاب الحيل الهندسية ۞ كتـاب النواميس ۞ كتاب السياسة المدنية ۞ كتاب في ان حركة الفلك سرمديـــة ۞ كتاب في الروياء ۞ كتاب الموسيقي ۞ كتاب فلسفة افلاطون وارسطوطاليـــس ۞ كتاب مراتب العلوم ۞ كتاب الخطابة ۞ كتاب المغالطين ۞ كتاب ذيـــــل السعادات في علوم الهندسة ۞ كتاب الفصول في الاخبار ۞

(1) *Auctor*: شرح ابن واصــــــل ۞

(2) *Initium*: فان العلم اشـــــرف ۞

*Finis*: كـــــــــــل ج ۞

(3) *Initium*: اقول هكـــــــزا ۞

*Finis*: طايـــــــــــل ۞

(4) *Titulus*: كتاب الايساغوجـــــي ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابي الحجاج يوسف بن محمد بن طلموس ۞

(6) *Initium*: فان لـــــــم ازل ۞

*Finis*: في هذه الصناعـــــــة ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابو حسن علي بـــن رضوان ۞

(8) *Initium*: قصدنـــــــــــا ۞

*Finis*: من وجوه الحكـــــــمة ۞

(9) *Initium*: هذا ما ذكر الفيلســـوف ۞

*Finis*: احتج علي ذلك هنــــاك ۞

(10) *Titulus*: كتاب الارشاد الي الصحيح من النكت والفاسد من العبارات ۞

(11) *Auctor*: تاليف محمد بن العميدي القرطبي ۞

(12) *Initium*: مقدمــــــــــــة ۞

*Finis*: في كل طريـــــــــق ۞

2.° Logica, quæ *Solaris* inſcribitur, de qua jam ſupra egimus, cum Notis Doctoris *Ali Alkatebi*, in eadem urbe exarata die 13. Ragebi ejuſdem anni.

3.° Tractatus de Dialectica, cui titulus *Argumenta demonſtrativa* (1), auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Omar Ben Alhossain*, vulgò *Alkhathib Alrazi*, cujus Vitam & Scripta vide ſupra.

4.° Ejuſdem Opus inſcriptum *Cogitationum Finis* (2), ubi de Theologiæ Scholaſticæ & Dogmaticæ, ac Juris Canonici fundamentis diſſeritur (3). Id opus ob dictionis elegantiam, claramque methodum multi Commentariis ornandum ſuſcepere.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCXLVIII.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ & fine, duobus inde, ut videtur, avulſis foliis: quo continetur Commentarius in Tractatum de Metaphyſica, inſcriptum *Excerpta* (4), auctore *Gelaleldino Alduani* (5), cujus mors incidit in annum Egiræ 907.

## DCXLIX.

Codex nitidè exaratus die 25. Rabii poſterioris anno Egiræ 965. Chriſti 1557. in quo habetur Poema de Arte Chymica theorica & practica, inſcriptum *Particulæ Auri* (6), diviſumque in partes quatuor, tria verſuum millia complectens: auctore *Berhaneddino Abulhassan Ali Ben Abilcassem Ben Arpha Ras nobili Cordubensi* (7), qui ſexto Egiræ ſeculo Arabum Hiſpanorum Chymicorum nulli conceſsit. Id teſtatum reliquit eruditus illius Scholiaſtes *Abdamarus Algeldaki* (8), natione *Perſa*, cujus ampliſsimi Commentarii eodem in Codice accedunt: opus ſanè lectu dignum & inventu rariſſimum. (9)

## DCL.

Codex multiplici exaratus manu, quo continentur:

1.° Opuſculum principio mutilum, de Syllogiſmorum figuris & legibus, auctore Anonymo, qui ad libri calcem hocce opus in oppido *Nairab* (10) citra Damaſcum ſito abſolviſſe ſe teſtatur feriâ 4. die 15. menſis Dilhagia anno Egiræ 760. Chriſti 1358.

2.° Opus de Juriſprudentiæ Fundamentis, carmine conſcriptum, mille verſibus conſtans, titulo *Gradus per quos patet aſcenſus ad neceſſariam Juris cognitionem* (11), auctore *Abu Baker Mohamad Ben Assem Alcaisi* (12) *Hiſpalenſi*, celeberrimo Juriſconſulto, qui anno Egiræ 625. deceſsiſſe traditur.

3.° Logica in epitomen dilucidè & ordinatè contracta, titulo *Propoſitiones*,

(1) *Titulus*: ✿ دلايات البينـــــات

(2) *Titulus*: المحصل من نهاية العقـــول في علمي الكلام واصول الفقه ✿

(3) *Initium*: ✿ فقد النمس منـــــي

*Finis*: ✿ ورضوا عنـــــه

(4) *Titulus*: ✿ التجريـــــد

(5) *Auctor*: ✿ شرح جلال الدين الدواني

(6) *Titulus*: ✿ ديوان الشـــــذور

(7) *Auctor*: نظم برهان الدين ابو الحسن علي بن ابي القاسم بن ارفـــع راس القرطبي ✿

(8) *Commentator*: ✿ ايدمر الجلدكـــي

(9) *Initium*: ✿ واصل سعد المشتـــري

*Finis*: ✿ افاعيـــــا

(10) ✿ نيـــــرب

(11) *Titulus*: مرتقي الوصول الي الضروري من الوصول في الفقه ✿

(12) *Auctor*: نظم ابو بكر محمد بـــن عاصم القيسي ✿

*nes*, ſeu *Theoremata Logica* (1), auctore *Alkhvangi* (2) ſæpius à nobis memorato, cujus nomen integrum *Abv Abdalla Mohamad Ben Jamvr*. (3)

## DCLI.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Tremiſena* anno Egiræ 801. Chriſti 1398. complectens Tractatum de Dialectica, ubi & principium & Auctoris nomen deſideres.

## DCLII.

Codex Syriacè conſcriptus, abſque anni nota, quo continetur *Aristotelis Organum*, & *Porphyrii Iſagoge in Ariſtotelem*. Quis autem hujus Syriacæ verſionis fuerit auctor, apud Scriptores non invenio. Id unum ex Abulpharagii Hiſtoria planè liquet, omnia ferè Porphyrii opera Syriacè verſa fuiſſe, & ejuſdem Abulpharagii tempore adhuc extitiſſe.

# PHILOSOPHICI

## *IN OCTAVO.*

## DCLIII.

CODEX nitidis literis exaratus, in quo videlicet habentur:

1.° Curſus Philoſophicus *Avicennæ*, inſcriptus (4) *Declarationes*. (5)

Præſtantiſsimi operis extat exemplar in Regia Bibliotheca Lugduno-Batava.

2.° Ejuſdem Tractatus, qui videtur prioris Epitome, vel Prolegomena in univerſam Philoſophiam. In eo agit de vera Dei cognitione, de vera Religione, de Prophetiæ neceſsitate, de Animæ poteſtatibus, de Animæ immortalitate & felicitate, de Corporum Cæleſtium cognitione: quæ omnia clarè & ſolidè proponit ac tractat, idque ſecundùm Philoſophorum principia, non verò Mahometanorum deliria. (6)

## DCLIV.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 607. quo continetur ejuſdem Operis Philoſophici alterum exemplar Notis auctum.

## DCLV.

Codex exaratus anno Egiræ 700. Chriſti 1300. quo continetur celeberrimi Philoſophi *Nassereddini Thvsæi* Commentarius in Opera Philoſophica *Avicennæ*. (7)

Is liber omnino rarus & ſingularis eſt, ut pote cujus nemo, quod ſciam, Scriptor meminit: quare magni faciendus.

## DCLVI.

Codex exaratus anno Egiræ 892. Chriſti 1486. quo continetur in *Avicennæ* Tractatum *de Anima* Commentarius, auctore magni nominis Philoſopho *Aphdhaeldino Alkhavangi Perſa*, de cujus ætate & patria nihil certi. (8)

## DCLVII.

Codex nitidè exaratus, carens princi-



(1) *Titulus*: ۞ الجمل المنطقيـــــــــة
(2) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد بن يامور ۞
(3) *Initium*: فهذه جمل تنضبط بها قواعـــد المنطق ۞
*Finis*: ۞ الاخيريـــــــــــن
(4) *Titulus*: ۞ كتاب الاشارات لابن سينا
(5) *Initium*: ۞ ايها الحريـــــــــص
*Finis*: ۞ وكل ميسر مما خلق لـــــه
(6) *Initium*: ۞ هذه اشارات الي اصـــول
*Finis*: ۞ بيني وبيـــــــــنك
(7) *Initium*: ۞ قال الشيخ هذه اشـــارات
*Finis*: ۞ وهو اخر الكتـــــاب
(8) *Initium*: ۞ فان العلم اشـــــرف
*Finis*: ۞ والله الموفق للصـــــواب

cipio & anni notâ, qui *Saadeddini*, vulgò *Altaphtazani* Commentarium in *Avicennæ Metaphyſicam* continet. Is liber ſanè rarus, quippe in nulla Europæ Bibliotheca, quod ſciam, invenitur.

## DCLVIII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Anonymi Commentarius in *Avicennæ Dialecticam*, exaratus die 21. Rabii prioris anno Egiræ 970. Chriſti 1562. Notis compluribus ad Codicis oras adſcriptis. (1)

2.° Anonymi Commentarius eodem anno deſcriptus, in *Avicennæ Phyſicam*. (2)

3.° Commentarius in *Avicennæ Metaphyſicam*, exaratus die 29. menſis Saphari anno Egiræ 967. Chriſti 1559. unde puncta diacritica penitùs exulant: auctore *Nassereddino Thusæo* proximè laudato. (3)

## DCLIX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 861. Chriſti 1456. idque in urbe *Schiraza*, quo continetur Commentarius in Opus Philoſophicum, quod publici juris fecit *Abulhassan Alkateb Cazvinensis*, clariſſimus *Naſſereddini* auditor, titulo *Scientiæ Fontem* (4), auctore *Alsaied Alschariph Algiorgiani*. (5)

## DCLX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens Scholia in eundem Commentarium: auctore (6) *Emir Kugiah*. (7)

## DCLXI.

Codex nitidè exaratus, prætermiſsâ anni notâ, quo continentur:

1.° Anonymi Commentarius in Tractatum de Phyſica nempe, & Metaphyſica, *Scientiæ Fontem* inſcriptum. (8)

2.° Opus de Phyſica, cum Notis *Alſaied Alſchariph Algiorgiani*: auctore viro erudito *Schamseddino Mohamad Ben Abi Cassem Hispahanensi* (9), qui *Cairi* anno Egiræ 749. deceſsit.

## DCLXII.

Codex nitidè exaratus die 1. menſis Schabani anno Egiræ 736. Chriſti 1335. quo continetur Commentarius in Dialecticam, titulo *Mare Utilitatum de Fundamentorum Fonte* (10), auctore ſimul & commentatore *Avicenna* (11). Opus inventu rarum.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCLXIII.

Codex initio mutilus, ablata quippe Præfatione, exaratus anno Egiræ 846. Chriſti 1442. quo continetur Anonymi

(1) *Initium*: قوله للشـــــــارح ۞
*Finis*: بالنسبة الي القســـــــم ۞

(2) *Initium*: في الحاشيـــــــة ۞
*Finis*: لابصير نوعـــــــا ۞

(3) *Initium*: فيقول الفقيـــــــر ۞
*Finis*: بداية واجب الوجـــــــود ۞

(4) *Titulus*: شرح حكمة العيـــــــن ۞

(5) *Initium*: قال احدتهمـــــــا ۞
*Finis*: المنفصل مانعة الخلـــــــو ۞

(6) *Auctor*: امير كوجـــــــة ۞

(7) *Initium*: قوله احديتهما مرتـــــــب ۞
*Finis*: اخرمانكـــــــره ۞

(8) *Initium*: ضمن اي جعـــــــل ۞
*Finis*: اولااقـــــــرب ۞

(9) *Auctor*: تاليف شمس الدين محمد بن ابي قاسم الاصبهاني ۞

(10) *Titulus*: بحر الفوايد في شرح عين القواعد لابن سينا ۞

(11) *Initium*: فان جماعة من العلمـــا ۞
*Finis*: وفينا بها وعدنـــــــا ۞

mi Commentarius in *Avicennæ* Tractatum *de Anima*.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCLXIV.

Codex nitidè exaratus die 16. menſis Ragebi anno Egiræ 659. Chriſti 1260. continens *Khavangi* Philoſophi Tractatum de Logica eruditum planè & accuratum, cui titulus *Myſteriorum Logicæ Explanatio* (1). Is innumeros propè Scholiaſtas habuit. (2)

## DCLXV.

Codex multiplici exaratus manu, quo continentur:

1.° Tractatus de Logica præſtantiſſimus, hoc titulo: *Aurifodina Fundamentorum* (3), tripartitus, cum Prologo & Corollario: auctore ſcilicet *Negmeddino Ali Ben Omar Casbienſi*, ſeptimo Egiræ ſeculo nobili, de quo paulò ſuperiùs. (4)

Tractatus hic deſcriptus eſt anno Egiræ 776. die 11. menſis Dilhagia, Chriſti 1374.

2.° Commentarius in univerſam Philoſophiam, inſcriptus *Fons* (5): auctore *Avicenna* (6). Hujuſmodi Commentarius, qui rariſsimus eſt, exaratus eſſe dicitur anno Egiræ 777.

## DCLXVI.

Codex nitidè exſcriptus, quo continentur:

1.° Commentarius Doctoris *Saadeddini Altaphtazani* in Logicam titulo *Solarem*, cujus mentio ſuperiùs non ſemel facta: adjectis tùm marginalibus, tùm interlinearibus Notis.

2.° Anonymi in eandem Expoſitio. (7)

Is Codex exaratus eſt anno Egiræ 850. Chriſti 1446.

## DCLXVII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in eandem Logicam *Solarem*, exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 854. in urbe *Acſchehar* (8) in Cilicia, de qua vide Abulpharagium in *Hiſtor. Dynaſt. pag.* 307. Hic Commentarius priore fuſior & accuratior, operâ & ſtudio laudati ſupra *Saadeddini Altaphtazani* prodiit. (9)

2.° Logica *Solaris* inſcripta Philoſophi Cothbeddini *Razæi*, ſæpiùs commemorata; hujus autem initio folium unum deſideratur.

## DCLXVIII.

Codex nitidè exaratus, anni notâ, & fine carens, quo continetur Appendix ad ſupra dictum Commentarium in Logicam *Solarem*: auctore *Mula Ahmad Alkhvangi* (10) *Perſa*, vel *Alkhogendenſi*, ex urbe *Khogenda*, quam ſic deſcribit Abulpheda: „ *Khogenda*, ait Ah„ med Alkateb, à *Samarcanda* ſeptem „ dierum intervallo diſtat; quatuor ve„ rò

(1) *Titulus*: كتاب كشف الاسرار فـي المنطق ۞

(2) *Initium*: هذا الكتـــــــــــــاب ۞

*Finis*: في جميع هذه الاقيســـــــة ۞

(3) *Titulus*: عين القواعـــــــــــــد ۞

(4) *Initium*: فهذه رسالـــــــــــــــة ۞

*Finis*: في هـــــــــــذه الاوراق ۞

(5) *Titulus*: الرسالة علي القواعد الكلية للعين لابي علي بن سينا ۞

(6) *Initium*: اعلموا اخوانـــــــــــــي ۞

*Finis*: بلا نهايـــــــــــــــــــة ۞

(7) *Initium*: ورتبه علي مقدمـــــــــــة ۞

*Finis*: بلا طايـــــــــــــــــــل ۞

(8) في بلدة اقشهـــــــــــــــــر ۞

(9) *Initium*: فقد سالني فرقـــــــــــة ۞

*Finis*: تعيين المـــــــــــــــراد ۞

(10) *Auctor*: حاشية مولا احمـــــــــد الخونجي ۞

„ rò ab urbe *Schaſch.* Geographus Ebn „ Haucal auctor eſt *Khogendam* ad Farganam pertinere. Auctor Geographiæ „ quæ *Medulla* inſcribitur , *Khogenda*, „ inquit , urbs magna ad fluminis *Sihun* extremum jacet ; qui & fluvius „ *Khogendæ* , additâ literâ *Ha* , dicitur. „ In plano ſita eſt , hortis abundans, „ quorum fructus ſunt exquiſiti. (a)

## DCLXIX.

Codex mutilus , ſine fine & anni notâ , complectens in eundem Commentarium Scholia , quorum auctor vir magni nominis *Alsaied Algiorgiani.*

## DCLXX.

Codex non una manu exaratus , in quo habentur:

1.° Anonymi Commentarius in eandem Logicam *Solarem.* (1)

2.° Opus de Logica , inſcriptum *Logicæ Fundamenta* (2) , auctore *Mohamad Ben Schariph Alhasbati* (3) , Philoſopho *Granatenſi.*

3.° Quinque alii Tractatus de Dialectica , cum variorum Notis : quos , ut pote maximam partem laceros atque etiam anonymos , non tanti viſum eſt recenſere.

## DCLXXI.

Codex mutilus , principio carens & fine , quo continetur Anonymi Commentarius in eandem Logicam *Solarem*, cujus apud Arabas pretium , ex tot Commentariis planè intelligas.

## DCLXXII.

Codex ſine punctis diacriticis exaratus anno Egiræ 732. Chriſti 1331. quo continetur Tomus tertius Operis Philoſophici , cui titulus *Ortus Diſputationum* (4) , auctore *Fakhreddino Razæo* , vulgò *Rasis* , cujus vitam ſupra deſcripſimus. Id autem in tres partes diviſum , quarum primâ de Corporis definitione , ac de quatuor Elementis, eorumque qualitatibus & proprietatibus; ſecundâ de Anima ; tertiâ de Meteoris diſſeritur. (5)

*Fakhreddinus* Hæreticum quendam *Mohamad Ben Keram* , qui corpus in Deo aſtruebat , ac proinde oculos , aures , manus , pedeſque ipſi tribuere minimè dubitabat , impugnaturus , hoc opus conſcribere aggreſſus eſt : ubi Deum purum ſpiritum eſſe probat; eumque à corpore aſſumendo abhorrere perperam contendit contra Motazelitarum placita , è quibus *Ahmed Ben Hayet*, ut ait Abulpheda ad *pag.* 105. verè aſſeruit *Chriſtum corpus propriè dictum induiſſe* , *eſſeque eum Verbum æternum* , & *incarnatum fuiſſe.*

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

Co-

(a) قال احمد الكاتب من خجنده الي سمرقند سبع مراحل ومن خجنده الي الشاش اربع مراحل ۞ وقال حوقل وخجنده مضمومة الي فرغانه وقال في اللباب وخجنده مدينة كبيرة علي طرف سيحون ويقال له خجنده بزيادة الها وهي مستو من الارض ولها بساتين كثيرة وثمارها مفضلة ۞

(1) *Initium*: قال فهذه رسالة ۞
*Finis*: الوجود ۞

(2) *Titulus*: رسالة في الاصول المنطقية ۞

(3) *Auctor*: محمد بن شريف الحسبني ۞

(4) *Titulus*: السفر الثالث في المباحث الشرقية ۞

(5) *Initium*: في حد الجسم المشهور ۞
*Finis*: فلنختم الكتاب حامدين ۞

## DCLXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Metaphyſicam Doctoris *Fakhereddini*, quæ *Senſuum Scientia* (1) inſcribitur (2). Commentatoris nomen latet. *Metaphyſicæ* nomine non raro Doctores Mahometani Theologiam Scholaſticam intelligunt, quam plerumque *Verborum*, vel *Nominum*, vel potiùs *Attributorum* Scientiam vocitant.

2.° Opus de Juriſprudentia, in ſeptem partes diſtributum, inſcriptumque *Epitome Demonſtrationum* (3). Auctor ignoratur. (4)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCLXXIV.

Codex multiplici manu exaratus, quo nempe continentur:

1.° Commentarius in Logicam magni Philoſophi *Athireddini Abharitæ*, inſcriptus *Appendix* (5). Commentarii auctor *Mohamad Ben Hossain*, cognomento *Fakhreddinus* (6) *Perſa*, octavi Egiræ ſeculi Scriptor. (7)

2.° Commentarius in ejuſdem Logicam, auctore (8) *Kugiak*. (9)

3.° Commentarius in Dialecticam, quæ *Solaris* dicitur: auctore (10) *Mohamad Ben Saad Alduani Cappadoce*. (11)

4.° Anonymi Scholia in eandem Dialecticam. Sub finem aliquot deſiderantur folia.

## DCLXXV.

Codex nitidè exaratus, in quo ſcilicet habentur:

1.° Tractatus de Diſputationum Philoſophicarum conditionibus, inſcriptus *Diſputandi Methodus* (12), auctore viro erudito *Mohamad Alsamarcandi Perſa*, qui ſexto Egiræ ſeculo deceſsit. (13)

Is liber extat etiam in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CMXXXI.

2.° Anonymi Commentarius in Logicam *Solarem*, ſed mutilus.

3.° Commentarius in Dialecticam Doctoris *Ben Massud*, pariter mutilus; nonnulla enim ex fine deſiderantur folia. Commentarii ſcriptor *Ahmad Doncuz*. (14)

## DCLXXVI.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in Opus Philoſophicum ſupra laudatum, cui titulus *Diſputandi Methodus*: auctore *Abrahim Ben Joseph Albulgari* (15), ex *Bulgaria*. (16)

Com-

(1) *Titulus*: علم المعاني ۞

(2) *Initium*: فلما كان العلم ۞

*Finis*: عقلية ۞

(3) *Titulus*: مختصر البرهان ۞

(4) *Initium*: فهذا الكتاب والبرهان ۞

*Finis*: بالقواعد ۞

(5) *Titulus*: حاشية ۞

(6) *Auctor*: شرح محمد بن حسين المدعو بفخر الدين ۞

(7) *Initium*: البداية الابهرية ۞

*Finis*: المنبطة ۞

(8) *Auctor*: شرح كوجك ۞

(9) *Initium*: فقد التمست مني ۞

*Finis*: المقام ۞

(10) *Auctor*: شرح محمد بن سعد الدواني القباديقي ۞

(11) *Initium*: يقول الفقير ۞

*Finis*: الصادر عن المختار ۞

(12) *Titulus*: اداب البحث ۞

(13) *Initium*: فهذه رسالة ۞

*Finis*: كما مر في الاول ۞

(14) *Auctor*: شرح الشيخ دنقوز ۞

(15) *Auctor*: ابراهيم بن يوسف البلغاري ۞

(16) *Initium*: قال الشيخ ۞

*Finis*: وهو المطلوب ۞

2.° Commentarius in Poema de Grammatica, *Lamiat* dictum, quòd illius videlicet ſinguli verſus in literam ل ſimiliter deſinant. Poematis conditor Grammaticorum princeps *Ben Malek*, nobilis *Hiſpanus*; Scholiaſtes verò *Badreddinus* Auctoris filius. Hujus Poematis non pauca invenias exemplaria in hac noſtra Bibliotheca inter Grammaticos Codices.

3.° *Ars Metrica*, auctore (1) *Abu Abdalla Mohamad Ebn Algiasch Ansaræo Hispano*. (2)

## DCLXXVII.

Codex nitidè exaratus, complectens Commentarium in Logicam, quæ *Ortus Luminum* (3) inſcribitur. Auctor operis *Cothbeddinus Razæus*, magni nominis Philoſophus, & *Naſſereddini* auditor celeberrimus; Commentator verò *Hagi Pascha* (4) *Perſa*, Medicus & Philoſophus. (5)

## DCLXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur Anonymi Scholia in eandem *Logicam*. (6)

## DCLXXIX.

Codex exaratus anno Egiræ 854. Chriſti 1450. quo continetur Commentarius in eandem *Logicam*, auctore *Alsaied Alschariph Algiorgiani*: adjectis, ſubjectiſque pariter variorum Notis.

## DCLXXX.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, quo nimirum continentur:

1.° Appendix Doctoris *Alsaied Alschariph* ad Commentarium *Nassereddini Thusæi* in Logicam, quæ *Ortus Luminum* appellatur. Hæc porrò Logica, etſi eundem ac illa, de qua ſupra ſermo, præ ſe ferat titulum; diverſa tamen eſt ac vetuſtior, auctoremque habet *Serageddinum Mahmud*, vulgò *Armavi*, cujus etiam ſuo loco & ordine ſupra meminimus. Circumfertur & alia *Logica* eodem titulo inſignis, at ceteris antiquior: quæ ſummo Philoſopho *Athireddino Abharitæ* tribuitur, cujus veſtigiis alii inſiſtentes, eundem lucubrationibus ſuis Logicis titulum indidere.

2.° Anonymi Commentarius in eandem *Logicam*, cum Notis. (7)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCLXXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 953. Chriſti 1546. in quo habetur Commentarius in eandem *Logicam*, auctore *Sadereddino Mohamad Alcanvi*. (8)

## DCLXXXII.

Codex eleganter exaratus anno Egiræ 858. Chriſti 1453. continens Commentarium in eandem *Logicam*, auctore *Alsaied Alschariph*. (9)

Co-

(1) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد ابن الجيش الانصاري الاندلسي ۞

(2) *Initium*: ۞ قصدت ان اذكـــــــــر
*Finis*: ۞ جمـــــــــــــــــــــــــع

(3) *Titulus*: ۞ مطالع الانـــــــــــوار

(4) *Commentator*: ۞ حجي باشـــــــــا

(5) *Initium*: ۞ فقد النمـــــــــــــــس
*Finis*: ۞ هذا اخر كلامـــــــــــــي

(6) *Initium*: ۞ قال الالهـــــــــــــــــم
*Finis*: ۞ السلبية وبينهما فـــــرق

(7) *Initium*: ۞ قال اللهـــــــــــــم
*Finis*: ۞ وتعريفه هـــــــــــــذا

(8) *Initium*: ۞ قوله لما كـــــــــان
*Finis*: ۞ للمطابقـــــــــــــــة

(9) *Initium*: ۞ قال وحيد زمانـــــــه
*Finis*: ۞ العاشر اكثـــــــــــر

## DCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continetur Opus Philoſophicum apud Mahometanos longè celeberrimum, quod *Ortus Luminum* inſcribitur, Logicam nempe, Phyſicam & Metaphyſicam tripartitò complectens: auctore præſtantiſsimo Philoſopho *Serageddino Mahmud Ben Abi Baker Alarmavi*, aliàs memorato, qui anno Egiræ 682. vitâ defunctus eſt. Hujus Philoſophi Logica tanti apud Arabas putata, ut viros doctiſsimos nacta ſit explanatores. (1)

## DCLXXXIV.

Codex mutilus, quo continetur Appendix ad Logicam cui titulus *Ortus Luminum*, ejuſdem auctoris de quo meminimus ſupra.

## DCLXXXV.

Codex nitidè exaratus, nullâ anni notâ, quo ſcilicet continentur:

1.° Tractatus Diſquiſitiones Metaphyſicas complectens, qui *Abſtractio* (2) inſcribitur, auctore *Alaeldino Alcauschagi Thuſæo*, magni apud Mahometanos nominis Doctore, cujus paulò ante facta eſt mentio: adjunctis Notis *Mohamad Ben Abi Cassem* ex urbe *Hiſpahana*. (3)

Hujus libri aliud extat exemplar in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* DCCCCXXXIII.

2.° Appendix ad eundem Commentarium, auctore *Nassereddino Allacani* (4). Sub finem octo folia deſiderantur.

## DCLXXXVI.

Codex mutilus, carens anni notâ, quo continetur incerti Commentarius in Tractatum de Metaphyſica, qui *Abſtractio* vulgò inſcribitur.

## DCLXXXVII.

Codex nitidè exſcriptus, abſque anni nota, detractiſque in fine duobus ſaltem foliis mutilus, qui continet Doctoris *Alsaied Alschariph Algiorgiani* in eundem Tractatum Scholia, adjectis Notis ad oras plurimis.

## DCLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus die 3. menſis Schabani anno Egiræ 988. quo continetur Commentarius in librum *Stationes* (5) inſcriptum, ubi de Logica & Phyſica Diſceptationes occurrunt. Auctor eſt toties memoratus Doctor *Algiorgiani*; Commentator verò *Schah Fathalla*, vulgò *Alscharvani*: uterque *Perſa*, atque inſignis Philoſophus. Hic autem Codex cùm aliis, tùm Præfatione mutilus.

## DCLXXXIX.

Codex nitidè exaratus, & anni notâ & fine carens. Eo continetur Opus de Phyſica ampliſsimum, titulo *Diſputationum Ortus* (6), CLX. de rebus Phyſicis Problemata complectens: auctore *Fakhreddino Razæo*.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCXC.

Codex literis Cuphicis exaratus die 30. menſis Ragebi anno Egiræ 627. Chriſti



(1) *Initium*: فهذا مختصر في العلوم
*Finis*: ومحكوم عليه
(2) *Titulus*: التجريد
(3) *Initium*: فان شرح التجريد
*Finis*: بالحركة الشرقية
(4) *Auctor*: تاليف ناصير الدين اللقاني
(5) *Titulus*: كتاب المواقف
(6) *Titulus*: المباحث المشرقية

Chriſti 1229. quo continetur Commentarius in Opus Logicum, non copioſum minùs quàm doctum, cujus inſcriptio *Caſtigata Methodus* (1). Ibi de Syllogiſmo, ejuſque figuris præcipuè diſſeritur. Ejus auctor *Mohamad Ebn Mansur Albervi* (2), ex urbe *Berua*, quæ Oceano Æthiopico appoſita, & ad Meridiem maximè vergens, ad provinciam illam pertinet, vulgò *La Coſta de Cafreria*, cujus meminit Geographus Nubienſis. Videtur is floruiſſe *Cairi* anno Egiræ 569. *Cordubam* verò ſe contulit, viros ea tempeſtate literatos aditurus. Commentator autem eſt *Takildinus Modhfer Ben Abi Alaz*, cognomento *Almaphtuh* (3) *Ægyptius*. (4)

## DCXCI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, in quo habetur Opus Philoſophicum, inſcriptum *Liber qui ab erroribus intellectum vindicat* (5), auctore celeberrimo viro (6) *Abu Hamed Mohamad Ben Mohamad*, Perſa *Thuſæo*, vulgò *Algazali* (7). Ibi quid in Philoſophorum ſcriptis Mahometanæ fidei vel adverſum, vel conſentaneum ſit, oſtenditur: ita ut Philoſophorum, præcipuè Platonis, Ariſtotelis, Epicuri, &c. ſententiæ impugnentur, ac proſcribantur; Philoſophiæ autem Deo & Religioni non repugnantis ſtudium maximè commendetur: tùm Quæſtiones nonnullæ de Mahometana Religione Auctori propoſitæ diſſolvuntur.

Ejuſdem Libri exemplum aliud extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* DCCCLXXXIV. & quidem ad uſum filii Regis Hiſpalis *Abu Mohamad Obaid Alla Ben Abi Zaid Ben Abi Haphs*. (8)

## DCXCII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius in librum proximè laudati Scriptoris, auctore *Mula Ali Aracenſi* (9), qui ſeptimo Egiræ ſeculo maximè inclaruit. (10)

2.° Opus inſcriptum *de Simplici Apprehenſione & Judicio* (11), ubi de Veritate ex Logicæ præceptis aſſequenda diſſeritur: auctore *Cothbeddino Razæo*. (12)

3.° Commentarius in Opus Philoſophicum *Stationes* dictum, de quo ſupra. (13)

Is Codex exaratus die 1. Ragebi, anno Egiræ 877. Chriſti 1472. ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

## DCXCIII.

Codex nitidè exaratus, ſine anni nota, quo continentur:

Tra-

(1) *Titulus*: المصطلـــــــــــــــح ۞

(2) *Auctor*: محمد بن منصور البـــروي ۞

(3) *Commentator*: شرح تقي الدين مظفر بن ابي العز عرف بالمفتوح ۞

(4) *Initium*: وقد رغبـــــــــــــن ۞

*Finis*: اذكارهـــــــــــــــا ۞

(5) *Titulus*: كتاب المنقذ من الضلال ۞

(6) *Auctor*: تاليف ابو حامد محمد بـــن محمد الطوسي الغزالي ۞

(7) *Initium*: فقد سالتني ايهـــــا الاخ الحبيب ۞

*Finis*: لايعبد الا ايـــــــــاه ۞

(8) *Auctor*: ابو محمد عبيد الله بن ابي زيد بن ابي حفص ۞

(9) *Auctor*: شرح مولا علي العراقـــي ۞

(10) *Initium*: فان جملـــــــــة الارا ۞

*Finis*: ولنختم الكتاب حامديـــن ۞

(11) *Titulus*: رسالة في التصور والصدق ۞

(12) *Initium*: هذه رسالة مشتملة علـــــي معني التصور ۞

*Finis*: المشار اليه في شرح المطالع ۞

(13) *Initium*: فهذا نبذ من الكـــــلام ۞

*Finis*: قادر عليهـــــــــــا ۞

1.° Tractatus Philoſophicus de Anima, inſcriptus *Demonſtrationes Metaphyſicæ* (1), ubi de Animæ felicitate, ſpiritualitate, immortalitate diſputatur: auctore luculentiſsimo nempe Philoſopho SCHAMSEDDINO MOHAMAD ALSCHAHERVERDI (2) *Perſa*, ex urbe *Schaher.* (3)

2.° Opus Philoſophicum de Anima, cui titulus *Lumina* (4), capitibus xx. comprehenſum, ubi de Animæ ſpiritualitate, immortalitate, felicitate, ac facultatibus ſecundùm Philoſophorum principia diſſeritur: auctore *ABV ALI AHMAD BEN MOHAMAD MASCVIAH* (5), de quo Abulpharagius in *Hiſtoria Dynaſt. pag.* 216. hæc verba: „ Fuit & ex illis *Maſcuiah Abu Ali* „ *Alkhazen* è Perſarum præſtantium & „ illuſtrium præcipuis, qui feliciter lite- „ rarum humaniorum, & ſcientiarum „ antiquarum ſtudia conjunxit. Regi „ *Adadoldaulat Bovaidæ* ærarii Præfectus, „ cui fidem adhibuit, quemque carum „ habuit. Multi ſunt illi in variis ſcien- „ tiarum generibus Libri, necnon Di- „ ſputationes & Diſcurſus. . . . Diu vixit, „ adeo ut ferè ad annum quadringen- „ teſimum viceſimum Egiræ pertin- „ geret.

3.° Alter de eodem argumento Liber, ſed mutilus, titulo *Sapientiæ Orientalis Arcana* (6), cujus auctor *ABV BAKER BEN THOPHAIL HISPANVS Cordubenſis.* (7)



## DCXCIV.

Codex literis Cuphicis, at non una manu exaratus, in quo nimirum habentur:

1.° Commentarius in Opera *Metaphyſica* Doctoris *FAKHREDDINI RAZÆI*, inſcriptus *Expoſitio Media* (8). Ibi de Deo, ejuſque Attributis; de Anima, &c. Scholaſticorum more diſputatur. Auctor Commentarii *ABDALLA MOHAMAD BEN JOSEPH ALSENVSI ALHASNI* (9) *Granatenſis*, nobiliſsimus per ea tempora Philoſophus: qui, ut ipſe fatetur, operi manum ultimam impoſuit *Marochi* anno ſcilicet Egiræ 875. Chriſti 1470. (10)

2.° Ejuſdem Commentarius in *Dialecticam* inſignis apud Africanos Philoſophi (11) *EBN ARAPHA.* (12)

3.° Ejuſdem *Compendium Logicæ*, idque luculentum. (13)

Is verò liber exaratus eſt feria 6. die 25. menſis Scheuali anno Egiræ 948. Chriſti 1541.

4.° Ejuſdem *Epitome Theologiæ Scholaſticæ.* (14)



(1) *Titulus*: كتاب الرموز والامثال اللاهوتية في الانوار المجردة الملكوتية ۞

(2) *Auctor*: تاليف الشيخ شمس الدين محمد الشهروردي ۞

(3) *Initium*: ۞ فان الحكمة

*Finis*: ۞ ثم يتمم له الامر

(4) *Titulus*: ۞ كتاب الانوار

(5) *Auctor*: تاليف ابي علي احمد بن محمد مسكوية ۞

(6) *Titulus*: ۞ اسرار الحكمة المشرقية

(7) *Auctor*: تاليف ابي بكر بن طفيل الاندلسي ۞

(8) *Titulus*: شرح السنوسية الوسطي في علم التوحيد ۞

(9) *Auctor*: شرح عبد الله محمد بن يوسف السنوسي الحسني ۞

(10) *Initium*: ۞ فلما من الله

*Finis*: ۞ الدوام

(11) *Auctor*: ۞ ابن عرفة

(12) *Initium*: ۞ فهذا تقييد

*Finis*: ۞ الحقيقة

(13) *Initium*: ۞ فلما كان علم

*Finis*: ۞ العمر

(14) *Initium*: ۞ فهذه كلمات

*Finis*: ۞ السقمونيا تسهل

5.° Ejuſdem *Theologiæ Dogmaticæ Compendium.* (1)

Hujuſmodi Tractatus abſoluti quidem ſunt, ſed anni notâ defecti.

6.° Opuſculum inſcriptum *Encyclopædia* (2), ubi brevis ac utilis Scientiarum omnium, quarum ſtudiis optimus quiſque Mahometanus operam navare debet, notitia & ratio proponitur: auctore viro doctiſsimo *Abu Abdalla Ben Saed Mohamad Ben Saed* (3), qui ſupremus *Toleti* Judex fuit, & *Hiſtoriæ Nationum* ſcriptor. Eum Abulpharagius in ſua *Hiſtoria* ſæpiùs laudat; ex eoque non pauca deſumſit. (4)

## DCXCV.

Codex literis Cuphicis eleganter exaratus, ſed omiſsâ prorsùs anni notâ: quo continetur Tractatus Metaphyſicus, titulo *Rerum creatarum Conſideratio* (5), ubi pluribus argumentis ex miro rerum artificio, atque Orbis regimine petitis exiſtentia Dei, ejuſque in res creatas ſumma providentia contra quorumdam ejus ætatis Philoſophorum deliria demonſtrantur: auctore *Gebrail Ben Nuh Perſa*, ex provincia *Khoraſana* (6), fortè, ut ex nomine conjicias, Chriſtiano. (7)

## DCXCVI.

Codex nitidè exaratus *Conſtantinopoli* die 4. Moharami, anno Egiræ 920. Chriſti 1514. quo continetur Tertia tantùm Pars Tractatûs tripartiti de Statu Animæ poſt ipſius à corpore ſeparationem, qui *Liber Animæ* (8) inſcribitur. Ibi de Animarum defunctorum Apparitionibus, earumque Præmio & Pœna, præſertim de Sepulchri Supplicio fuſiùs diſputatur.

Inter præcipuos Mahometanæ Fidei Articulos, ſive Capita cenſetur *Sepulchri Supplicium* inſtar Purgatorii à Mahometanis habitum. Id liquidò patet ex fidei ipſorum profeſsione, quam tùm Algazelus ſummæ apud eos auctoritatis Scriptor tradit, tùm Pocokius in *Specimine Hiſtor. Arabum* Arabicè & Latinè refert *pag.* 274. & *ſeqq.* Itaque *pag.* 290. legitur: „ Cum non accepta ſit „ ipſi fides hominis, donec certò per„ ſuaſus ſit de iis, quæ nuntiaverit poſt „ mortem futura: quorum primum eſt „ de examine *Mankeri* & *Nakeri*, qui „ ſunt duo Angeli terribiles, qui ho„ minem in Sepulchro erectum ſtatuunt, „ interrogantes eum de Unitate & Apo„ ſtolatu in hunc modum: quis eſt Do„ minus tuus? & quæ Religio tua? & „ quis Propheta tuus? . . . . . & ut cre„ dat cruciatum Sepulchri, eumque eſſe „ debitum & juſtum judicium erga cor„ pus & animam, ut Deo placet.

Hunc Articulum Mahometani *Motazelitæ* mordicùs negant: quos inter & Mahometanos Orthodoxos ingens ac perpetuum eſt diſsidium. Stulta & ſuperſtitioſa hæc dogmata à Rabbinis Mahometanos accepiſſe non dubitamus.

Aliquot ex initio hujus Codicis folia ita ſunt inter ſe aquæ vi conglutinata, ut Auctoris nomen legere non liceat.

Co-

(1) *Initium*: فقد وضعت ۞
*Finis*: بالمعني ۞
(2) *Titulus*: رسالة في انواع العلوم ۞
(3) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد بن ساعد ۞
(4) *Initium*: القول في شرف العلم ۞
*Finis*: كالانقطاع ۞
(5) *Titulus*: كتاب الاعتبار في الملكوت ۞
(6) *Auctor*: تاليف جبريل بن نوح الخراساني ۞
(7) *Initium*: فان ناسا حين جهلوا ۞
*Finis*: مستمر في ذاته ۞ x
(8) *Titulus*: كتاب الروح ۞

## DCXCVII.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus, quippe & anni notam & quædam ſub finem folia deſideres. Eo continetur Anonymi Tractatus tripartitus de Arte Chymica tùm theorica, tùm practica, hoc titulo: *Maximum Artis Secretum* (1). Auctor Chymicorum principis *Giaberi Ben Haian* veſtigiis inſiſtere ſe profitetur.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCXCVIII.

Codex exaratus die 15. Ramdani anno Egiræ 966. quo continetur Commentarius in Dialecticam, quæ *Clavis* (2) vocitatur. Ejus auctor *Abulhassan Ali Alschariph Algiorgiani*; Commentator verò *Ali Ben Magdedinus Alschahruri Albastami* (3) *Perſa*, ex urbe *Baſthama*.

## DCXCIX.

Codex exaratus feria 5. die 19. menſis Schabani anno Egiræ 948. Chriſti 1541. quo continetur Opus inſcriptum *Duplex Margarita* (4), de Scientiarum videlicet Philoſophiæ & Theologiæ neceſsitate ac præſtantia: auctore *Nureddino Ali Ben Abdalla Alhaiti*, *Meccæ incola* (5), qui huic operi ſummam impoſuit manum, ut ex Prologo liquet, die 8. menſis Rabii poſterioris anno Egiræ 897.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCC.

Codex multiplici manu exaratus, quo continentur:

1.° Diſſertatio de Meteoris, titulo *Tractatus de Philoſophia* (6). Ejus auctor videtur eſſe *Nassereddinus Thusæus*. (7)

2.° Ejuſdem Libellus de contingenti Corporum exiſtentia, cui titulus (8) *Diſſertatio*. (9)

3.° Anonymi Tractatus de iis quæ pio Mahometano & credenda ſunt, & agenda, inſcriptus *Quinquaginta Inſtituta* (10): Catecheſis nimirum Mahometana. (11)

4.° Anonymi Tractatus ex *Algazeli* opere excerptus, de Ente contingenti & neceſſario, qui *Diſſertatio* (12) inſcribitur.

5.° Anonymi Opuſculum de Orationis vocalis & mentalis Conditionibus, inſcriptum *Orationis Expoſitio*. (13)

6.° Opuſculum Theologicum de Dei exiſtentia, cui titulus *Demonſtrationes Entis neceſſarii* (14): auctore *Nassereddino Thusæo*.

Ejuſ-

(1) *Titulus*: كتاب سر الاسرار في الصناعة

(2) *Titulus*: المفتاح

(3) *Commentator*: شرح علي بن مجد الدين الشاهروري البسطامي

(4) *Titulus*: كتاب جواهر العقدين في فضل الشرفين

(5) *Auctor*: تاليف نور الدين علي بن عبد الله الحيثي نزيل مكة

(6) *Titulus*: رسالة في الحكمة

(7) *Initium*: اعلم ان شعاعات الاجرام
*Finis*: ولطفه

(8) *Titulus*: رسالة في حدوث الاجسام

(9) *Initium*: هذا ماجمع
*Finis*: متجاورين

(10) *Titulus*: رسالة في بيان خمسين فرض

(11) *Initium*: انه ما يلزم المومن والمومنة
*Finis*: يجزون

(12) *Titulus*: رسالة في حدوث العالم واثبات الواجب

(13) *Titulus*: رسالة في بيان الصلاة وشرح حقيقتها

(14) *Titulus*: بيان في اثبات واجب الوجود

7.° Ejuſdem Opuſculi Explanatio, quam edidit *Ali Ben Omar Cazuinæus*, Auctoris diſcipulus. (1)

8.° *Avicennæ* Libellus de rerum Definitionibus, qui *Diſſertatio* (2) inſcribitur. (3)

9.° Ejuſdem Libellus alter de Deo, ejuſque Attributis, inſcriptus *Diſſertatio de primo rerum Principio & ultimo Fine* (4): in quo præclara & ingenioſa de Animæ immortalitate ac felicitate Quæſita. (5)

10.° Ejuſdem Diſſertatio de Corporum cæleſtium motu, cum explanatione, quæ inſcribitur *Oratio* (6); & exarata eſt die 15. Ragebi, anno Egiræ 926. Chriſti 1519.

## DCCI.

Codex nitidè exaratus, ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinens: quo continetur Anonymi Commentarius in *Logicam* Philoſophi *Abharitæ* ſæpiùs laudati: adjectis Notis interlinearibus & marginalibus.

## DCCII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Scholia Doctoris *Mula Tarsun Mohamad Ben Saied Hossain* (7) in Logicam *Solarem* inſcriptam.

2.° Appendix ad *Logicam* Perſicè conſcriptam: auctore viro pernobili *Mula Amir Hossain*.

3.° Doctoris *Mula Mohamad Salah* Opuſculum *De Sepulchri*, ſive *Purgatorii Pœnis*.

## DCCIII.

Codex multiplici manu exaratus, ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinens, in quo habentur:

1.° Commentarius in univerſam Philoſophiam, *Luminum Templum* (8) inſcriptus. Hujus auctor *Abulphathuh Iahiaa Ben Hassan Schehabeddinus Alschahruardi* (9), *Perſa* Philoſophus, *Alepi* extinctus die 5. Ragebi anno Egiræ 587.

2.° *Juris Canonici* Expoſitio, quam publici juris fecit *Adaedinus*: ſubjectis prætereà Notis Doctoris *Mohamad Ben Sadeddini Aldavani*, ſeculo Egiræ nono Juris peritiâ inſignis.

Is autem Liber exaratus eſt *Conſtantinopoli* die 9. Moharami anno Egiræ 934.

3.° Anonymi Opuſculum *De Actibus humanis*, *de Gratia*, *& libero Arbitrio*. (10)

## DCCIV.

Codex multiplici exaratus manu, quo continentur:

1.° Scholia Doctoris *Amir Hossain Albazdi* (11) in Logicam, cui titulus *Ad veram Scientiam Manuductio*.

2.° Opuſculum *De ratione interpre-*

(1) *Initium*: انه قد اتفـــــق ۞
*Finis*: ولطلبة الحـــــق ۞

(2) *Titulus*: رسالة في الحـــدود ۞

(3) *Initium*: فان اصنافـــــي ۞
*Finis*: كبيـــــرا ۞

(4) *Titulus*: رسالة في المبدا والمعـــاد ۞

(5) *Initium*: فاني ارد ـــــــ ن ۞
*Finis*: فيما يجري ويدفعـــــل ۞

(6) *Titulus*: خطبة ابي علي بن سينـــا ۞

(7) *Auctor*: حاشية ملا ترسون محمد بن سيد حسين ۞

(8) *Titulus*: شرح هياكل النـــور ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابي الفتح يحيي بن حسن شهاب الدين الشهروردي ۞

(10) *Initium*: فقد سالنـــي الاخ ۞
*Finis*: في صالح دعاوتـــك ۞

(11) *Auctor*: شرح هداية الحكمة للامير حسين اليزدي ۞

*pretandi Alcoranum* , auctore videlicet MOHAMAD BEN BALAL. (1)

3.° Scholia Doctoris *MULA MOVAID* ZADEH in Theologicum Opus *Stationes* inſcriptum.

4.° Explanatio *Proverbiorum Arabicorum* , auctore RADHAELDINO *ALBORHANI* , gente *Syro* , exarata in urbe *Alepo* die 5. Ramdani, anno ab Egira 774.

5.° Expoſitio *Juris Canonici* Doctoris *MULA* KHATHIB ZADEH. (2)

6.° Diſſertatio *De Alcorani Legibus* , cujus auctor *ABDELCADER BEN* MOHAMAD *ALPHAKEHI* (3), qui anno Egiræ 963. *Cairi* floruiſſe traditur.

7.° Anonymi *Orationes ad populum in Templo Meccano habitæ.*

8.° Diſſertatio *De Aſtrolabio*, Turcicè conſcripta, auctoris incerti.

9.° Philoſophi *AFHIREDDINI* , aliàs nobis memorati, Libellus *De Logica.*

## DCCV.

Codex nullâ anni notâ deſignatus, complectens Tractatum *De Philoſophicis Diſciplinis* , Perſicâ linguâ conſcriptum : auctore *ABRAHAMO BEN* MOHAMAD *BEN ARABSCHAH ALASPHRAINI.* (4)

(1) *Auctor* : رسالة في علم التفسير لمحمد بن بلال ۞

(2) *Auctor* : حاشية علي صدر الشريعة لمولي موید زاده ۞

(3) *Auctor* : عبد القادر بن محمد الفاكهي ۞

(4) *Auctor* : شرح فارسي في الفلسفة لابرهيم بن محمد بن عربشاة الاسفرايني ۞

ETHI-

# ETHICI & POLITICI
## *IN FOLIO.*

### DCCVI.

CODEX nitidis exaratus literis, & abſolutus feria 4. die 15. Gemadi poſterioris anno Egiræ 887. Chriſti 1482. quo continetur Opus de Politico regimine, ex variis Scriptorum libris excerptum, inſcriptumque *Florilegium* (1): ubi multa ad morum doctrinam, atque eruditionem etiam pertinentia. Auctor eſt *Ezzeddinus Abdelaziz Ebn Abilcassem Babasri* (2); Opus verò autographum.

Inter alia ſcitu digniſsima, quæ de multarum Urbium proprietatibus tradit Auctor, hæc ibi legas:

„ Ex præcipuis *Syriæ* proprietatibus „ cenſentur Mala dulcia, ſeu Appiana; „ ut & Vitra tenuiſsima ac translucida. „ Quatuor mundi deliciæ celebrantur: „ *Damaſci* Viridarium, Fluvius *Obullæ* in „ *Baſra* urbe, Rivus *Bauvanitarum*, & „ *Sogd Samarcandæ*. Inter *Ægypti* laudes „ in primis eſt Linum, & *Alhinna*; nobiliſsimis quoque abundat Aſinis. *Hiſpahan* verò aeris temperie, ubertate „ ſoli, & aquæ dulcedine præcipuè „ commendatur. Ejus terra croci & „ mellis feraciſsima. In urbe *Samarcanda* præcellit chartæ nitidiſsimæ uſus, „ quæ tantùm ibi & in Sinis reperitur; „ unde Arabes Mahometani, eâ in „ ſuam ditionem redactâ, conficiendæ „ chartæ artificium acceperunt. In ea „ etiam naſcitur *Ribeſia* Planta: invenitur & Lutum eſculentum ad Regum uſum; de quo integrum edidit „ volumen *Mohamad Ben Zacharia Razæus*, ubi illius utilitates recenſet, ſi „ poſt cibum ſumatur. Primereà in ea „ ſunt ſal Ammoniacum, argentum „ vivum, & æs. In urbe *Hauza* gemma *Turcois* ſpectatur; ſed Niſabunienſis longè ceteris præfertur, ut „ Hyacinthus Sarnadibenſis; Margaritæ Omani; Ægypti Chryſolithus; & „ Arabiæ Felicis Corneolus lapis, &c. (a)

Ad

(a) من خصايص الشام التفاح والزجاج في الرقة والصفا ۞ اربع نزهات الدنيا غوطة دمشق نهر الابلة بالبصرة شعب بوان وصغد سمرقند ۞ من خصايص مصر الكتان والحنة وحميرها موصوفة ۞ اصبهان موصوفة بصحة الهواء وجودة التربة وعذوبة الماء وفيها

(1) *Titulus*: كتاب المختار من نزهة الناظر وتحفة المسامر ۞

(2) *Auctor*: جمع عز الدين عبد العزيز ابي القاسم المعروف بالبابصري ۞

Ad noſtræ Interpretationis intelligentiam, proindeque ad majorem lectoris eruditionem, nonnulla ex Cazuinæo, Abulpheda, aliiſque Arabum Scriptoribus, quos laudat Golius, diligenter annotanda ſunt.

Quatuor in *Aſia* loca deliciis affluentia ab Hiſtoricis maximè celebrantur: *Damaſci* videlicet Horti frugum omnigenarum ſuavitate ac ſapore præſtantiſſimi; Fluvius urbis *Obollæ*, ad cujus utramque ripam horti perpetui ac lætiſsimi ſpectantur. Inter plura verò amœni hujuſce loci commoda eſt etiam æſtus maris, quo flumen quotidie creſcit, decreſcitque, & ſurſum, deorſumque agitur; & quidem ad Tigris, Euphratiſque uſque confluentem, paludes nempe, in quas effunduntur ſimul ambo, & unde permiſti uno rurſùs alveo prorumpunt. Rivus *Bauvanitarum* jucundiſsimus eſt in Perſide plurium pagorum tractus, ad Tribum Perſicam Bauvanitam pertinens. *Sogd Samarcandæ*, id eſt irrigui, feliciſsimi & fertiliſsimi *Samarcandæ* agri.

*Alhinna* eſt Cyprus planta à Dioſcoride *lib.* 1. *cap.* 124. deſcripta, Hiſpanis *Alheña* dicta, quæ in Cypri inſula, ſed lætiùs in Ægypto naſcitur; atque etiam in Hiſpania venit. Hujuſce plantæ flores, qui candidi & muſcoſi ſunt, ob ſuaveolentiam expetuntur; folia autem ad tingendum apta ſunt: quæ in pulverem ſubviridem ſoluta, Orientales feminæ in ornatum uſurpant. Hoc ergo pulvere aquæ immixto earum capilli, manus, pedes, unguesque ita tinguntur, ut ipſe pulvis exſiccatus, quaſcunque tinxerit partes, rubras efficiat.

In Regiam Hiſpahanam urbem ob hyemis ac æſtatis temperiem, ubertatemque ſoli rectè etiam quadrat vulgare illud verbum: *Si in regionem unam coirent terra Hiſpahanæ, borealis Heratæ ventus, & aqua Khauarezmæ: ejus incolas nunquam mori contingeret.* (a)

*Samarcanda* urbs non inter Tranſoxianas modò, verùm etiam reliquas Aſiæ civitates, magnitudine, amœnitate ac jucundiore proſpectu nulli ſecunda meritò laudatur; quippe ibi nitidiſsimæ chartæ ars exercetur, cujus uſum Arabes in Arabiam & Africam invexiſſe credibile eſt, poſtquàm *Catibah Ben Moslema* anno Egiræ 85. Chriſti 704. Samarcandam expugnaſſet. Ex quo planè liquet quàm ſit apud Arabes antiquus chartæ uſus. Ibi & planta celeberrima *Ribeſia*, Europæis incognita, feliciter naſcitur. *Ribeſia* autem eſt quædam ſtirps fruticoſa, baccas ferens, in uvæ granorum ſpe-



كثرة الزعفران والعسل ۞ وسمرقند موصوفة بالكواغد التي لا تكون الا فيها وبالصين
ومنها اخذوا الصنعة الاسلام حين امتلكوها ۞ وفيها الريباس والنقل اي طين الاكل
يهدي للملوك وقد صنف فيه محمد بن زكريا الرازي مجلدا وذكر منافعته اذا
اتنقل به بعد الطعام ۞ وفيها النوشادر والزيبق والرقيق ۞ وبهوان الفيروزج ۞ امـا
فيروزج نيسابور يعد من نفايس الجواهر مع ياقوت سرنديب ۞ ولولو عمان وزبرجد
مصر وعقيق اليمن ۞

(a) لو جمع تراب اصفهان وشمال هرات وماء خوارزم في بقعة لا يقبل ان يموت
الناس ابدا ۞

ſpeciem digeſtas, plurimùm albas, ſapore dulci & ſubacido, cujus racemus, ut refert Cazuinæus in ſua *Geographia* libras quinque, treſve, duaſve pendet. Hujuſmodi planta in monte Libano creſcit; at omnium præſtantiſsima quæ in Niſaburæ ſolo viſitur, habenda eſt.

De *Luto eſculento*, aliàs *Terra Lemnia* diſſerens Cazuinæus, laudat Poetæ *Abu Thalebi Almamunæi* hoc Diſtichon:

*Terram Fructûs inſtar, ex qua formati ſumus, & in quam revertemur, præbe mihi.*
*Illa enim eſt, ut primùm erumpit, adſpectu veluti candidiſsima camphora; & illius odoramentum croco miſtum.* (a)

Subditque idem auctor, id luti genus Reges in deliciis habere, & in plurimas aſportari regiones; ita ut uno aureo illius libra veniret.

*Samarcandam* deſcripſere Abulpheda apud *Gravium pag.* 46. Cazuinæus in citata *Geographia*, & nobilis Geographus Jacutus apud *Golium* in *Notis ad Alferganum*: cujus verba, utpote quæ lectori non ingrata fore arbitror, hîc adſcribam.

„ Ambitus *Samarcandæ* duodecim „ paraſangarum eſt: quo quidem continentur horti, arva & prata. Duodecim portas habet, quarum una ab altera diſtat paraſangæ intervallo: in ſummo autem muro Xyſti & turres ad belli uſum extant. Portæ illæ duodecim ferreæ ſunt; & inter binas „ quaſque ſua excubitoribus ſtatio. Arva transgreſſo occurrit ſuburbium, „ ubi ædificia ſunt & fora: atque in ſuburbicaria hac regione agrorum „ ſunt plus quàm ſexcenta jugera. Urbi huic interiori quatuor ſunt portæ; „ & centum circiter jugerum ſpatio fundus patet. In ea viſitur Templum Cathedrale & Arx, ubi Regis palatium eſt. Fluvius in urbem tubulis plumbeis per foveam immittitur: qui ſuper alto deducitur lapideo fulcimento, ſive aquæductu, donec urbem ingrediatur ex parte Portæ *Caſch* nuncupatæ. Rivi, inquam, hujus fundus, quantum patet, plumbo conſtat. Eſt & in urbis foſſa aquæductus, ſuper quo fluvius defertur; idemque medium ſecat forum eo ſcilicet loco, qui porta *Taki*, ſive *Munimenti* dicitur, & maximè habitata Samarcandæ pars eſt. Provenientium autem ad fluvii hujus ripas frugum pars jure piæ donationis pertinet ad Magos, qui ad fluvium pernoctare ſolent, eundemque cuſtodire debent hyeme & æſtate. Ex fluvio hoc, ad quem ſiti ſunt horti, derivantur per civitatem aquæ: neque platea ulla eſt, aut domus, niſi fortè paucæ, in qua non perennis aquæ fluxus. Raro etiam accidit domum aliquam carere horto; adeo quidem, ut conſcenſa arce, cernere nequeas urbis ædificia, ut quæ intermediis hortis & arboribus tecta latent. Intra urbis autem majoris forum exi- „ ſtunt

(a) خذ لي من البقل فذاك الذي ۞
منها خلقنا واليها نصير ۞
كانه للعين لما بدا ۞
احجار كافور عليها عبير ۞

„ ſtunt rivi, fluenta, fontes & mon-
„ tes. (a)

Arriſit & hîc fulgentiſsimum elogium referre, quod in ejus gratiam edidit *Haſsin Ben Almonder*: „ Eſt illa (in-
„ quit) Cælum ob virorem, ejuſque
„ palatia ob ſplendorem Stellæ; fluvius
„ ejus propter obliquum curſum Ga-
„ laxias; muruſque ejus ob rotundita-
„ tem Sol. (b)

Quam ſimilitudinem Poeta *Ametus Ben Vadheb* deſcripſit his verſibus:

*Excelſa meruit Samarcanda dici decus Choraſanæ, Paradiſus regionum.*
*An non ſunt turres ejus in altum ſuſpenſæ, ita ut viſum fugiant?*
*Non ſecus ac Luna, intra murum obſita umbris & arboribus.*
*Luna quædam plena, & rivi ejus Via lactea, arceſque velut Stellæ micantes.* (c)



(a) سمرقند حايطها اثني عشر فرسخا وفيه بساتين ومزارع وارحاء ولها اثنا عشرة بابا من الباب الي الباب فرسخ وعلي اعلاء السور ابراج وابرجة للحرب ۞ والابواب الاثني عشر من حديد وبين كل بابين منزل للنواب واذا جزت المزارع صرت الي الربض وفيه ابنية واسواق وفي ربضها من المزارع نف وستماية جريب واهذه المدينة اعني الداخلة اربعة ابواب وساحتها تكون نحو مياة جريب وفيها المسجد الجامع والقهندر وفيه مسكن السلطان وفي هذه المدينة الداخلة نهر يجري من رصاص وهو نهر قد بني علي مسناة عالية من حجر يجري عليه الماء الي ان يدخل المدينة من باب كش ووجه هذا النهر رصاص كله وقد عمل في خندق المدينة مسناة واجري عليه وهو نهر يجري في وسط السوق بموضع يعرف بباب الطاق كان اعمر موضع بسمرقند وعلي حافات هذا النهر غلات موقوفة علي من بات في هذا النهر وحفظه من الماجوس عليهم حفظ هذا النهر شتا وصيفا مستفرض ذلك عليهم ۞ وفي المدينة مياه من هذا النهر عليه بساتين ۞ وليس من سكة ولادار الا بها ماء جار الاقليل وقل ما يخلو دار من بستان حتي انك اذا صعدت قهندرها لاتري ابنية المدينة لاستتارها عنك بالبساتين والاشجار ۞ فاما داخل سوق المدينة الكبيرة ففيه اودية وانهار وعيون وجبال ۞

(b) كانها السماء للخضرة وقصورها الكواكب للاشراق ونهرها المجرة للاعراض وسورها الشمس للاطباق ۞

(c) علت سمرقند ان يقال لها زين خراسان جنة الكور ۞
اليس ابراجها معلقة بحيث لاتستبين للنظر ۞
ودون ابراجها خنادقها عقيمة ماء نفاد من ثغر ۞
كانها وهي وسط حايطها محفوفة بالظلال والشجر ۞
بدر وانهارها المجرة والاطام مثل الكواكب الزهر ۞

Ceterùm, etſi nobiliſſima hæc urbs ſequiori ævo, incurſione Tartarici Imperatoris *Gingizkhan* anno Egiriano 617. multum de veteris formæ præſtantia amiſit; non minori tamen ſplendore atque opulentia ſub *Tamerlani* auſpiciis, quàm priſcis temporibus floruit.

In montibus *Hauazæ*, ut Scriptor noſter tradit, perinde ac *Farganæ*, teſte Abulpheda, reperitur lapis *Alphairuzag* dictus, genus quoddam Jaſpidis, id eſt, *Borea*, vulgò *Turqueſa*.

De inſula *Sarnadib* hæc habet Geographus Nubienſis *VIII. parte*, *Clim.* I. „ E celebrioribus Inſulis hujus maris eſt „ inſula *Sarnadib*, quæ quidem maxima „ eſt, & celeberrima, habetque octo- „ ginta leucas in longitudine, totidem- „ que in latitudine: eſtque in ea mons „ excelſi cacuminis......... Super hunc „ montem & circa ipſum reperiuntur „ omnes Hyacinthi ſpecies, variaque „ lapidum genera, & alia ſimilia; in „ ejus autem valle reperitur Adamas, „ quo exercetur ſculptura gemmarum „ cujuſcumque lapidis. Super eundem „ quoque montem extant diverſa aro- „ mata, variæque odoramentorum „ ſpecies, quale eſt lignum Aloes, & „ ſpecies aromaticæ, & animal Muſci, „ & animal Zibeti. Præctereà in hac „ Inſula inveniuntur Cypreſſus, Nux „ Indica, & Saccari arundines. In illius „ fluminibus reperitur optimus Beryllus „ & maximus. In omnibus denique „ littoribus ipſius extant loca ad expi- „ ſcandos uniones optimos, præſtan- „ tiſsimos ac pretioſiſsimos.

## DCCVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Aſceticum inſcriptum *Animarum Vita*, *&* *Manuductio ad viam Virtutis* (1), diviſumque in plura capita, ubi de Dei Amore, Pœnitentia, Oratione, aliiſque pietatis exercitationibus diſſeritur: auctore Abdelcarim Ben Zaineddino Hvazez Alcaschairi (2), *Ægyptio*, qui ſeculo Egiræ quinto & doctrinæ, & pietatis famâ claruit. (3)

## DCCVIII.

Codex exaratus die 20. Ramdani anno Egiræ 643. Chriſti 1245. quo continetur Gloſſarium, titulo *Proverbiorum Collectio* (4), ubi priſcorum Arabum proverbia, mores, ſtudia, &c. referuntur & explicantur: auctore Abulphadhl Ahmad Ben Mohamad Almidani (5), *Perſa Niſaburienſi*, qui obiiſſe fertur anno Egiræ 518. Opus ſanè ad Arabica ſcripta intelligenda prorsùs neceſſarium. (6)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCIX.

Codex exaratus die 21. Moharami, anno Egiræ 702. quo continetur ejuſdem *Gloſſarii* alterum exemplar, inferioris tamen notæ.

## DCCX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni no-

(1) *Titulus*: كتاب حياة الارواح والدليل الى طريق الصلاح ۞

(2) *Auctor*: تاليف عبد الكريم بن زين الدين هوازن القشيري ۞

(3) *Initium*: فصل في الشباب ۞
*Finis*: والله اعلم ۞

(4) *Titulus*: كتاب مجمع الامثال ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابو الفضل احمد بن محمد الميداني ۞

(6) *Initium*: فان من العلوم ان الادب ۞
*Finis*: بماقد كان ۞

nota : quo continetur Opus inſcriptum *Viri obtemperantis Solamen* (1), in capita quinque diſtributum, ubi de Morum doctrina, ac præcipuè de Hominis voluntate ad Dei nutum conformanda uberiùs, elegantiúſque diſceptatur (2). „ Hujus auctor GEMA-„ LELDINUS *Mohamad Ben Dhapher*, „ qui, teſte *Ben Khalcan*, ortu Siculus „ eſt, educatione Meccanus, *Apameæ* „ incola, plura edidit opera, quorum „ præcipua ſunt Epitome libri *Scientiæ* „ *veræ* dicti, ac duplex Commentarius „ in Opera *Hariræi* Major & Minor. „ Supremum obiit diem *Apameæ* anno „ Egiræ 565. Chriſti 1169. [a]

## DCCXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 979. Chriſti 1571. ad uſum Bibliothecæ *Zaidani* Marochi Regis : quo continetur Tomus primus Libri, cui titulus *Mœroris & Calamitatis Solatium* (3). Auctor eſt *ABU ALI HASSAN EBN ABI ALFOHM*, tribu *TANUKHI* (4), *Syrus*, dignitate Judex, qui anno Egiræ circiter 484. deceſsit. In eo autem opere Sententias è complurium ſcientiarum & diſciplinarum libris ad mœrentium ſolatium collectas reperias. (5) In eum Librum perdoctos elucubravit Commentarios *Lotphalla Ben Haſſan Altocati*. Utrumque Opus aſſervatur in Regia Bibliotheca Pariſienſi. Eodem etiam titulo, ac de eodem argumento prodiit aliud ſtudio *Abulhaſsin Ali Ebn Mohamad Almedeni*, cujus meminit Auctor noſter in laudati Operis præfatione.

## DCCXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ, quo Pars quarta Operis Ethici celeberrimi, quod inſcribitur *Scientiæ ad Religionem ſpectantes, in claſſes diſtributæ* (6); dividiturque in partes quatuor, quarum prima de Religione, de fidei Mahometanæ fundamentis, articulis credendis, ac præceptis obſervandis; ſecunda de politico & legali Regimine; tertia de Actibus humanis; quarta demum, quam Codex hic tantummodò complectitur, de Vitiis & Virtutibus egregiè tractat, videlicet de Ira, de Odio, de Invidia, de Avaritia, &c. de Pœnitentia, de Patientia, de Gratiarum actione, &c.

Id opus eo eſt apud Mahometanos in pretio, ut bene multos explanatores habuerit, ac breviatores. Auctor eſt Antiſtes *ABI HAMED MOHAMAD ALGAZELI* (7) *Perſa*, *Thuſenſis*, ex urbe *Thus*, ubi

(a) تاليف جمال الدين محمد بن ظفر الصقلي المولد وكان منشاه بمكة نزيل حماه وبها توفي سنة خمسماية وخمسة وستين له مصنفات عديدة منها مختصر كتاب الاحيا وله شرحان علي مقامات الحريري كبير وصغير ذكره ابن خلكان ☼

(1) *Titulus* : ☼ كتاب سلوان المطـــاع
(2) *Initium* : ☼ فان لما افضــــي
*Finis* : ☼ ولم يعلم ابن طـــاح
(3) *Titulus* : ☼ كتاب الفرج بعد الشدة
(4) *Auctor* : تاليف القاضي ابي علـــي حسن ابن ابي الفهم التنوخي ☼
(5) *Initium* : فاني لما رايت ابنا الدنيـــا متقلبين فيها بين خير وشر ☼
*Finis* : ☼ ادناه الي الفـــرج
(6) *Titulus* : كتاب احيا العلـــوم الدينية ☼
(7) *Auctor* : تاليف الامام ابي حامـــد محمد الغزالي ☼

ubi doctrinæ laude & pietatis famâ clariſsimus deceſsit anno Egiræ, teſte *Abiurdæo*, 505. Splendida hujus Doctoris præconia vide apud Herbelotium.

## DCCXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tomus prior Operis Aſcetici, cui titulus *Iter Viatorum ad ædes Sanctorum* (1). Is verò Tomus XXII. capita complectitur, ubi de Virtutibus & Vitiis agitur, ac multa ad pietatem, conjunctionemque cum Deo hortamenta occurrunt: auctore (2) *Schambseddino Abi Abdalla Mohamad Ben Abi Baker Murciano Collegii Granatensis Præfecto.* (3)

## DCCXIV.

Codex nitidè exaratus feriâ 7. die 28. Gemadi poſterioris anno Egiræ 798. Chriſti 1395. idque in urbe *Mecca*, quo continetur Opus *Suaviloquentia* (4) inſcriptum, ſeptuaginta Conciones complectens, quas ad populum in Templo Meccano habuit *Abulpharagius*, vulgò *Ebn Algiauzi*, inſignis ſui ævi Concionator. (5)

## DCCXV.

Codex pereleganter exaratus die Sabbati 12. Gemadi prioris anno Egiræ 996. Chriſti 1587. quo continetur Opus hoc inſigne titulo: *Novum & elegans Florilegium* (6), LXXXVIII. capitibus comprehenſum. Ibi de Virtutibus & Vitiis contrariis fuſè, ornatéque diſſerit vir ſanè doctus ac eruditus *Mohamad Ben Ahmad Alkhathib*, cognomento *Alabschahi* (7), qui, ut hujuſce operis lectio gratior accideret, varia ibi ſcitu digna per literarum ſeriem digeſſit, nimirum de Animalibus, eorumque generibus; de Metallis, ac Lapidibus maximè pretioſis; de Bello, ac de Viris bellica virtute claris; de Agricultura, Venatu, Piſcatu, Architectura, ceteriſque Artibus & Diſciplinis. Hoc opus laudat Pocokius in ſuo *Hiſtoriæ Arabum Specimine*, *pag.* 370. ubi illud auctoris incerti exiſtimat, fortè quod exemplar, quo uſus eſt, Auctoris nomen non præferret. (8)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCXVI.

Codex literis Cuphicis, & quidem nitidis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Politicum tripartitum, titulo *Regum, ac militiæ Ducum Regimen* (9). Ibi de Imperii rectè adminiſtrandi ratione; de Regis jure & officio erga Subditos; de Virtutibus, quibus Regem ornatum eſſe oportet, ac de Exercitationibus, quæ illum ad animi relaxationem decent, diſſeritur. Ocurrunt & Præcepta multa de Judicio accuratè reddendo, de promovendis ad jus di-

(1) *Titulus*: كتاب مدارج السالكين في منازل السالكين ۞
(2) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابي عبد الله محمد بن ابي بكر المرسي امام مدرسة غرناطة ۞
(3) *Initium*: فلما كان كمال الانسان ۞
*Finis*: بالعلم النافع والعمل الصالح ۞
(4) *Titulus*: كتاب المورد العذب ۞
(5) *Initium*: فاني لما رايت فن المواعظ ۞
*Finis*: الراحمين ۞
(6) *Titulus*: كتاب المستطرف في كل فن مستظرف ۞
(7) *Auctor*: تاليف محمد بن احمد الخطيب الابشهي ۞
(8) *Initium*: فقد رايت جماعة من ذوي الفهم ۞
*Finis*: ياارحم الراحمين ۞
(9) *Titulus*: كتاب سياس الامرا وولاة الجنود ۞

dicendum & ad præcipuas dignitates viris ingenio, probitate, doctrinâ præſtantibus; de Agricultura, Artibuſque fovendis; de retinenda militari Diſciplina, & de Militibus exercendis: quibus rebus neglectis, vel maxima Imperia labefactari contendit Auctor. Addit inſuper, agens de ſtatu quo ſe res Hiſpanæ ea tempeſtate habebant, ſummum Hiſpano Imperio diſcrimen imminere; in eo quippe nulla probitatis & doctrinæ ratio habebatur; provinciis præficiebantur homines indocti, ſuperbi & divitiarum nimis cupidi; agri ſquallebant, jacebant artes; in militibus nulla fortitudo, nulla armorum cura; timor hoſtium multus, &c. Inſeritur poſtremò Regis ad filium Teſtamentum, ubi plura egregia documenta ex Græcis, Arabibuſque Sapientibus petita. Auctor hujus Operis *Abraham Ben Abdelvahed Ben Abilnur Hispanus* (1), qui declinante ſeculo Egiræ quinto, graſſantibus inter Hiſpanos Arabes de imperio factionibus, ſcripſiſſe fertur. (2)

Ad Codicis calcem occurrit hæc Nota: „ Id exemplar deſcriptum eſt ad „ uſum Bibliothecæ Regis Granatæ *Abu* „ *Jahia Abi Bakr*, nomine *Metuakel Ala* „ *Allah*: „ qui, ut refert Ebn Alkhathib in *Granatæ Hiſtoria*, regnaſſe videtur anno Egiræ 551. Chriſti 1156.

## DCCXVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 990. quo continetur Opus egregium de Politico Regimine, inſcriptum *Ra*-*ra Margarita* (3), & *Mardini* Regi *Alſaid*, id eſt *fortunato*, nuncupatum: auctore *Schamseddino Abi Abdalla Mohamad Ben Thalhat* (4), *Ægyptio*, & Sectæ *Schapheiticæ* Doctore, qui varias Sententias tùm ad moralem diſciplinam, tùm etiam ad regimen politicum ſpectantes ibi collegit. Primùm verò de Regis virtutibus, ſingulatim diſſerit; inde agit de primariis Regni Adminiſtris, ſcilicet de Annonæ, Claſsis, Ærarii, & Regii Tribunalis Præfectis, quibus optima præcepta tradit. Principum denique jura circa Tributa impoſita & imponenda, ac Subditorum officia penſitat, idque ad Mahometanorum leges & conſuetudines.

## DCCXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus, cui titulus *Mahometi Monita ad Abu Horairah* (5), varias nempe Mahometi Sententias *Abu Horairah* fido illius Amico traditas complectens, quas poſteà cum aliis fabulis in magnum volumen congeſsit, & publici juris fecit celeberrimus Traditionis aſſertor *Albokhareus*.

## DCCXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo principium & anni nota deſiderantur, complectens Opus, quod *Liber Traditionum Mahometi* (6) inſcribitur. Hujus auctor *Ahmad Ben Mohamad Hiſpalenſis*, ſexto Egiræ ſeculo nobilis, qui varias Mahometi Sententias ad morum inſtitutionem pertinen-

(1) *Auctor*: تاليف ابراهيم بن عبد الواحد بن ابي النور ۞

(2) *Initium*: ۞ فان الله قد شرفنا———

*Finis*: ۞ قريب الاجداد———ه

(3) *Titulus*: كتاب العقد الفريد للملك السعيد ۞

(4) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابي——— عبد الله محمد بن طلحة الشافعي ۞

(5) *Titulus*: ۞ وصايا محمد لابي هريره

(6) *Titulus*: ۞ كتاب احاديث محمد———

nentes ibi tradit. Occurrunt ibidem ridiculæ de Paradiſo & Gehenna fabulæ ex Talmudiſtarum libris excerptæ.

## DCCXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, principio carens, quo continetur Tomus primus Operis Politico-Moralis, quod inſcribitur *Liber Sapientiæ* (1), in Tomos quatuor digeſti : auctore incerto. Ibi multa & Græcorum & Arabum Philoſophorum præclarè dicta ad morum doctrinam & politicum regimen appoſita referuntur.

## DCCXXI.

Codex nitidè exaratus feriâ 2. die 17. Ramdani, anno Egiræ 725. Chriſti 1324. quo continetur Opus partim ſolutâ, partim ſtrictâ oratione contextum, cui titulus *Præcepta Sapientiæ* (2). Ibi ſapientum & illuſtrium Arabum Sententias, ſive ad Moralia, ſive ad Politica ſpectantes plenis undequaque manibus conſperſas legere eſt : quarum nonnullas, ut inſtituti noſtri ratio poſtulat, ſubjungimus. (3)

*Verba Medicamentis perſimilia ſunt, quorum moderatus uſus prodeſt, immoderatus nocet.*

*Qui Amicorum numerum auget, plures ſibi comparat Creditores.*

*Ab Amicorum invidia perinde cave, atque ab Inimicorum dolo.*

*Qui unum verbum moleſtum ægrè fert, plura ſuſtinere cogitur.*

*Aliqui ob tyrannidem inſipientes habentur; plerique ob miſericordiam laudem ſibi comparant.*

*Melior eſt Solitudo Impiorum cœtu.*

*Regis plus expedit ſeveritas, quàm indulgentia.*

*Omnia ab initio parva, deinde ſuccreſcunt, præter infortunium.*

*Omnia, præter bonos mores, dum augentur, vileſcunt.*

*Si Clementia perditionis eſt cauſa; Venia profectò eſt impotentiæ argumentum.*

Calipha Ben Mervan *de duplici exercitu hæc dixiſſe traditur : „ Utrumque „ Deus perdat; nam alter meum ſan„ guinem, alter opes meas expetit.*

*Qui merita non remuneratur, impotens, vel invidus eſt.*

*Rex, per quem tyrannis expellenda eſt, nec opprimat, nec avarè ſe gerat; quum liberalitas ab ipſo emanet.*

*Qui ad Regum arcana admittitur, eorum ædes cæcus adeat, inde ſurdus exeat.*

*Vera Regum Chymia ſunt Ædificia; eos autem Mercatura dedecet maximè.*

*Amor non amat conſilium, nec Voluptas adverſarium.*

*Regum janua negotiorum fodina eſt : itaque patientiam & frequentiam poſtulat.*

*Heu! vereor vitam pelago committere; ille enim eſt aqua, ego terra; terram verò ſolvit aqua.*

*Rex potens, ac tyrannus verè eſt Amor: cujus jocus ſine lege, quies cum labore; cujus initium ludus eſt, finis exitium; qui mentem corrumpit, corpus morbo afficit; mentis auget curas, corporis vires enervat, pallore vultum inficit; Amantes denique miſeros, ac viles ubique reddit.* (a)

Qui

(a) الكلام كالدوا ان اقللت منه نفع وان أكثرت منه قتل ۞
من كثر اصدقاوه كثر غرماوه ۞

(1) *Titulus* : ۞ كتاب الحكمة ۞
(2) *Titulus* : ۞ كتاب الاداب في الحكمة ۞
(3) *Initium* : ۞ فان الطف الكلام ۞
*Finis* : ۞ عدمنه ۞

Qui plura velit, Erpenium legat; is enim plurimas Arabum Sententias Latinè redditas, notiſque illuſtratas in *Grammaticam Arabicam* congeſsit.

DCCXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, principio mutilus, quo ſcilicet continetur Opus inſcriptum *Proverbia Sapientiæ* (1) & in capita CC. diſtributum: ubi virorum doctrinâ excellentium præclarè dicta uberiùs referuntur, ſubjectis interdum Narratiunculis, & Apologis ad mores informandos non parum idoneis.

Autographus eſt Codex, quem Auctor anonymus anno Egiræ 801. perſcripſiſſe memoratur.

DCCXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur To-



احتفظ من حسن اصدقايك ومكر اعدايك ۞

من لايصبر علي كلمة يسمع كلمات ۞

الناس انقص عقلا من الظلم اولي الناس بالعفو قدرهم ۞

الوحدة خير من جليس السوء ۞

جور السلطان خير من ضعفه ۞

كل شي يبدو صغير ثم يكبر الّا المصيبة ۞

كل شي يرخص ما خلا الادب ۞

انكان الحلم مفسدة كان العفو معجزة ۞

ابن مروان قال في العسكرين لعن الله الفريقين اما احدهما يطلب دمّي اما الاخر يطلب مالي ۞

التقصير عن الاستحقاق عيّ او حسد ۞

لاينبغي للملك ان يظلم وبه يرفع الظلم ۞ ولايبخل ومنه يتوقع الجود ۞

من داخل الملوك اعمي يدخل ويخرج اخرس ۞

كيمية الملوك العمارة ولاتحسن بهم التجارة ۞

ليس في الحب مشورة ۞ ولا في الشهوة خصومة ۞

ابواب الملوك معادن الحاجات تزين الصبر والملازمة ۞

لا اركب البحر اخشي علي منه العاطب ۞

طين انا وهو ماء والذي في الماء دايب ۞

الحب ملك قاهر وحاكم جاير ۞ هزله جد وراحته تعب ۞ اوله لعب ۞

واخره عطب ۞ يذهب العقل ويمرض الجسد يقوي الفكر ويضعف الجسد ۞

يصفر الابدان ويوقع في الذل والهوان ۞

(1) *Titulus*: امثال الحكمة ۞

mus primus Operis Politici & Hiſtorici, cui titulus *Margaritæ ordine conſertæ* (1), in viginti quinque Tomos diviſi: auctore ignoto.

Itaque Tomus primus, de quo ſermo, principio mutilus (quippe tria, vel quatuor folia deſiderantur) agit de politico Imperii regimine; de priſcorum Arabum bellis, ac moribus ad veſtitum, victum, potumque maximè ſpectantibus; de Calipharum rebus præclarè geſtis, ubi de viris bellica virtute claris: quos inter recenſentur *Barmacidæ*, & militiæ Dux *Hagiag Ben Joſeph.*

*Barmacidæ*, quos Arabes *Baramekah* (2) vocitant, gentile nomen eſt familiæ cujuſdam Perſicæ armis & literis celeberrimæ, cujus princeps & auctor *Jahia Ben Khaled*, primarius Caliphæ *Haruni Ben Raſchid* Adminiſter. Is quatuor filios habuit, *Fadhelum* nempe, *Giapharum*, *Mohamedum & Muſam*, paternarum virtutum hæredes. *Barmacidarum* præclariſsima geſta, opes, & varios caſus deſcripſere multi, poſteriſque illorum monumenta, veluti ſecundæ & adverſæ fortunæ trophæa, reliquere. De iis agit in *Hiſtor. Dynaſt.* Abulpharagius *pag.* 150. 151. & 152. fuſiùs tamen & ordinatè Herbelotius.

*Hegiag Ben Joſeph* clariſsimorum Arabum militiæ Ducum qui, imperitantibus Caliphis, & eloquentiâ & virtute bellica floruerunt, nulli ſanè ſecundus extitit. Illius vitam, reſque geſtas vide in laudata Abulpharagii *Hiſtoria*, *pag.* 127. 129. ubi hæc leguntur: „ Obiit ergo *Hegiagius* annos natus „ quinquaginta tres, quum provinciis „ Hegiazi & Iracæ viginti annos præ„ fuiſſet, & virorum illuſtrium centum „ & viginti millia, præter alios qui in „ bello ceciderant, morte affeciſſet: „ mortuis inſuper in ipſius carcere vi„ rorum quinquaginta, feminarum tri„ ginta millibus.

## DCCXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, initio & fine mutilus, quo continentur veterum Poetarum Arabum dicta & facta.

## DCCXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, principio & anni notâ carens, quo continentur Præcepta ad morum doctrinam ſpectantia, ex variis, præter Mahometanos, Philoſophis Græcis, tùm Ethnicis, tùm Chriſtianis collecta, videlicet *Platone*, *Eraſio*, cujus meminit Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *fol.* 86. *Theſſalo*, *Galeno*, & *Gregorio Theologo*, ſive *Nazianzeno*, atque aliis. Ad Codicis calcem *Vita Alexandri Magni.*

## DCCXXVI.

Codex Cuphicis exaratus literis, mutilus, complectens Opus Ethicum, cui titulus *Cordium Alimentum* (3). Auctor *Abu Thaleb Mohamad Ben Ali Ben Athia* (4), doctrinæ & pietatis laude apud ſuos clariſsimus. Is, ut *Abu Bakerus Ben Thabet* Bagdadenſium Annalium Scriptor memoriæ prodidit, in *Perſia* natus, jam adoleſcens *Meccam* ſe contulit, ubi tandem anno ab Egira 386. fatis conceſsit.

Hoc autem Opus nedum Mahometani, ſed alii etiam Orientales tanti faciunt, ut Hebraicè bis converſum fuerit.

Co-

(1) *Titulus:* كتاب العقد ۞

(2) البرامكة ۞

(3) *Titulus:* كتاب قوت القلوب ۞

(4) *Auctor:* تاليف ابي طالب محمد بن علي بن عطية ۞

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus, quo continetur Anonymi Liber de Moribus informandis, *Via recta* (1) inſcriptus.

# ETHICI
# &
# POLITICI
## *IN QUARTO.*

### DCCXXVII.

Codex nitidè exaratus die 18. Gemadi poſterioris anno Egiræ 739. Chriſti 1338. quo continetur Opus Ethicum, inſcriptum *Medulla Libri, qui Vera Scientiæ Religio nuncupatur* (2), cujus ſupra mentio: auctore *Mohamad Algazelo*, Doctore apud Mahometanos clariſsimo, qui celeberrimum ſuum Opus *Ahia Alolum* appellatum, ubi de Virtutibus & Vitiis ſcitè ac doctè differit, amicorum votis obſequens, in epitomen contraxit (3). In fine *Algazeli* ortum, obitumque annotatum reperias. Is igitur natus eſt anno Egiræ 448. obiit verò die 15. Gemadi poſterioris feriâ 2. anno 505. Chriſti 1111.

### DCCXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

*Tom. I.*

1.° Ejuſdem *Algazeli* Opus, quod inſcribitur *Viatorum Aditus ad Regias ædes* (4), Effata potiſsimùm complectens, quæ ad fidem & pietatem ſpectant. Exaratum eſt die 18. menſis Dilhagia anno Egiræ 749. Chriſti 1343.

2.° Liber inſcriptus *Res pretioſa, & pulchra Familiaritas; ſelecta Medulla, & grata Amicorum Confabulatio* (5): ubi de Virtutibus moralibus, quas ſingulas eleganti ſermone perſequitur vir doctus *Abulabbas Ahmad Ben Mohamad Ben Alariph Cordubenſis*. Is liber exaratus eſt feriâ 4. die 12. Moharami, anno Egiræ 750. Chriſti 1349.

3.° Opus Ethicum de eodem argumento, cui titulus *Teſtamentum Doctoris Abulvalid Albagi* (6) *Cordubenſis*, cujus mors incidit in annum Egiræ 470. Chriſti verò 1077. Ibi varia occurrunt Monita, quæ ad Religionem propagandam, pietatemque excolendam in primis pertinent.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

### DCCXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 28. Gemadi poſterioris anno Egiræ 550. Chriſti 1155. autographus, quo continetur Opus Aſceticum, *Vitæ Monaſticæ Liber* (7) inſcriptum, atque in partes ſex diſtributum. Ibi celeberrimus Suphita *Talmasani* de Vita ſolitaria, ejuſque laudibus differit. (8)

Vox *Suphita*, Arabicè *Suphi* (9), vi-



(1) *Titulus*: شبيل الصلاح ۞
(2) *Titulus*: كتاب لباب احيا العلوم للمريدين ۞
(3) *Initium*: فانه قد عنّ لي في بعض اسفاري ۞
*Finis*: والله الموفق ۞
(4) *Titulus*: كتاب المداخل السلوك الي منازل الملوك ۞

(5) *Titulus*: كتاب النفايس ومحاسن المجالس وسبة الالباب وملاطفة الاحباب ۞
(6) *Titulus*: وصية الشيخ ابو الوليد الباجي ۞
(7) *Titulus*: كتاب التصوف ۞
(8) *Initium*: معرفة ام ان اخلص ۞
*Finis*: وكل مرة ۞
(9) صوفي ۞

virum denotat rigidiorem ac puriorem diſciplinam amplexum, qui, abdicatis rebus omnibus, Prophetarum, Aſcetarumque more in loca remotiora ſecedit; idque ut vitæ contemplativæ liberiùs vacet. Solent verò hujuſmodi Aſcetæ Mahometani laneis albis uti veſtibus, ut à ceteris diſtinguantur: unde ipſis nomen. Plura habent Cœnobia extra urbem condita, ubi Præfecto, ſeu Moderatori, certis legibus atque inſtitutis adſtricti, parent.

Hoc autem religioſæ vitæ Inſtitutum non multò ante annum CC. Egiræ, teſte *Almakrizio*, idque gliſcentibus ea tempeſtate ſectis & hæreſibus, apud Mahometanos innotuit: ita ut ſub Calipharum auſpiciis poſtmodum longè, latéque patuerit; hodieque etiam per univerſum Mahometanorum Imperium vigeat. De illius Sectæ regulis, moribus, ſtudiis, viriſque & pietate & doctrina illuſtribus non pauci Auctores, in hac noſtra Bibliotheca ſuis locis laudandi, ſcripſere.

## DCCXXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Commentarius in Opus Aſceticum, quod olim conſcripſit ALGAZELUS, inſcripſitque *Viatorum Ædes* (1): auctore viro pietatis famâ nobiliſsimo ABU ISMAIL ABDALLA (2), *Perſa*, in urbe *Herat*, ſive *Aria* nato, *Damaſci* incolâ (3). In eo de Vita Solitaria, de Traditionum Scientia, de Sermonis Arabici proprietate, ac de Arabicis Antiquitatibus agitur: adjectis *Abdelrauphi Bentagi Alaereſin Heratenſis* (4) Notis.

## DCCXXXI.

Codex exaratus die 23. menſis Schabani anno Egiræ 536. quo continetur Tractatus Aſceticus, hoc titulo: *Epiſtolæ Encyclicæ ad Monachos Suphitas* (5), diſtributus in capita LIV. ubi de Monachorum Suphitarum vitis, qui pietatis famâ, & doctrinæ laude claruere, ac de eorum votis & inſtitutis diſſeritur: auctore ABULCASSEM ADELCARIM BEN HAVAZ ALCASCHIRI (6), Suphitarum Ordinis Præfecto, qui hocce opus abſolviſſe fertur anno Egiræ 438. Chriſti 1046. (7)

## DCCXXXII.

Codex literis nitidis, vocalibuſque animatus, exaratus anno Egiræ 947. quo continetur Collectio Proverbiorum, titulo *Mille Apophthegmata* (8). Auctoris nomen omittitur. (9)

Celeberrima ſunt, & maximæ quidem auctoritatis apud Mahometanos mille hæc Apophthegmata, quæ, ut ferunt, ex Mahometi ore ſunt excepta. Nonnulla ad morum doctrinam, reliqua ad religionem pertinent; pleraque tamen ridicula ſunt ac fabuloſa, ex Rabbinorum nempe libris deſumta.

## DCCXXXIII.

Codex nitidè exaratus feriâ 4. die

19.

(1) *Titulus*: منازل السايرين ۞

(2) *Commentator*: شرح ابو اسمعيل عبد الله الهروي ۞

(3) *Initium*: فهذا املا وجيز صغير الحجم عزيز العلم ۞

*Finis*: من ورايهم محيط ۞

(4) حواشي عبد الراووف بن تاج العارفين الهروي ۞

(5) *Titulus*: كتاب الرسالة الي الصوفية ۞

(6) *Auctor*: تاليف ابي القاسم عبد الكريم هوازن القشيري ۞

(7) *Initium*: فقد جعل الله ۞

*Finis*: علينا حجة ۞

(8) *Titulus*: كتاب الف كلمة في الحكمة ۞

(9) *Initium*: وقد جمعت ۞

*Finis*: القينه في النار ۞

19. Schabani, anno Egiræ 996. Chriſti 1587. complectens videlicet Conciones centum, quæ *Diſci aurei* (1) inſcribuntur. Auctor *Abulpharagius*, magni nominis Concionator. (2)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCXXXIV.

Codex nitidè exaratus feriâ 6. die 17. Dilcadat anno Egiræ 1004. Chriſti 1595. quo continetur Opus inſcriptum *Auxilium Dei miſerentis, de Gratiis gratis datis* (3), ubi *Schahabeddinus Ahmad Ben Mohamad Albornos*, vulgò *Zaruc* (4), *Hiſpanus*, de Vitæ ſolitariæ proprietatibus ac privilegiis agit. (5)

Ex Regia Bibliotheca Marochana, videlicet Regis *Abdalla Zeidani*, ut ad calcem Codicis annotatur.

## DCCXXXV.

Codex multiplici manu exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus Aſceticus, inſcriptus *Penu Cordium* (6), ubi de Suphitarum inſtitutis & moribus, de vera & ficta Pietate, ac de utriuſque Indiciis: auctore (7) *Abu Thaleb Meccano*. (8)

Hujus operis Epitome extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* DCL.

2.° Opus pariter Aſceticum, cui titulus *Via ad Deum accedendi, cum eo ſe conjungendi, atque ab eo benignam pollicitationem repetendi* (9). Dividitur in plura capita, quibus fusè atque eleganter de Dei amore, ac de Vita ſolitaria diſſerit *Azzedinus Abdelsalam Ben Ahmad Ben Ganem Hierosolymitanus* (10), ejus operis auctor. (11)

Is autem Codex exaratus eſt die 15. Gemadi prioris anno Egiræ 975.

3.° Tractatus de Exercitiis ſpiritualibus, inſcriptus *Propoſitorum Stationes, & Myſteria Exercitationum* (12), ubi Auctor anonymus plura tradit de Meditatione & Oratione, ac de fructu quem iis vacantes percipere ſolent. (13)

4.° Ejuſdem Opus inſcriptum *Diaboli Confutatio* (14), de libero nimirum Arbitrio, ac de Decreto prædeterminante: ubi tres hac de re Doctorum Mahometanorum ſententiæ recenſentur, illorum videlicet qui humanas actiones ad Decretum prædeterminans tantummodò referunt; deinde qui eas voluntatis Arbitrio ſolùm adſcribunt; poſtremò qui illas Decreto, ſimulque hominis Arbitrio aſsignant. Hanc verò poſ-

(1) *Titulus*: كتاب اطباق الزهب يحـــوي مائة مقالة في الوعظ ۞

(2) *Initium*: فقد شار علي ولي مــــن الاوليا ۞

*Finis*: ۞ فانهم ــــــــــن

(3) *Titulus*: الفتوحات الرحمانية في حل الفاظ العطاية ۞

(4) *Auctor*: شهاب الدين احمد بـــن محمد البرنسي عرف بزروق المغربي ۞

(5) *Initium*: ۞ اما قبل كل شــــــي

*Finis*: ۞ ظاهرا وباطنــــــــا

(6) *Titulus*: ۞ قوة القلــــــوب

(7) *Auctor*: ۞ تاليف ابي طالب المكــي

(8) *Initium*: ۞ باب ماهية الحكمــــة

*Finis*: ۞ انه واحـــــــــد

(9) *Titulus*: طرق الوسايل وتمــــق الوسايل ۞

(10) *Auctor*: تاليف عز الدين عبد الســلام بن احمد بن غانم المقدسي ۞

(11) *Initium*: ۞ فان الله لايشبه خلقـــه

*Finis*: ۞ في القبــــــــور

(12) *Titulus*: مواقف الغايات واســــرار الرياضات ۞

(13) *Initium*: فـان جماعة من المحبيـــن رغبوا ۞

*Finis*: ۞ الحسنـــــــــي

(14) *Titulus*: ۞ تفليس ابليــــــس

poſtremam, utpote ſaniorem, Theologi Mahometani amplectuntur, ac docent; idque ne vel Dei omnipotentiam, abſolutumque in Creaturas dominium negent, vel Hominis arbitrium, adeoque meritum & demeritum è medio tollant; utrumque enim aleæ plenum, & rectæ fidei abſonum eſſe profitentur.

## DCCXXXVI.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Commentarius *in Librum Judiciorum* (1), de Vita ſcilicet Monaſtica, olim conſcriptum ab *Abulphadhl* TAGEDDINO *AHMAD BEN ATALLA Alexandrino*, quem Commentariis dilucidavit *MOHAMAD BEN ABRAHIM BEN ABAD ALNAPHRI ALZEBDI*, ex urbe *Zebid*, quam Geographus Nubienſis *pag.* 24. ita deſcribit: „ Porrò civitas *Zabid* eſt „ ingens, & ejus incolæ divites ac opu„ lenti; & ad eam confluunt mercato„ res plurimi de terra *Hagiaz*, Æthio„ piæ ac Ægypti aſcendentes per naves „ *Gioddæ*. Æthiopes quoque deferunt „ ad eam merces ſuas; & ex eadem „ educunt varias aromatum ſpecies & „ vaſa *Sinica*, aliaque ſimilia. Eſt au„ tem ſita propè parvum flumen, di„ ſtatque ab urbe *Sana* CXXXII. M. P.

2.° Quæſita ac Reſponſa varia Auctoris anonymi ſuper locis nonnullis quæ in libro Aſcetico *Penu Cordium* inſcripto, & à nobis ſupra citato difficiliora occurrunt.

## DCCXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur:

1.° Opus de Vita ſolitaria, *Scientia Monaſtica* inſcriptum, cujus auctor *MOHAMAD BEN ALI BEN MOHAMAD ALARBI ALTHAI* (2) *Hiſpanus*, Suphitarum Monachorum Præfectus, qui ineunte ſeptimo Egiræ ſeculo pietatis & doctrinæ myſticæ famâ apud ſuos inclaruit, quique plures de Myſtica Theologia libros edidit. Itaque in hoc opere agit de Vitæ ſolitariæ inſtituendæ ratione, ac de Collatione quotidiana inter Monachos circa animæ progreſſum & vitia caſtigatione digna ſtatis horis habendâ. Ibi varia quoque remedia & conſilia ad puriorem vitam ſpectantia proponuntur. Nec ſilentio prætermittendum eſt ejuſdem Auctoris vaticinium, quod ad Codicis calcem occurrit, de amittenda & tandem recuperanda à Mauritanis Hiſpania, idque anno Egiræ milleſimo exacto: quod qua fide dignum ſit, eventus ipſe oſtendit.

Is Codex exaratus eſt die 18. Scheuali, anno Egiræ 882.

2.° Opus de eodem argumento, inſcriptum *Donorum Largitio* (3), idque quadripartitum, Auctoris incerti: ubi de Animæ contemplationi vacantis ſtatu, ac de illius facultatum deſtructione & quiete, quam ſemel aſſecutus vir contemplator, altiſsimis afficitur donis & arcanorum cæleſtium revelationibus. Hujuſmodi doctrina non abludere à *Moliniſtarum* hæreſi videtur, niſi quod hi corporeis rebus fruantur; illi inanibus tantùm ſpectris contenti, reliquas voluptates deſpiciant.

3.° Liber de Monachorum Suphitarum Regulis & Conſtitutionibus, titulo *Vitæ Solitariæ Fundamenta* (4): auctore *ABULABBAS AHMAD ALBORNOS*, jam ſupra laudato.

Co-

(1) *Titulus*: كتاب الحكم

(2) *Auctor*: محمد بن علي بن محمد العربي الاندلسي

(3) *Titulus*: تحفة المواهب

(4) *Titulus*: قواعد التصوف واصوله

## DCCXXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continetur Opus inſcriptum *Florilegium Hiſtoricum* (1), centum Mahometi Revelationes complectens ad pietatis & fidei præcepta pertinentes: auctore *Ahmad Ben Mohamad Ben Omar Ben Mathir Alrabii* (2) *Hiſpalenſi*, qui anno Egiræ 611. *Cairi* enituit. (3)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCXXXIX.

Codex pereleganter exaratus die 10. menſis Saphari anno Egiræ 770. Chriſti 1368. in quo ſcilicet habetur Opus titulo *Morbus & Remedium* (4), in plura capita digeſtum: auctore *Abu Abdalla Mohamad Abi Baker Damasceno* (5), qui eo in opere de Orationis præſtantia, & Caritatis fraternæ laudibus ornatè juxta ac ſolidè tractat: in quo, ſi Mahometanas ſuperſtitiones excipias, nihil profectò eſt quod pietatem tuam offendat. (6)

## DCCXL.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Tractatus Aſceticus de pietatis erga Mahometum officiis, titulo *Paraphraſis Deprecationis Mahometanæ* (7): ubi de ſolenni illa Mahometi Precatione, quæ Lege & certis ritibus præſcripta eſt, & habetur in primâ Alcorani Suratâ, nempe *In nomine Dei miſericordis*, uberiùs agitur. Hujuſce libri auctor eſt *Belbab Ebn Adel* (8) *Cordubenſis*, quinti Egiræ ſeculi Scriptor.

## DCCXLI.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, quo continentur:

1.° Preces variæ ad Deum, viri apud ſuos pietate inſignis *Abulhassan Alschadeli*. (9)

2.° Poema veteris Poetæ *Caab Ben Zohair* (10) in Mahometi laudem.

3.° Poema *Saphilddini Alholli* (11), Poetæ facundiſsimi, de eodem argumento.

4.° Anonymi Carmen *de Mundi vanitate & contemptu.*

## DCCXLII.

Codex exaratus die 9. Moharami anno Egiræ 870. quo continetur Opus Aſcetico-Hiſtoricum, inſcriptum *Fax in tenebris prælucens viris in Deo confidentibus* (12): ubi multa miracula Pſeudoprophetæ adſcripta ad Mahometanorum pietatem excitandam enarrantur: auctore *Schamseddino Abi Abdalla Mohamad Ben Musa Ebn Alnaman Almozali* (13), qui ultimam impoſuit huic

(1) *Titulus*: مقطفات الازهار فـــــــي مستنطرفات الاخبار ۞

(2) *Auctor*: جمعه احمد بن محمد بـــن عمر بن مطير الربعي ۞

(3) *Initium*: فان محبكـــــــــــم ۞
*Finis*: فيـــــــــــــروي ۞

(4) *Titulus*: كتاب الداء والــــــــدواء ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمـــد بن ابي بكر الشامي ۞

(6) *Initium*: سبيل شيـــــــــــخ ۞
*Finis*: النصح لكل مسلـــــــــم ۞

(7) *Titulus*: تفسير اية التصليـــــــة ۞

(8) *Auctor*: بلباب ابن عـــــــــادل ۞

(9) *Auctor*: ادعية ابي الحسن الشاذلي ۞

(10) *Auctor*: قصيدة كعب بن زهير فـــي مدح محمد ۞

(11) *Auctor*: قصيدة صفي الدين الحلي ۞

(12) *Titulus*: كتاب مصباح الظلام فـــي المستغيثين بالله ۞

(13) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابـــي عبد الله محمد بن موسي بن النعمـــان المزالي ۞

huic libro manum anno Egiræ 639. Chriſti 1241.

### DCCXLIII.

Codex nitidè exaratus feriâ 1. die 18. Moharami anno Egiræ 982. Chriſti 1574. quo continetur Tractatus Moralis, qui *Societas & Solamen derelictorum* (1) inſcribitur, Narrationes CCC. ad ſpem in Deum erigendam complectens: auctore *Abi Mohamad Ben Ismail Alhosaini* (2), Monacho Suphita. (3)

### DCCXLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, folio ab initio avulſo mutilus, in quo nempe habetur Tractatus Paræneticus de Virtutibus Moralibus, titulo *Notio Virtutum* (4): auctore *Abulhassan Ali Ben Mohamad Ben Habib Almavardi Albasri* (5), qui, ut *Abu Iſac Abrahim Schirazenſis* in *Bibliotheca Juriſconſultorum* tradit, *Baſſoræ* in Aſsyria natus, obiit *Bagdadi* anno Ægiræ 450. ubi plura ac præclara de Juriſprudentia, de Morum diſciplina, & aliis conſcripſit.

### DCCXLV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 21. Rabii poſterioris anno Egiræ 842. Chriſti 1438. quo continetur Opus Ethicum ſatis copioſum, titulo *Ratio Vitæ purioris in gratiam piorum & gratorum hominum* (6), XXX. capitibus comprehenſum: ubi de Virtutibus Theologicis & Moralibus, quas exercere debent Monachi Suphitæ, in quorum gratiam hocce opus adornavit, abſolvitque *Abulabbas Ahmad Persa Schirazensis* (7) anno Egiræ 579. qui ex opere *S. Joannis Climaci* non pauca excerpſit, & in ſuum penè ad verbum tranſtulit. (8)

### DCCXLVI.

Codex nitidè, non una tamen manu exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus inſcriptus *Animæ Receptaculum* (9), ubi de Animæ ſtatu poſt ſui à corpore ſeparationem, ac de illius ſupplicio & beatitudine diſſeritur: auctore *Zakildino Abu Mohamad Abdeladhim Almonderi* (10), qui anno Egiræ 636. ſupremum obiit diem. Opus autem exaratum eſt feriâ 2. die 15. Ragebi, an. Egiræ 896. Chriſti 1490. (11)

2.° Liber, cui titulus *Viridarium Adventitiorum* (12), de Suphitarum nempe moribus, ſtudiis atque inſtitutis. Ejus auctor *Abu Giaphar Mohamad Ben Alhossain Ben Bazdainar* (13) Per-

(1) *Titulus*: كتاب أنس المنقطعين ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي محمد بن اسمعيل الحسيني ۞

(3) *Initium*: فاني استخرت الله في كتاب ۞

*Finis*: طوبـــــــــــلا ۞

(4) *Titulus*: كتاب معرفة الفضايل ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابي الحسن علي بن محمد بن حبيب البصري الماوردي ۞

(6) *Titulus*: كتاب الصفا في معاملة اهل الوفا ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابي العباس احمد الشيرازي ۞

(8) *Initium*: واعلم ان النفـــــــاوت ۞

*Finis*: سبحانـــــــــــه ۞

(9) *Titulus*: منــــــازل الارواح ۞

(10) *Auctor*: زكي الدين ابو محمد عبد العظيم المنذري ۞

(11) *Initium*: فهذه رسالـــــــة ۞

*Finis*: في الاخـــــــــرة ۞

(12) *Titulus*: روضة المريدين في اداب الصوفية واحكامهم وطريقتهم واخلاقهم ۞

(13) *Auctor*: تاليف ابو جعفر محمد بن الحسين بن بزدابنار ۞

*Perſa*, ſeptimi Egiræ ſeculi Scriptor.

3.° Opus ſelectas, verioreſque Mahometanorum Traditiones complectens, inſcriptum *Quadraginta Traditiones* (1), eodem auctore: adjectis Scholiis Doctoris *Abu Abdalla Mohamad Alsolami Almanavi sectæ Schapheiticæ Jurisconsulti*. (2)

## DCCXLVII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 814. Chriſti 1411. quo continetur Opus Theologico-Myſticum, in xxx. capita digeſtum, cui titulus *Puritas Cordium, & Scientia Arcanorum infuſa & acquiſita* (3), auctore *Dhialdino Abdelaziz Aldairini* (4), qui plures & quidem ridiculas ibi fabulas admiſcet.

## DCCXLVIII.

Codex ſine punctis diacriticis exaratus, quo continetur Opus inſcriptum *Fulcimentum* (5), ubi plures Arabum Sententiæ ad morum doctrinam pertinentes occurrunt: auctore *Mohamad Ben Salamah Ben Abdalla Alcothai Cordubensi* (6), Judice primario.

## DCCXLIX.

Codex nitidè exaratus, & initio & fine mutilus, quo continetur *Liber Sapientum Arabum res præclarè geſtas, ſimulque ſelecta Carmina complectens* (7): auctore incerto.

## DCCL.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus, varias continens Conciones certis diebus ſolennibus habendas: quas Auctor anonymus ex pluribus libris ſibi collegit.

## DCCLI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 908. quo continetur Tractatus Aſceticus, titulo *Virtus Temperantiæ* (8), in plura capita diſtributus: ubi Auctor anonymus pluribus contendit argumentis ex Jure Mahometano petitis mendicationem vetitam eſſe, iiſque ſolùm permiſſam, qui morbo aliquo, vel tanta laborant egeſtate, ut unde alantur non habeant. Laudabilem hanc conſuetudinem in univerſo Mahometanorum Imperio ſervari vidimus.

## DCCLII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 775. Chriſti 1373. in quo habetur Anonymi Opus Aſcetico-Hiſtoricum, inſcriptum *Hortus odoratus* (9), Monachorum Lanigerorum, quos *Suphitas* vocant, vitam & mores complectens. Simile quidem opus, eodemque titulo exornatum, & quingentis conſtans Narrationibus edidit *Abdalla Ben Asad Japhei Jamanita*, octavi Egiræ ſeculi Scriptor non vulgaris. Quare anonymi hujus Libri eum auctorem eſſe non immeritò conjicias.



(1) *Titulus*: الاحاديث الاربعين ۞

(2) *Auctor*: شرحه ابو عبد الله محمد السلمي المناوي الشافعي ۞

(3) *Titulus*: كتاب طهارة القلوب والخضوع لعلام الغيوب ۞

(4) *Auctor*: تاليف ضيا الدين عبد العزيز الديريني ۞

(5) *Titulus*: مسند الشهاب ۞

(6) *Auctor*: جمع محمد بن سلامه بن عبد الله القطاعي القاضي القرطبي ۞

(7) *Titulus*: كتاب يذكر فيه فضايل فضلا العرب وفيه احسن اشعارهم ۞

(8) *Titulus*: كتاب قمع الحرص بالزهد والقناعة وذم المسلة وما يحرم منها ويكره ويجوز ۞

(9) *Titulus*: كتاب روض الرياحين ۞

Inter plures Cœnobitas ſanctitatis laude conſpicuos recenſet idem Auctor anonymus virum nomine *Abi Alſabi*, tùm geſtis, tùm ſcriptis clariſsimum, qui amore caſtitatis, ut Origenes Adamantius, virilia ſibi amputavit. Hinc arreptâ occaſione, de Libidinis ſede, an in renibus, teſticulis, ve, an in corde ſita ſit? inquirit, diſputatque.

DCCLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, & principio & anni notâ carens. Ibi Tractatus occurrit de Contemptu & vanitate Mundi, titulo *Vita Solitaria* (1): cujus Auctor anonymus, ut conjicere licet, *Hiſpanus* eſt.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

DCCLIV.

Codex literis Cuphicis, non una manu exaratus, principioque mutilus, varias continens preces homini ſanctioris vitæ inſtitutum amplexo recitandas: quas inter multæ ſunt, quæ Chriſtianam religionem ſapiant, multæquæ Mahometanam ſuperſtitionem, imò & magicas artes redoleant.

DCCLV.

Codex nitidè exaratus die 11. menſis Scheuali anno Egiræ 683. Chriſti 1284. quo continetur Opus carmine conſcriptum, ad morum doctrinam pertinens, titulo *Narrationes morales, & Proverbia* (2): ubi Fabulæ Æſopeis ſimiles, quibus varia inducuntur animalia inter ſe colloquentia.

Hujuſmodi Fabulas Scriptores Orientales *Locmano* Philoſopho adſcribunt, qui, ut eorum plerique ferunt, Philoſophus extitit inter Arabes celeberrimus, Æthiops genere, conditione ſervus, ob inſignem, divinamque penè ſapientiam ab hero libertate donatus. Quo autem ille vixerit tempore, non una omnium ſententia: Arabibus de ſuo *Locmano*, perinde ac Græci de *Æſopo* ſuo, diſcrepantibus.

Ceterùm qui *Locmani* & *Æſopi* nomen, ætatem, apologos accuratiùs expenderit, non dubito quin is mecum ſentiat, *Locmanum*que eundem eſſe ac *Æſopum* pronunciet; vox enim *Æſopus* nonnihil immutata, idem ſonat ac *Æthiopus*, ſive *Æthiops*. An autem Arabes à Græcis, an potiùs Græci ab Arabibus ejuſmodi fabulas acceperint, decernere non ita facile; etſi Apologi, de quibus ſermo, magis ad Orientalium quàm ad Græcorum ingenium, ſtylumque ſint accomodati. Videſis Fabricium Lib. II. *Biblioth. Græcæ*, *pag.* 399. & Erpenium ad calcem *Grammaticæ Arabicæ*, necnon Herbelotium, alioſque plures apud eundem Fabricium.

# ETHICI & POLITICI

## *IN OCTAVO.*

DCCLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 594. Chriſti 1197. quo continetur Opus inſcriptum *Philoſophorum Apophthegmata* (3), quæ ABU ZAID HONAIN BEN ISAC, Græcæ, Arabicæ & Syriacæ linguæ peritiſsimus, ex Græ-

(1) *Titulus*: ☼ كتاب التصوف

(2) *Titulus*: ☼ كتاب حكايات وامثال ادبية

(3) *Titulus*: ☼ كتاب اداب الفلاسفة

Græcorum libris excerpſit, atque Arabicè reddidit. (1)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

DCCLVII.

Codex exaratus anno Egiræ 741. Chriſti 1340. quo ſcilicet continentur:

1.° Tractatus Paræneticus, *Solatium hominis Dei voluntati obtemperantis* (2) inſcriptus, ubi auctor *Mohamad Ben Abi Mohamad Ebn Zaphar Hiſpanus* ſolari mœrentes pluribus contendit exemplis, & ad pœnitentiam prætereà, ceteroſque patientiæ & pietatis actus argumentis quàm validiſsimis adhortatur.

2.° Opus Theologico-Dogmaticum, cui titulus *Diaboli Confutatio* (3), de Decreto prædeterminante ac de libero Arbitrio, ubi etiam de utriuſque Concordia: quod ſtudio *Abdelazizi Abdelsalam Hieroſolymitani*, cujus mentio ſuperiùs facta, elaboratum eſt.

DCCLVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 818. Chriſti 1415. quo continetur Opus, *Pulcher Hortus* (4) inſcriptum, varia Colloquia moralia ad pietatem excitandam idonea complectens, quæ ex pluribus Ethicorum libris excerpta *Abdelaziz Abdelsalam Hieroſolymitanus* ad uſum nempe Monachorum Suphitarum adornavit.

DCCLIX.

Codex non una manu exaratus, quo nimirum continentur:

1.° Tractatus Aſceticus de Vita rectè inſtituenda, quadripartitus, qui nomine *Introductionis ad Regias ædes* (5) circumfertur: auctore *Algazelo*. Hujus Libri complura extant exemplaria in hac noſtra Bibliotheca.

2.° Opus inſcriptum *Præcepta moralia de Dei timore ac amore* (6): auctore, ſpectatiſsimæ apud ſuos pietatis viro (7), *Abulphath Ebn Atha Alchadeli Alexandrino*. (8)

3.° Tractatus Aſceticus, inſcriptus *Arcanum Arcanorum de Lumine detegendo* (9), id eſt de vera Virtutis via, de Vita ſolitaria, ejuſque deliciis: ubi plura de Scientia infuſa ac Revelationibus Quæſita: auctore *Algazelo*, in Theologia Myſtica verſatiſsimo.

DCCLX.

Codex nitidè exaratus feriâ 5. die 6. menſis Dilcadat anno Egiræ 870. Chriſti 1465. quo continetur Tractatus Theologico-Myſticus, titulo *Selecta de Orationis præſtantia* (10), ubi de vera & ficta Pietate, ac de Orationis tùm mentalis, tùm vocalis conditionibus diſſeritur: auctore (11) *Abi Abdalla Mo*-



(1) *Initium*: هذه نوادر الفاظ الحكما ۞
*Finis*: الي موضعه ۞

(2) *Titulus*: سلوان المطاع ۞

(3) *Titulus*: كتاب تفليس ابليس ۞

(4) *Titulus*: كتاب الروض الانيق في الوعظ ۞

(5) *Titulus*: كتاب مدخل السلوك الي منازل الملوك ۞

(6) *Titulus*: الحكم والاداب ۞

(7) *Auctor*: تاليف الشيخ الولي ابو الفتح ابن عطا الشاذلي الاسكندري ۞

(8) *Initium*: فلما انحصر ۞
*Finis*: والخوف ۞

(9) *Titulus*: سر الاسرار في كشف الانوار ۞

(10) *Titulus*: كتاب القول البديع في فضل الصلاة ۞

(11) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد ابي الخير السخاوي المصري ۞

HAMAD *ABILKHAIR*, vulgò *ALSAKHAVI*, *Ægyptio*, qui ſummam huic operi manum impoſuit anno Egiræ 860. obiitque tandem anno ejuſdem Æræ 864. (1)

Ad Codicis calcem Scriptorum, quos laudat, occurrit Catalogus.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCLXI.

Codex nitidè exaratus die 3. Dilcadat, anno Egiræ 875. quo continetur ejuſdem Tractatus ſelectior, titulo *Orationis jaculatoriæ Virtus* (2), in VIII. capita diſtributus, ubi variæ id genus Orationes piis viris ſuppetunt.

## DCCLXII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 818. quo continentur Conciones XVI. inſcriptæ *Quies Animarum* (3), quas GEMALELDINUS *ABULPHARAGIUS ABDELRAHMAN BEN ALI BEN ALGIUZI*, celeberrimus Concionator, ad populum in templo habuit. (4)

Methodus autem, qua Mahometani Concionatores utuntur, ſic ſe habet. In exordio præmiſſa quidem, ut moris eſt, gratiarum actione, emiſſaque fidei Mahometanæ profeſsione, Concionator Deum pro Regis tunc regnantis incolumitate, ac Regni felicitate deprecatur: deinde veniâ à Rege, ſi adſit, petitâ, concionem alloquitur, eique ſuadet ut faciles, attentaſque aures Dei verbo præbeat: poſteà argumentum, de quo tractaturus eſt, brevi oratione exponit, atque Alcorani textu & Doctorum auctoritate, inſertis interdum exemplis, comprobat: poſtremò ad populum converſus, illius vitia coarguit, illumque ad honeſtè, rectéque vivendum cohortatur.

## DCCLXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Sententiarum Collectio ad morum doctrinam pertinentium, quas ex variis auctoribus excerpſit, ac in unum congeſsit *ABU ABDALLA BEN SALAMA ALCODAII*.

Aliud hujus operis occurrit exemplum inter Codices Ethicos *in Quarto*.

## DCCLXIV.

Codex multiplici manu exaratus anno Egiræ 882. Chriſti 1477. quo continentur Opuſcula octo, varias Preces, quas vir pius ad ſingulos diei, noctiſque actus recitare poſsit, complectentia. Ibi etiam agitur de Peregrinationis Meccanæ, & Verborum *Non eſt Deus præter Deum* præſtantia. Horum Opuſculorum auctor *MOHEBEDDINUS EBN HASSAN Syrus*, *Saphadita*. (5)

## DCCLXV.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Epitome Precum, quas Mahometus pro tempore ac opportunitate, dum varia corporis obibat munia, recitare conſueverat.

2.° Quæſita varia, ac Reſponſa in dialogi morem propoſita, quæ ad Mahometanorum ritus & cæremonias ſpectant. Inter cetera legalia Præcepta, quorum

(1) *Initium*: فان الله بقدرته ✲ ——— 
*Finis*: والسلام ✲ ———

(2) *Titulus*: القول التام في فضل الرمي بالسهام ✲

(3) *Titulus*: كتاب روح الارواح ✲

(4) *Initium*: فقد اعرب واغرب ✲ ———
*Finis*: ياراحم الراحمين ✲ ———

(5) *Auctor*: جمع محب الدين ابن حسن الصفدي وفيه ادعية وفضل زيارة مكة وفضل لااله الاالله ✲

rum pleraque Judaicas ſapiunt ſuperſtitiones, duo ſeſe offerunt ſcitu, ac notatu digna: alterum videlicet, quod Mahometanis vaſorum aureorum, argenteorumve cibo & potui inſervientium uſus omnino interdicatur: alterum, quod mulieres, etſi doctæ, Alcoranum legere prohibeantur.

## DCCLXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus Ethicum, titulo *Scala Paradiſi* (1), in plura capita diſtributum: auctore *Joseph Ben Hossain Ben Abdelhavi Hierosolymitano*, *Hambalita* (2), qui potiſsimùm agit de virtute Benignitatis, quæ in condonandis injuriis maximè verſatur; & omnia tùm ratione, tùm exemplis ab Hiſtoria Mahometana petitis probat, confirmatque. (3)

## DCCLXVII.

Codex nitidè exaratus feriâ 3. die 22. Gemadi poſterioris anno Egiræ 943. Chriſti 1536. in urbe ſcilicet *Cairo*, quo continetur Opus, quod *Sidus radians*, & *Animarum Podium* (4) inſcribitur, in plura capita diſtributum, de Orationis ac Pietatis exercitationibus, ſubjectis ad operis calcem Precibus variis pro varia temporum ratione recitandis: auctore *Schehabedino Ahmad Ben Mohamad* (5), ex urbe *Ramla*, vulgò *Rama*. (6)

*Ramlam*, unde ortum ducit Auctor noſter, haud rectè noſtri ævi Scriptores cum *Rama* illa ortu, domicilio & tumulo Samuelis, necnon Jeremiæ vaticinio clara, confundunt. Illa enim Arabibus *Ramla* (7), hæc *Rama* (8) dicitur. Eſt ergo *Ramla* ſub medio Palæſtinæ parallelo ſita in fertilis ſoli amœna planitie, unius diei itinere ab *Hieroſolymis*, ac penè dimidii à *Ioppe* diſtans: quæ quidem *Ramæ* convenire minimè poſſunt. Huc accedit, quod *Ramla* nova eſt urbs anno Egiræ 89. à *Solimano* Caliphæ *Validæ* fratre condita, ut Scriptores Arabes tradunt. Id ipſum luculentis ſanè verbis confirmat clariſsimus Golius in *Notis ad Alpherganum*, *pag.* 141. ubi hæc: „ Urbem „ (Ramlam) eſſe novam referunt Arabum annales, ſtructamque à Solimano, filio Abdelmalek Meruanidæ, „ templi Hieroſolymitani conditoris: „ qui acceptâ à fratre Calipha Valida „ Palæſtinæ præfecturâ, ibi primùm „ palatium condidit, deinde templum, „ aquæductus, aliaque adjecit. Per ſubſequentes poſteà Caliphas multorum „ operum facta acceſsione, egregia excrevit urbs, muris cincta, portis „ duodecim aditum præbens, & caſtello munita. Sed anno Egiræ 425. „ terræmotu, qui octiduum duraſſe „ fertur, concidit pars tertia, & 35. „ annis ferè poſt omnis reliqua. Deinde reædificata quidem; at belli ſacri „ caſibus obnoxia, poſtquam è Francorum poteſtate, in qua ad centeſimum annum fuerat, ad Arabes rediiſſet, ne præſidio illis iterum eſſe „ poſſet,

(1) *Titulus*: مراقي الجنــــــان ۞
(2) *Auctor*: تاليف يوسف بن حسين بــن عبد الهاوي المقدسي الحنبلي ۞
(3) *Initium*: فاني عزمت علــــي ان ۞
*Finis*: يسـ——ـرا ۞
(4) *Titulus*: كوكب الاشباح ومشكوة الارواح ۞
(5) *Auctor*: تاليف شهاب الدين احمــد بن محمد الرملي ۞
(6) *Initium*: فقد سالني قرة العيــن ۞
*Finis*: العالميـ——ـن ۞
(7) الرمـ——ـلة ۞
(8) رامـ——ـة ۞

„ poſſet, dejectis mœnibus, magna ex
„ parte vaſtata fuit....... à Saladino
„ prorsùs diruta.

## DCCLXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 728. quo continetur Opus, titulo *Collectio Sententiarum* (1), quas ex Poetis inter Arabes celeberrimis, videlicet *Almotnabbi*, *Ebn Almir*, *Ebn Junes*, *Alhariri*, & aliis collegit *Abu Ali Mohamad Ben Alhassan Alhatemus* (2), Philologus: qui omnes illos Poetas inter ſe confert, electiora eorum carmina recenſet, ſingulos denique verſus, quos alius ab alio ſubripuit, ſuoſque fecit, diligenter animadvertit.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCLXIX.

Codex nitidè exaratus die 3. Ramdani, anno Egiræ 881. Chriſti 1476. quo continetur Opus inſcriptum *Gratia & Dona* (3), ubi de amiſsione Gratiæ: *utrum* videlicet, ut noſtri Theologi loquuntur, *Merita reviviſcant*. Ibidem auctor *Abulhassan Ali Alsobki*, octavi Egiræ ſeculi Scriptor, natione *Ægyptius*, naturæ lumine ductus, amiſſam gratiam pœnitentiæ ope recuperari poſſe aſſerit.

## DCCLXX.

Codex nitidè exaratus in urbe *Damiata* feriâ 3. die 12. Rabii prioris anno Egiræ 847. Chriſti 1443. quo continetur Tractatus de Oratione, in VIII. nempe capita partitus, inſcriptuſque *Splendidus Lucifer* (4), ubi de illius præſtantia, loco, & tempore diſſeritur: auctore *Serageddino Abu Giaphar Omar Alakhamita Alphakani* (5) *Hiſpano*, qui ſeptimo Egiræ ſeculo floruit, Collegii *Granatenſis* Rector, & Suphitarum Ordinis Moderator.

## DCCLXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 650. Chriſti 1252. quo continetur Tractatus inſcriptus *Auxilium pro rei veritate* (6), iſque in XXV. capita diviſus, ubi de rectè adminiſtranda Monarchia, de Regum virtutibus, de Adminiſtrorum dotibus: auctore *Mohamad Ben Abi Baker Ben Ali Alschatebi* (7), in urbe *Xativa* nato, qui ſexto Egiræ ſeculo floruit. (8)

## DCCLXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Tripoli* in Africa, die 18. Schabani, anno Egiræ 887. Chriſti 1482. quo continetur Tractatus Theologico-Myſticus de Vita Solitaria, inſcriptus *Virtutum & Donorum Clavis* (9), cujus Regulas fusè tradit *Ahmad Ben Ahmad Albornos*, vulgò *Zaruc*, aliàs memoratus.

## DCCLXXIII.

Codex exaratus anno Egiræ 735. Chriſti 1334. quo continetur Opus Ethicum, inſcriptum *Via Felicitatum* (10), id-

(1) *Titulus*: كتاب اديبـــــــــات ۞
(2) *Auctor*: جمع ابو علي محمد بـــن الحسن الحاتمي الكاتب اللغوي ۞
(3) *Titulus*: النعمة والانعـــــــام ۞
(4) *Titulus*: كتاب فجر المنير فــــي الصلاة ۞
(5) *Auctor*: تاليف سراج الدين ابو جعفر عمر اللخمي الفاكهاني ۞

(6) *Titulus*: كتاب الاعانة في الحــق ۞
(7) *Auctor*: تاليف محمد بن ابي بكــر بن علي الشطبي ۞
(8) *Initium*: هذا كتاب احتصرتــــه ۞
*Finis*: كما تقـــــــــدم ۞
(9) *Titulus*: كتاب مفتاح الفضايـــل والنعم ۞
(10) *Titulus*: سبل الخيـــــــرات ۞

idque CXVII. capitibus comprehenſum, quod evulgavit *Abiihossain Jahia Ben Negim.* (1)

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCLXXIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 811. Chriſti 1408. quo continetur Tractatus de Politico Regimine, hoc titulo: *Rara & ſingularis Margarita* (2), in partes VIII. diviſus, ubi de Agricultura, ceteriſque Artibus acerrimè promovendis, in quibus Regis ſalus, Regni felicitas, Subditorum fortunæ, & alia commoda ſita ſunt. Auctor anonymus, in politicis quàm maximè verſatus.

## DCCLXXV.

Codex exaratus *Cairi* feriâ 7. die 28. Gemadi prioris anno Egiræ 975. Chriſti 1567. quo continetur Opus inſcriptum *Orationis Utilitas & Ritus* (3), ubi modus preces fundendi ſecundùm Mahometanorum leges præſcribitur: ſubjectis non paucis precum formulis.

## DCCLXXVI.

Codex nitidè exaratus, in quo videlicet habentur:

1.° Opus inſcriptum *Clavis Pietatis, & Lux Animarum* (4), de præſtantia, ac utilitate illorum verborum: *Non eſt Deus præter Deum.*

Is Liber mutilus, idemque anonymus, exaratus anno Egiræ 888. feriâ 4. die 22. menſis Schabani, Chriſti 1483.

2.° Tractatus Myſticus, titulo *Criſis Vitæ illuminativæ* (5), quem Monachus *Abulmouaheb Saphildinus Mohamad Aschadeli*, pietate & doctrina myſtica præſtantiſsimus edidit, atque univerſo Suphitarum Ordini dedicavit. (6)

In extremo libro occurrit hujuſmodi Nota: *Exaratus eſt hic Codex Meccæ anno Egiræ 889. feriâ 2. die 4. Dilcadat, Chriſti 1484.*

3.° Tractatus de Methodo contemplandi, inſcriptus *Liber Revelationum* (7), ubi de Mentis à Corpore, rebuſque creatis ſeceſſu, quem frequentem ſeſe experiri gloriantur Monachi Suphitæ, qui inuſitato quodam modo ita ſeſe à corpore alienant, ut omnibus ſenſibus deſtituti planè videantur. Eam rem commentitiam omnino eſſe non ſemel ego animadverti, quum in Oriente verſarer. Auctor operis *Abu Abdalla Mohamad Ben Vapha* (8), Monachus & Doctor *Hiſpanus*, qui floruiſſe videtur quinto Egiræ ſeculo.

## DCCLXXVII.

Codex mutilus, idemque anonymus, plura complectens Apophthegmata Regum, Poetarum, aliorumque virorum ſapientum, ad mores & regimen Politicum maximè ſpectantia.

## DCCLXXVIII.

Codex nitidè exaratus, ſed avulſo fo-

(1) *Auctor*: تاليف ابي الحسين يحيي بن نجيم ۞

(2) *Titulus*: كتاب الفرايد والقلايد في الحكم ۞

(3) *Titulus*: كتاب الفوايد والصلاة والعوايد ۞

(4) *Titulus*: مفتاح الفلاح ومصباح الارواح لااله الا الله ۞

(5) *Titulus*: رسالة حكم الاشراق ۞

(6) *Initium*: فهذه حكم علي طريق ال...

*Finis*: ...رد ۞

(7) *Titulus*: كتاب التجليات ۞

(8) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن وفاء ۞

folio expers initii: ubi præcepta plura de Politico regimine traduntur.

## DCCLXXIX.

Codex eleganter exaratus die 21. Moharami, anno Egiræ 862. continens Anonymi Opus Theologico-Myſticum *de Orationis ac pietatis exercitatione.*

## DCCLXXX.

Codex mutilus juxta & anonymus, in quo nihil præter Breviarium varias Preces complectens.

## DCCLXXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 900. quo continetur Opus Ethicum *de Moribus informandis*, Perſicè conſcriptum, in XL. capita diſtributum.

## DCCLXXXII.

Codex in urbe *Mecca* nitidè exaratus anno Egiræ 947. continens Opuſculum Aſcetico-Paræneticum, non elegans minùs quàm ſolidum, *de Deo, ejuſque Attributis*, ubi varias unà cum Colloquiis Meditationes reperias: auctore *Tageddino Abulphadel Ahmad Ben Mohamad Ben Abdalla Ben Atha Algedamita*, *patriâ Alexandrino* (1), qui *Cairi* deceſsit, teſte Aſsiuthæo in ſua *Bibliotheca Ægyptiaca*, anno Egiræ 709. die 3. Gemadi poſterioris. (2)

## DCCLXXXIII.

Codex exaratus die 26. Gemadi prioris anno Egiræ 790. complectens Opus de Morte expetenda, titulo *Deſiderium & Lætitia occursûs Amantis* (3): auctore (4) *Nassereddino Ben Almolaiec*. (5)

## DCCLXXXIV.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Diſſertatio Doctoris *Negmeddini Monachi Suphitæ* (6), ubi de *Vitæ Solitariæ* ſtudio maximè agitur.

2.° Anonymi Opuſculum de Animarum in Oratione quiete, cui titulus *Myſticum hominis Speculum* (7): in quo *Quietiſtarum* doctrinam verbis non obſcuris adumbratam legeris.

3.° *Algazeli* Diſſertatio *de Animarum ante & poſt obitum ſtatu.*

4.° Anonymi *Hiſtoria Alcorani*, quem Mahometus divino, ſicut illius ſectatores fabulantur, numine afflatus, trium & viginti annorum ſpatio conſcripſit.

5.° Opuſculum Doctoris *Schamseddini Alcothani Ægyptii* (8) de Oratione, illiuſque pro Defunctis adhibitæ utilitate.

6.° Doctoris *Badreddini Alzarkaschi Ægyptii* de *Orationis Methodo.*

7.° Quæſtiones Philoſophicæ *De Cæ-*

(1) *Auctor*: رسالة تاج الدين ابو الفضل احمد بن محمد بن عبد الله الجذامي الاسكندري ۞

(2) *Initium*: من علامة الاعتماد علي العمل نقصان الرجا عند وجود الزلل ۞

*Finis*: ۞ الرقيب الحاضر

(3) *Titulus*: حادي القلوب الي لقا المحبوب ۞

(4) *Auctor*: تاليف ناصر الدين بن المليق ۞

(5) *Initium*: فان النفوس مفطورة علي كراهة المولمات ۞

*Finis*: ۞ فكل عنا سهل

(6) *Titulus*: رسالة في علم الصوفية للشيخ نجم الدين ۞

(7) *Titulus*: كتاب مرات المعاني في ادراك العالم الانساني ۞

(8) *Auctor*: شمس الدين القطان المصري ۞

*Cœlo & Mundo* : auctore *Ebn Tamia*.

8.° Anonymi Problemata L. *De Optica*, cum figuris. Hoc autem Opuſculum exaratum dicitur die 15. Saphari, anno Egiræ *966*.

9.° Libellus *De Amore & vera Amicitia*, x. capitibus comprehenſus: qui ſtudio & operâ Doctoris *Kemaleddini Abdelrazaki Abilganaiem Casanensis* (1), *Perſæ*, olim prodiit.

10.° *Assiuthæi* Opuſculum de Matrimonio, ejuſque uſu, cui titulus *Matrimonii Leges* (2), in capita XI. diſtributum.

(1) *Auctor*: في المحبة للشيخ كمال الدين عبد الرزاق ابي الغنايم القاشاني

(2) *Titulus*: نبذة من اداب الجماع

# MEDICI

## IN FOLIO.

### DCCLXXXV.

CODEX literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur *Hippocratis Aphoriſmorum Libri ſeptem cum Galeni Commentariis*, *Honaino Isaci Filio* (1), magni nominis Medico Chriſtiano, interprete; ſed ordine inverſo, ut ſequitur, compacti.

Liber quartus. Incipit: قالج ان اتصال الجنين بالرحم ۞

Deſinit: نفوذه الى العرق ۞

Liber quintus. Incipit: من عاد ذهم ۞

Deſinit: في صاحب البرقان ۞

Liber ſextus. Incipit: العلة التي يقال لها زلق الامعا ۞

Deſinit: تعدم حركاتها الطبيعية ۞

Liber ſeptimus. Incipit: ان جميع من سبقني الى تفسير الفصول ۞

Deſinit: مرضه مرض قاتل ۞

Liber primus, initio mutilus; incipit enim ab Aphoriſmo *Senes faciliùs famem patiuntur.* المشايخ احمل الناس للصوم ۞

Deſinit: في الاسهال تاما ۞

Liber ſecundus. Incipit: ان ابقراط يعني بالوجع ۞

Deſinit: يثقل ويعسر استعماله ۞

Liber tertius. Incipit: اني مفسر في هذه المقالة الثالثة ۞

Deſinit: صنف من الماء المتولد من العين ۞

*Aphoriſmorum* Hippocratis cum Galeni Commentariis plures memorantur verſiones Arabicæ MSS. in Reg. Bibliothecæ Pariſienſis Catalogo, *Tom. I. pag.* 202. & *ſeqq.* nec paucæ ibidem occurrunt eorundem Hebraicæ verſiones ex Arabico factæ, à *pag.* 36. ad *pag.* 39. Alias prætereà Hebraicas extare in Bibliothecis Cæſarea, & Vaticana refert Bartoloccius *Biblioth. Rabbinicæ, Tom.* I. *pag.* 423.

Aphoriſmorum libros è Græco in Arabicum tranſtulere *Honain Ben Iſac*, *Coſtha Ben Luca*, *Iſa Ben Jehia* religione Chriſtiani, profeſsione Medici & Philoſophi eximii. Eoſdem Commentariis illuſtrarunt *Alaeddinus Ben Naphis*, *Abdelrahim Ben Ali Ben Abi Sadec*, aliique haud pauci Mahometani, quorum Commentationes laudantur in Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Catalogo, & ſuis locis in noſtra referentur.

Suos Hippocrates Aphoriſmos non in libros, ſeu ſectiones diſtribuit; eos enim *Soranus*, teſte *Oribaſio*, in libros tres diviſit; *Rufus* in quatuor; *Galenus* in ſeptem, quam diviſionem Arabum turba ſequuta eſt; pauci verò in octo. *Coſtha Ben Luca* proximè laudatus hujuſmodi Aphoriſmos non Hippocrati, ſed pe-

(1) *Titulus*: كتاب يحوي فصول بقراط تفسير جالينوس ونقل حنين بن اسحق ۞

perito, quiſquis eſt, Medico tribuendos putat, qui ex Hippocratis ſcriptis illos hinc inde ſparſos collegit, atque in breves Regulas digeſsit. Id ipſum ſentire videtur Gerardus Joannes Voſsius Lib. *de Philoſophia*, *pag.* 83. apud Fabricium *Biblioth. Græcæ Lib. II. pag.* 801.

Porrò laudati Aphoriſmi, ſecundùm exemplaria Arabica, ſunt omnino CCCCXXII. de quorum veritate Arabs hactenus nemo dubitavit, vel illos impugnare auſus eſt, ut *Theſſalum Trallianum*, *Julianum Alexandrinum*, & ex recentioribus *Michaelem Aloyſium Sinapi*, & *Joannem Franc. Laurentium* feciſſe legimus.

## DCCLXXXVI.

Codex nitidè exaratus die 20. menſis Schabani anno Egiræ 605. Chriſti 1208. ſed ordine inverſo, ut ſuperior, compactus: quo videlicet continentur HIPPOCRATIS *Aphoriſmorum Libri ſeptem* cum *Galeni* Commentariis. In eo Codice Liber quartus, initio mutilus, numeratur primus; ſeptimus verò ultimus. Codex autem foliis conſtat 159.

## DCCLXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 29. Ramdani, anno Egiræ 494. Chriſti 1100. in quo extabant olim HIPPOCRATIS *Aphoriſmorum Libri ſeptem* cum *Galeni* Commentariis; ſed jam Codice, utpote chartaceo, per madorem corrupto ac male habito, cùm Liber primus, tùm aliquot Libri ſecundi folia deſiderantur, qui ab Aphoriſmo *Somni defectus* incipit.

## DCCLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus feriâ 2. die 8. menſis Dilcadat anno Egiræ 747. Chriſti 1346. quo continetur Commentarius in HIPPOCRATIS *Aphoriſmos*, auctore (1) *ALAELDINO ALI BEN ABILHARAM ALCARSCHITA* (2), qui Hippocratem explanare aggreſſus eſt ad hunc uſque Aphoriſmum: *Sudor copioſus jugiter affluens, ſive calidus, ſive frigidus fuerit, indicat corpus humoribus evacuandum eſſe, per ſuperiora in robuſtis; in debilibus verò per inferiora.* (a)

De Hippocratis genere, ætate, moribus, ſcriptis, ac de Arabicis juxta verſionibus, quid Latini, quid Græci dixerint, Fabricium *Biblioth. Græcæ Lib. II. cap. XXIV. pag.* 841. conſule. Quorum placitis interim omiſsis, ut literato cuilibet obviis; Arabum opiniones Latio fortè novas, ac non ingratas proferemus, campum nobis aperiente ſatis amplum Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, ubi de Hippocrate hæc traduntur.

„ *Hippocrates* Heraclidæ filius, Doctor celebris, Phyſicorum ſui ævi facilè princeps, ante Alexandri tempora annis circiter centum claruit. Æſculapio procreatus creditur. *Emeſſæ* Syriæ urbis incola, Damaſcum frequens adibat, ut ibi per hortos ſtudiis & contemplationibus liberiùs vacaret. Vir multis ornatus virtutibus, maximè religioſus ac propè divinus, ægrotos ſanabat gratis. *Ardeſchirum* Perſarum Regem ægrotantem viſere, vel rogatus, abnuit.

„ Quum autem Hippocratis Opera „ Me-



(a) العرق الكثير الذي يخرج دايما انكـان حارا او باردا يدل علي انه ينبغي ان يخرج من البدن رطوبة ☼ اما في القوي فمن فوق ☼ واما في الضعيف فمن اسفل ☼

(1) *Auctor*: شرح فصول ابقراط تاليـف علاء الدين علي بن ابي الحرم القرشي ☼

(2) *Initium*: ان ما قد سلف من شروحنا ☼ *Finis*: الذي من فـوق ☼

,, Medica omnium , quæ ad noſtras
,, manus pervenere , antiquiſsima ſint;
,, Artis Medicæ exordia , ejuſque au-
,, ctores percenſere operæ pretium duxi.
,, Medicinæ inventores Ægyptios fuiſſe
,, refert in Hiſtoria ſua *Honain Ben Iſac*;
,, idque caſu , non induſtriâ. Ægyptia
,, quædam mulier, præter ingentem ani-
,, mi mœrorem , infirmiori laborabat
,, ſtomacho: accedebat etiam pectus va-
,, riis humoribus vexatum: menſtrua de
,, more minimè patiebatur. Accidit
,, verò illam, *helenio* comeſo, penitùs
,, convaluiſſe : ita ut reliquæ mulieres
,, eodem morbo laborantes , facto rei
,, periculo, eandem ſanitatem ſint ex-
,, pertæ. Alii Hermetem Medicinæ,
,, aliarumque Artium auctorem cre-
,, dunt ; alii illius inventum Babylo-
,, nenſibus, complures Perſis, quidam
,, Indis tribuunt. Ceterùm *Jahia*, Ale-
,, xandrinus Grammaticus , primum
,, omnium fuiſſe Medicum Æſculapium,
,, cui deinde ſucceſſere Diagoras, Mi-
,, nos , Parmenides , Plato Medicus,
,, Æſculapius hujus nominis ſecundus,
,, Hippocrates , Galenus. Hippocrates
,, porrò ſui ævi Medicorum princeps,
,, Æſculapii auditor , qui tres reliquit
,, diſcipulos, videlicet Megarium, Phe-
,, recydem & Hippocratem, qui artem
,, Medicam cum exteris nationibus com-
,, municavit . . . . vixit annos nonaginta
,, quinque , quorum ſexdecim puer &
,, diſcipulus tranſegit , ſeptuaginta no-
,, vem docendo ac conſulendo impendit.

,, Commentatorum Hippocratis no-
,, mina : Galenus , Theſſalus , Niſtos,
,, Dioſcorides, Timæus Palæſtinus, Era-
,, ſiſtratus , & Palladius. Libri autem,
,, quos Galenus commentariis illuſtra-
,, vit, ſunt videlicet: Liber Jurisjurandi,
,, qui Arabicè prodiit operâ *Honaini*
,, *Ben Iſac* , & *Jahia Ben Iſſa* : Liber
,, Aphoriſmorum in ſeptem libros di-
,, viſus, & Arabicè converſus ab *Ho-*
,, *naino* : De Morbis popularibus Libri
,, quinque , quorum tres à *Jehia Ben*
,, *Iſſa* Arabicè ſunt redditi : De Capitis
,, Vulneribus Liber ſingularis, in quem
,, Galeni Commentarii tres , in Ara-
,, bicam linguam tranſlati à *Jahia Ben*
,, *Iſſa*: Liber de Humoribus ſingularis,
,, quem tribus libris expoſuit Galenus,
,, & Arabicè convertit *Iſſa Ben Jahia*:
,, De Aere & Aqua Liber ſingularis,
,, quem tribus libris explanavit Gale-
,, nus, quorum duos Arabicè interpre-
,, tatus eſt *Honainus* : De Natura Hu-
,, mana Liber ſingularis, à Galeno tri-
,, bus libris expoſitus, quos & Arabicè
,, vertit *Honainus*. (a)

Hip-

(a) بقراط ابن ابرقلس امام مشهور وبين الطبيعيين في عصره وكان قبل
الاسكندر نحو ماية سنة ويقال انه من اهل اسقلبيادس ۞ كان مسكنه بمدينة
حمص وكان يتوجه الي دمشق ويقيم في غياضها للرياضة وكان فاضلا متالها
ناسكا يعالج المرضي مجانا ۞ كان في زمن اردشير من ملوك الفرس الذي
دعاه الي معالجته من مرض عرض له فابي عليه ۞ ولما كانت كتب بقراط اقدم
كتب الطب المنقولة الينا رايت ان اذكر اول الطب ومن تكلم فيه ۞ قال اسحق
بن حنين في تاريخه ان اهل مصر استخرجوا الطب والسبب في ذلك ان امراة
كانت بمصر وكانت شديدة الحزن والهم مبتلاه بالغيظ ومع ذلك كانت ضعيفة
المعدة

Hippocratis Vitam & Scripta, præter Fabricium ſupra laudatum, Mangetum in *Biblioth. Medicorum*, alioſque Latinos non paucos, perſequitur Abulpharagius in *Hiſt. Dynaſt. pagg.* 55. 56. & Herbelotius in *Biblioth. Orient. pag.* 209. ubi Hippocratem Syrum Emeſſenum facit, perperam Abulpharagium citans, qui Hippocratem Emeſſæ *incolam* fuiſſe, non *civem* ibi aſſerit; Græcumque proinde cum ceteris Scriptoribus extitiſſe decernit.

Hippocratis *Jusjurandum*, ſeu *Teſtamentum* memorat Abulpharagius. Extat verò in Hippocratis Operum editionis Pariſienſis Græco-Latinæ *Tom. II.* & Gallicè in Dacerii *Tom. I. pag.* 145. Item cum luculentiſsimo *Johan. Henrici Meibomii* Commentario prodiit Lugd. Batav. anno 1643.

De *Morbis epidemicis*, ſeu *popularibus* ſeptem extant libri Arabicè ab *Honaino* converſi cum Galeni Commentariis, de quibus poſteà; illorum tamen quintum & ſeptimum ſpurios eſſe pronunciat Fabricius *Lib. II. Biblioth. Græcæ, pag.* 850. quos omnes *Franc. Valleſius* Hiſpanus, celeberrimus Philippi Secundi Archiater, perpetuis Commentariis, unà cum Notis ad Græcum textum oppidò eruditis, explanavit.

Tractatum *De Capitis Vulneribus* expoſuit, illuſtravitque Galenus tribus Commentariis. Hujus meminit Fabricius,

المعدة وصدرها مملو اخلاطا وكان حيضها محتبسا فاتفق ان اكلت الراسن فذهب
عنها المرض ورجعت الي صحتها وجميع من كان به شي مما بها استعمله فبرا به ۞
وقال اخرون هرمس اقر استخرج مع الصنايع الطب ۞ وقيل اهل بابل ۞ وقيل اهل
فارس ۞ وقيل الهند ۞ فاما يحيي النحوي الاسكندري فانه ذكر في تاريخه
ان اول الطبا اسقليبيوس الاول ثم دغورس ۞ مينس ۞ برمانيدس ۞ افلاطون الطبيب ۞
اسقلابيوس الثاني ۞ بقراط ۞ جالينوس ۞ وبقراط راس الاطبا في زمانه وهو من
تلاميذ اسقليبيوس الثاني الذي خلف ثلاثة تلاميذ وهم ماغاريس ۞ وفارخس ۞
وبقراط ۞ وهو اول من علم الغربا الطب ۞ ۞ ۞ ۞ ۞ وعاش بقراط خمس وتسعين سنة
منها صبيا ومتعلما ست عشرة سنة وعالما ومعلما تسعة وسبعين سنة ۞

اسما المفسرين لكتب بقراط ۞ جالينوس ۞ تسليقوس ۞ نسطاس ۞
ديسقوريدس طيماوس الفلسطي ۞ مانطياس ۞ ارسراطس ۞ بلاذيوس ۞ وما فسره
جالينوس من كتب بقراط ونقل الي العربية ۞ كتاب عهد بقراط ترجمه حنين
وعيسي بن يحيي ۞ كتاب الفصول ترجمة حنين سبع مقالات ۞ كتاب
الامراض خمس مقالات ترجمه الي العربي عيسي بن يحيي بثلاث ۞ كتاب
جراحات الراس مقالة واحدة فسره جالينوس بثلاث مقالات نقله الي العربي عيسي
بن يحيي ۞ كتاب الاخلاط تفسير جالينوس ثلاث مقالات نقلها عيسي بن يحيي ۞
كتاب الما والهوا تفسير جالينوس ثلاث مقالات ترجم حنين اثنين الي العربية ۞
كتاب طبيعة الانسان تفسير جالينوس ثلاث مقالات فسر حنين الي العربي ۞

cius; ſed addit Galeni in hunc librum Commentarios intercidiſſe.

Librum *De Humoribus*, quem nonnulli ſuſpicati ſunt auctorem habere Democritum, legitimum Hippocratis fœtum aſſerunt Arabes; nec diſſentit Galenus, qui tres in eundem conſcripſit Commentarios jam Latinè redditos, excuſoſque in Editionis Pariſienſis *Tom.* *VIII.* ut notat Fabricius.

Librum *De Aqua & Aere* memorat Abulpharagius, necnon citata ſupra Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, cum tribus Galeni Commentariis Arabicè converſis, qui cum eodem Libro Latinè occurrunt in *Tom. VI.* Editionis Pariſienſis. Cum *Ludovici Septalii* Commentario idem Hippocratis Liber prodiit Græcè & Latinè Coloniæ anno 1590.

In Librum *De Natura Humana* tres extant Galeni Commentarii ex verſione *Honaini*: duos tantùm laudat Editio Galeni Græca Baſilienſis *Tom. V.* ut & Græco-Latina Charteriana *Tom. III.*

Alia Hippocratis Opera à variis interpretibus in Arabicam linguam converſa recenſet Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* ubi de Hippocratis Interpretibus agit: quorum etiam mentionem aliquam facit Herbelotius in *Biblioth. Orient.* verbo KETAB, *pag.* 963. & *ſeqq.* Illa verò ſunt:

Hippocratis Liber *De Fœtu, & de natura Pueri in partu, ac gravidarum, puerperarumque ſtatu.*

Ejuſdem *De Symptomatis.*

Ejuſdem *De Coloribus.*

Ejuſdem *De Tumoribus.*

Ejuſdem *De Chirurgia.*

Ejuſdem *De Sanguinis Fluxu.*

Ejuſdem *De Venæ Sectione, ac de Cucurbitula.*

Arabicas Hippocratis & aliorum Græcorum translationes, tanquam parum accuratas ac male fidas, exiguæ utilitatis eſſe contendit Theophraſtus Renaudotus in *Epiſtola ad Andream Dacerium*, quam repræſentat Fabricius *Biblioth. Græcæ Lib. II. cap. XXIV. pag.* 861. ubi ille plura de rebus ſive ad Linguæ, ſive ad Hiſtoriæ Arabicæ peritiam ſpectantibus, vel inſcitè confundit, vel audacter pronunciat contra communem eruditorum perſuaſionem, qui Græcis & Arabicis literis non levem operam impenderunt; adeoque Arabum ſcripta meritis laudibus exornantes, ea Græcorum monumentis quibuſque tùm dilucidandis, tùm reſtituendis perutilia confitentur: quos inter Salmaſius, qui Dioſcoridem ex Arabica verſione à ſe reſtituendum promiſit. Golium prætereo, Erpenium, Pocockium, Gravium, alioſque non paucos, qui ſuis ex Arabico ſermone translationibus Latium illuſtrarunt. Sanè non intelligo qua ratione, qua fiducia rem ita decreverit Renaudotus. Næ ille tam ſeveræ, tam rigidæ ſententiæ faſtidio, ſe Arabicæ Linguæ minùs, quàm fuiſſe prædicatur, peritum, atque in ejus tranſlationibus evolvendis, excutiendiſque non ſatis verſatum oſtendit. Si enim ad S. Scripturæ textûs intelligentiam multùm conferunt Linguarum Orientalium verſiones, quarum ſtudium Clemens V. Pontifex Maximus in *Concilio Viennenſi* adeo commendavit, profeſſionemque Chriſtianis Academiis præcepit: quidni verſiones Arabicæ ad Græcorum Scriptorum contextus intelligendos &, cum opus fuerit, emaculandos, caſtigandoſque valeant? maximè ſi auctoris ſtylus ſit obſcurior, qualis eſt Hippocratis, teſte eodem Fabricio in *Biblioth. Græcæ* citato Libro, *pag.* 842. ac prætereà, ſi exemplar ſit mendoſum, quod non raro librariorum incuriâ contingit; ſi lacerum, ſi tineis ac blattis corroſum; ſi dictiones ſine ulla diſtinctione cohæreant; ſi accen-

tus in eo deſiderentur; ſi, ubi unaquæque vox vel incipiat, vel deſinat, quodammodò divinandum ſit: quæ quidem omnia vel doctiſsimis & in ſtudio Græcæ linguæ exercitatiſsimis viris vetuſtiorum Codicum lectionem, adeoque Auctorum interpretationem difficilem atque arduam ſanè præſtare ſolent.

Ut verò falſam Renaudoti opinionem, quæ in recentiorum quorumdam animis videtur radices agere, penitùs evellam, rem altiùs & quaſi ab ovo repetendam exiſtimo. Literarum à multis retro ſæculis in Europa penè extinctarum inſtauratio, plurima, præſertim in rebus Medicis præclara inventa, & accuratæ in Diſciplinis Mathematicis obſervationes Arabibus omnino debentur: unde tot inter illos Philoſophi, Medici, Mathematici præſtantiſsimi claruere. Sed audiamus hac de re Joannem Gravium in Præfatione ad *Tabulas Geographicas Abulfedæ*, quæ illius ſtudio Arabicè & Latinè prodiere Londini anno CIↃ.IↃCL. „ *Almamon* ſeptimus „ in Abbaſidarum familia Califa, ſive „ Imperator, inter maximos Principes „ ob doctrinam & inſignem in viros „ eruditos munificentiam jure celebrandus. Is fuit, qui accerſitis undique „ hominibus eruditione illuſtribus, & „ erutis è Græcorum Bibliothecis libris „ præſtantiſsimis, eiſque in Arabicam „ linguam translatis, brevi bonas Artes apud Arabas, priùs armis magis „ quàm literis addictos, ad ſummum „ faſtigium perduxit. Cujus auſpiciis debemus, quod adhuc multi è priſcis „ Græciæ Sapientibus, de quibus jam „ diu inter ipſos Græcos conclamatum „ eſt, inter Arabes ſuperſint.„ Cui calculum adjecit vir non minùs eruditus Eduardus Pocokius in *Specimine Hiſt. Arabum, pag.* 166. „ Primus autem (ait ille) „ qui Artium nobiliorum fautorem ſe „ præbuit, fuit eorum ordine ſecundus *Abu Giaafar Almanſor* qui legis, „ qua excelluit, peritiæ, Philoſophiæ „ etiam ac præcipuè Aſtronomiæ ſtudium adjunxit; at qui eas ad illud „ quod poſteà attigerunt faſtigium „ evexit, ſeptimus fuit eorum *Almamon.* Ille earum ſtudio flagrans, debitumque iis honorem deferens, ut „ eas loco ſuo quæreret, præcipuos „ Græciæ Scriptores è Principum Bibliothecis Legatorum interceſſu erutos, undique congerere, præmiis „ propoſitis interpretes peritos ad eos „ in linguam Arabicam transferendos „ allicere, alios ad eoſdem legendos „ hortari; ipſe doctorum diſſertationibus intereſſe, iiſque animos addere; „ nullum denique non movere lapidem, quo quidquid erat bonarum „ Artium promoveret. Digni Principe „ conatus! Ita brevi factum eſt, ut per „ totum Orientem & Occidentem, „ quacunque ſe diffuderat Arabum lingua, & gladio latè propagata religio, innoteſcerent..... foventibus „ apud Arabes *Almamone*, & qui ipſi „ in Imperio ſuccederent, bonas literas, euſque tandem (verba ſunt „ magni Savilii) ſtudio & ingenio profecerunt, ut vix ipſis Græcis cedere „ videantur. Homines ſcilicet acumine „ & diligentia præſtantes nihil in ullo „ literarum genere intactum reliquerunt. Nihil habuit Græcia eximium, „ quod non ſuum fecerint; de ſuo quæ „ non acceperant, multa non minùs „ eximia protulerunt.

Unde planè liquet, Scriptorum Græcorum verſiones Arabicas non ex Syriacis, ut comminiſcitur Renaudotus, ſed ex ipſis Græcis fontibus operâ quidem virorum utriuſque linguæ peritorum profluxiſſe. Ad Arabicas autem Hippocratis translationes quod attinet, de quibus potiſsimùm in præſens agitur; nihil equidem videre me in illis fa-

fateor, quod reprehendi poſsit; ſive Interpretis fidem ac religionem, ſive peritiam atque eruditionem ſpectes. Siquidem negari nequit hujuſmodi verſiones iis temporibus factas, quibus lingua Græca in Oriente adhuc eruditorum erat quaſi vernacula, quibus & vetuſtiſsima & archetypis propiora ſcriptorum exemplaria adhuc extabant. Accedit, quod earum præcipuus auctor fuerit *Honainus Ben Iſac*, vir ſanè Græcæ & Arabicæ linguæ peritiâ, & Medicinæ ſcientiâ clariſsimus, ut eximia ejus opera teſtantur, nec ipſe diffitetur, velit, nolit, Renaudotus, qui in citata *Epiſtola* his illum præconiis exornat: „ Unde *Honaini* verſiones, qui cognitionem Græcæ linguæ cum elegantia „ idiomatis Arabici conjunxerat, facilè „ omnes reliquas & accuratione & ſtyli „ elegantia anteverterunt; „ & paucis interjectis: „ Ut itaque ad *Honainum Iſaci* „ *filium* redeam, præſtantiſsimus hic & „ ſolus ferè Hippocratis Interpres, à „ quo Arabes quidquid in Hiſtoria Medica habent præclari, hauſerunt.

Quid plura? Quis in hoc Interprete vel utriuſque Linguæ peritiam, vel interpretationis fidem, vel Artis Medicæ cognitionem deſideret? His omnibus *Honainum* excelluiſſe Scriptores uno ore profitentur. De ſua verò interpretandi ratione ipſe in Prologo, quem *ſeptem Aphoriſmorum libris & Galeni Commentariis* præfixit, ea religione in vertendis Græcorum ſcriptis ſe geſsiſſe ait, ut nihil temerè in textu mutare, nihil addere auſus ſit. Subjungit prætereà ſe in obſcuris, ambiguiſque lectionibus plura Græca exemplaria, necnon eruditos viros conſuluiſſe. Triumphaſſet ſanè Renaudotus, ſuamque de Arabum ſcriptis opinionem orbi literario omnino approbaſſet, ſi verſionum Arabicarum Hippocratis, aliorumque, factâ cum Græcis fontibus collatione, vitia detegiſſet, atque, ut par erat, caſtigaſſet.

## DCCLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Murciæ*, abſque anni nota, quo continentur GALENI *Libri* XI. *de ſimplicibus Medicamentis*, interprete HONAINO ISACI FILIO.

Liber I. incipit: لست احتـــــاج ۞
deſinit: فاذا قاطعها في هذا الموضع ۞
Liber II. incipit: ان السوفسطانيـــين المجاوزين ۞
deſinit: ما قصرت عنه هاهـــنا ۞
Liber III. incipit: فاما اذا استشهد الله ۞
deſinit: بالبدن ومشاكلته لـــه ۞
Liber IV. incipit: قد وصفنا فيما تقدم ۞
deſinit: شهادة لكنها يسيـــرة ۞
Liber V. incipit: ان كنت قد جعلت ۞
deſinit: كل واحد من الادوية علـي حده ۞
Liber VI. incipit: اني عند ما التمست ۞
deſinit: اذا كانت علي ما وصفنا ۞
Liber VII. incipit: هذه المقالة التـــي اخذت في كتبها ۞
deſinit: بالبول ويحللهـــا ۞
Liber VIII. incipit: انا واصف في هـــذه
deſinit: مجففة لالذع معـــه ۞
Liber IX. incipit: اما جمع قوى الادوية ۞
deſinit: معلوم انه الطـــف ۞
Liber X. incipit: انا اقول ها هنا ما قلته مرارا ۞
deſinit: الرطب فينضج ويحلـــل ۞
Liber XI. incipit: ان كثيرا من الاعضا ۞
deſinit: القروح المتعفنة في الفـم ۞

Ad oras Codicis interpretatio Latina nominum plantarum paſsim occurrit: cujus auctor *Joannes Garzia* Medicus, ut ibidem annotatur.

## DCCLXXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* feriâ 5. die 3. menſis Saphari anno Egiræ 646. Chriſti 1248. die 28. Maii, ut habet Arabica Nota ad Codicis calcem adſcripta: quo continentur GALENI *Libri ſex de Virtute Medica-*

*camentorum ſimplicium* ex Arabica HONAINI verſione, videlicet Liber VI. Liber VII. Liber VIII. Liber IX. Liber X. & Liber XI.

Hoc exemplar, etſi à priore parumper diverſum, expedit tamen ad aliquot ſaltem vocabulorum collationem, emendationemque: quam & ego adhibui dum librorum initia & fines in ſuperiori Codice exſcriberem: ubi præter puncta diacritica immutata, voces occurrunt non ſatis dilucidæ, & caſtigatione dignæ.

## DCCXCI.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continentur GALENI *Libri tres de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm loca*, id eſt *ſecundùm membra corporis affecta*, ſcilicet:

Liber IV. *de Oculorum Medicamentis*, qui incipit: لبس الطريق في الادويـــــة تركيب التي للعين ۞
definit: وان لك الشعيرة بباقـــــي بدنها ۞

Liber V. incipit: الكلام في الكلف ۞ الكلف هو اثر ۞
definit: بخل وعسل ممزوجين مزاجا جدا ۞

Liber VI. incipit: انه واذكان القول بقوله جل الصناع ۞
definit: ومضرة عظيمـــــة ۞

Omnes hujuſmodi libri planè integri ſunt. In iis *Honaini* videas Adnotationes aliquot ad faciliorem contextûs intelligentiam paſsim interjectas. Liber verò VI. de *Tumorum Medicamentis compoſitis* tractat.

## DCCXCII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur GALENI *Libri tres de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm eorum genera*, ex Arabica HONAINI verſione, videlicet:

Liber V. incipit: اريد ان اذكر هاهنا ۞



definit: يستحق ويستعمـــــل ۞

Liber VI. incipit: قد قسمت المراهـم ۞
definit: لا يقرح ولا ييبـــــس ۞

Liber VII. incipit: ان اطبا اليونانيين ۞ caret autem fine, tribus foliis nimirum ablatis.

## DCCXCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis conſtans 121. ubi occurrunt GALENI *Libri octo*, interprete HONAINO, videlicet:

Liber primus *de Febrium Differentiis*, qui incipit: ان احصى اصنـــــاف الحميات ۞
definit: الحميات التي تتولد مـــــن عفونة الاخلاط ۞

Liber II. de eodem argumento, qui incipit: والذي ينبغي على ان اصـــــف ۞
definit: او يحدث لها الامـــــران ۞
uterque exarati & lecti in *Toletano* Collegio anno Egiræ 333. Chriſti 944.

Liber primus *de Diebus decretoriis*, qui incipit: قد نحتاج في ان نصـــــح ۞
definit: يمتحن ويشيـــــر ۞

Liber II. incipit: قد قلت في المقالـــــة التي قبل هذه ۞
definit: واذكر مابقي على من علـم ايام البحران في المقالة التي بعدها ۞

Liber III. incipit: اني واصف مع مـــــا ذكرت من امر ايام البحران ۞
definit: ثم غلطوا ايضا في تعـــــرف انفس المعاني ۞

Liber primus *de Morborum Criſibus*, qui incipit: اني لست اقصد في كتابي ۞
definit: على ما ينبغي من النســـــق والشرح البليغ التام ۞

Liber II. incipit: اني قد قلت منذ اول كتابي هذا ۞
definit: واما الان فاني قاطع هـــــذه المقالة في هذا الموضع ۞

Liber III. incipit: ان غرضي في هـــــذا الكتاب كما قلت ۞
definit: فاما اصحاب الذكا والفطنة فتكفيهم هذه الثلاث مقالات وليس بهـــــم حاجة الي مقالة رابعة ۞

In eo verò Codice occurrunt *Honaini* Notæ aliquot.

## DCCXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur GALENI *Libri ſex de Morborum cauſis, differentiis & ſymptomatis*, ex Arabica *Honaini* verſione: adjectis ad oras nonnullis ejuſdem Adnotationibus.

Liber I. incipit: ان اول ماينبغي لنا ان نذكرها الشي ۞

deſinit: ودربها فيما قلته مرارا كثيرة ۞

Liber II. incipit: قد ذكرت لك في غيرهذه المقالة ۞

deſinit: وابتدي في المقالة الاخري بذكر اصناف الاعراض ۞

Liber III. incipit: انه قد ذكرنا في المقالتين ۞

deſinit: سهل عليه الامر في امتحان ما وقع عليه الشك ۞

Liber IV. incipit: ينبغي ان نفحص في هذه المقالة ۞

caret autem fine, conſtatque duobus foliis.

Liber V. initio mutilus, folia habet quatuor, deſinitque in hæc verba: في العلة التي يقال لها النفخة ۞

Liber VI. duo continet folia, incipitque:

فاما الاعراض ۞ finis verò expers.

Sequuntur eodem in Codice ALEXANDRI APHRODISÆI Tractatus varii Philoſophici.

Horum primus inſcribitur ALEXANDRI APHRODISÆI *in* GALENUM *Diſſertatio* (1), id eſt de Poſsibili, ac de Motore primo contra Galenum: interprete ISACO EBN ABI ALHASSAN BEN ABRAHIM. (2)

Secundus *De Coloribus*, ubi quid ſit color ex Ariſtotelis ſententia diſceptatur: interprete ABI OTHMAN *Damaſceno*.

Tertius *De Viſione* ad Ariſtotelis mentem, ab HONIANO ISAACI FILIO Arabicè converſus.

Quartus *De Senſu & Senſibili* ad Ariſtotelis mentem: interprete eodem HONAINO.

Quintus *De Corporum cœleſtium influxu & regimine.*

Sextus *De Productione ac Creatione*: ubi Auctor impugnat Productionem, aſſeritque quidquid fit, ex nihilo omnino fieri.

Septimus *De Univerſalibus*: quæ in individuis non exiſtere contendit; adeoque in intellectu tantùm eſſe tradit.

Octavus *De Democriti & Epicuri, tùm aliorum Philoſophorum recentiorum ſententiis circa Dei Providentiam*: ex Arabica verſione ABI BASCHARI MATHÆI BEN JUNES *Syri Gaſſanitæ*.

Nonus *De Formæ ſpiritualis exiſtentia*: ex Arabica verſione ABI OTHMAM *Damaſceni*.

Decimus *De Incremento & Augmento*, ſive de Generatione & Productione quæ fit in forma, non autem in materia: ex Arabica verſione ejuſdem ABI OTHMAN *Damaſceni*.

Undecimus *De Materia, Privatione & Generatione*: ubi Philoſophi rerum generationem negantes confutantur.

Duodecimus *De Rerum creatarum Principiis.*

Tertius decimus *De Intellectu*, ex Ariſtotelis ſententia.

Decimus quartus *De Contrariis, quæ ſunt rerum principia.*

Decimus quintus *De Materia prima, ejuſque Creatione.*

De-

(1) *Titulus*: مقالة الاسكندر الافرديسي في الرد علي قول جالينوس في الممكن ۞

(2) *Auctor*: نقله اسحق بن ابي الحسن بن ابرهيم ۞

Decimus ſextus *De Materiæ potentia, quæ contraria recipere ſimul poteſt.*

Decimus ſeptimus *De Materiæ à Genere differentia* : ex Arabica verſione Honaini. Poſtremus hic liber mancus eſt, quippe cujus in fine aliquot folia deſiderantur.

*Alexandri Aphrodiſæi* ætas & ſcripta, horumque verſiones Syriacæ & Arabicæ, necnon Interpretum nomina recenſentur in Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *fol.* 59. his verbis: „ *Alexander Aphrodiſæus* ſub Romanis Imperatoribus claruit, Alexandro Philippi filio poſterior, æqualis Galeni Medici, quem ipſe vidit, & ob capitis robur, animique in diſceptando contentionem *Muli caput* appellavit; eum enim inter & Galenum complures habitæ ſunt diſputationes. Inſignis fuit ævi ſui Philoſophus, plerorumque Ariſtotelis operum interpres egregius, cujus Commentarii non Romanòrum modò, ſed & Muſalamorum temporibus ad hunc uſque diem avidè conquiruntur. *Jahia Ben Adi*, cognomento *Philoſophus*, tradit Alexandri Aphrodiſæi Commentarios in Ariſtotelis Libros omnes *De Phyſica Auſcultatione*, & *De Analyticis* poſt obitum *Abrahami Ben Abdalla Alnaked* Chriſtiani teſtamento relictos ſe vidiſſe, eoſque ſibi ab hæredibus centum & viginti nummis aureis indicatos, dum pecuniam hanc comparare contendit, cum aliis libris Koraſenenſi cuidam trecentis aureorum millibus interim divenditos comperiſſe. Adjicit idem *Jahia Ben Adi* ſe pro Libris de Sophiſtica, Rhetorica & Poetica, ab *Honaino* Arabicè converſis, obtuliſſe nummos aureos quinquaginta, laudatumque Abrahamum illos vendere abnuiſſe.

„ Itaque Alexandro accenſentur hujuſmodi Libri, videlicet: *De Anima* Liber I. *De Ente immobili & æterno contra Galenum* Liber I. *De Meteoris* Liber I. *De Propoſitionum converſione* Liber I. *De Providentia* Liber I. *De Diſcrimine Materiæ à Genere* Liber I. *De Confutatione ſententiæ aſſerentium nihil fieri ex non ente* Liber I. *De eorum ſententiæ confutatione, qui aſſerunt viſionem nonniſi è radiis ex oculo erumpentibus fieri* Liber I. *De Poſſibili* Liber I. *De Differentia ex Ariſtotelis ſententia* Liber I. *De Theologia*, ſeu *Metaphyſica* Liber I. quem *Abu Othman* Damaſcenus commentatus eſt: *De Sophiſticis Elenchis* Liber I. Arabicè ab *Ebn Naama*, Syriacè ab *Abu Baſchar Matthæo*, & iterum Arabicè à *Jehia Ben Adi* converſus.

„ Illius Interpretes. Alkendæus in Librum *De Rhetorica* edidit Commentarium. Hujus autem Libri extat Arabica verſio antiqua, quam feciſſe fertur *Iſaacus*, aut *Abrahamus Ben Abdalla*. Illum prætereà Commentariis perſequutus eſt *Abu Naſſer Alpharabius*. Extat is Liber charactere vetuſto, *Ahmedi Ebn Althaieb Alſarkhaſi* manu exaratus, centum circiter foliis conſtans. *De Poetica* Liber I. ex Syriaca verſione in Arabicam linguam tranſlatus ab *Abu Baſchar Matthæo*, & *Jahia Ben Adi*, cum notis, ut fertur, *Themiſtii*. Eum Alkendæus in epitomen contraxit.

„ Prætereà complures Alexandri Aphrodiſæi Libri *de Logica*, *Phyſica*, & *Phyſica Auſcultatione* Arabicè circumferuntur. Jam verò cum Ariſtotelis Tractatus *De Organo*, ſeu *De Phyſica Auſcultatione* in octo libros ſint diſtributi; nos Aphrodiſæi in eos Commentaria, quæ apud nos ſuperſunt, referemus. Duo extant in primum Librum Alexandri Commentarii, quos Arabicè convertit *Abu Ruh Alſabæus*; prior tamen Commentarius integer, poſterior mutilus repe-

,, ritur : uterque operâ *Jahia Ben Adi* ,, poſteà caſtigatus. In ſecundum Li- ,, brum Commentarii Liber I. è Græ- ,, co in ſermonem Syriacum ab *Ho-* ,, *naino*, inde à *Jahia Ben Adi* in Ara- ,, bicum converſus. Illius Commenta- ,, rius in Librum III. deſideratur; verùm ,, in Librum IV. edidit memoratus Ale- ,, xander Commentaria in Libros tres ,, digeſta, quorum primus, ſecundus ,, & tertius extant; ſed tertius muti- ,, lus, quippe qui in hæc verba : *De* ,, *Tempore* deſinit. Illos Arabicè olim ,, vertit *Coſtha Ben Luca*; ſed verſio, ,, quæ nunc extat, auctorem habet ,, *Abu Othman Damaſcenum.* In Librum ,, V. unicus extat Commentarius ex ,, Arabica verſione *Coſthæ Ben Luca.* In ,, Librum VI. unus pariter habetur ,, Commentarius, cujus tantùm dimi- ,, dia pars & nonnihil amplius ſupereſt. ,, In Librum VII. unus etiam Com- ,, mentarius, interprete *Coſtha.* In Li- ,, brum denique VIII. illius extat unus ,, Commentarius, cujus pauca reliqua ,, ſunt folia, ex Arabica verſione *Coſthæ*, ,, in modum Dialogi. Fertur & alia ejuſ- ,, dem Commentarii Arabica translatio, ,, ſed abſque Dialogo, ſub nomine ,, *Abdelmaſih Ebn Naama.* Itaque *Coſtha* ,, primos quatuor Libros, *Ebn Naama* ,, reliquos quatuor Arabicè reddidit.

,, Hos etiam Libros complures Phi- ,, loſophi Commentariis ſunt perſecuti. ,, Extant enim Porphyrii Commenta- ,, rii in Libros I. II. III. & IV. ex Ara- ,, bica *Baſilii* verſione. Themistii verò ,, in illos Commentaria Syriacè inter- ,, pretatus eſt *Abu Baſchar Matthæus*; ,, ſed Commentarius in primum Li- ,, brum ex Syriaca translatione mu- ,, tilus eſt. *Abu Ahmad Ben Karnib* ,, partem Libri I. & partem Libri IV. ,, ab his vocibus : *De Tempore* expoſuit. ,, *Tabet Ben Corra* partem Libri I. ,, quoque illuſtravit; integrum verò ,, Librum I. explanavit *Abrahamus Ebn* ,, *Alsalat*, quem manu *Jahiæ Ben Adi* ,, exaratum eſſe conſtat. Commenta- ,, rium in partem laudati Libri *De Phy-* ,, *ſica Auſcultatione* edidit *Abulpharagius* ,, Cadamah. Ceterùm integrum Ari- ,, ſtotelis Librum *De Phyſica Auſculta-* ,, *tione* breviter ac preſsè commenta- ,, tus eſt *Themistius*, perinde ac *Jahia* ,, Grammaticus. Hujuſmodi Commen- ,, tarii è Græco in Arabicum ſermonem ,, ſunt converſi, magnoque ſanè vo- ,, lumine continentur, quod penès me ,, in decem Libros diſtributum ſemel ,, extitit cum Themistii Notis à *Geor-* ,, *gio Birudæo* inſertis. Id autem exem- ,, plar fuit olim apud *Iſſa Ben Aluazir* ,, *Ben Algiorah*, qui eo uſus eſt dum ,, *Jahiam Ben Adi* audiebat; idque, eo ,, Magiſtro duce, eruditis Notis, & qui- ,, dem nitidiſsimè exaratis, locupletavit. ,, Præterea in hoſce Libros ſtudio Ben ,, *Samahi* prodiere Commentarii in epi- ,, tomen contracti. Prætermitto alios è ,, Secta Mahometana Explanatores, quos ,, longum foret enumerare.

„ Oculi figura & deſcriptione Liber I. „ De Aurium deſcriptione Liber I. De „ Cordis figura Liber I. De Auris mea- „ tu & deſcriptione Liber I. De Articu- „ lorum doloribus Liber I. De Cucu- „ mere ſylveſtri, qui *Aſininus* dicitur, „ Liber I. De Medicamentis compoſi- „ tis Liber I. Quòd Terra ſit fixa, im- „ motaque in centro Cœli Liber I. „ Quòd Corpus ſuâpte naturâ movea- „ tur Liber I. De Medicinæ myſticæ „ confutatione Liber I. Quòd Mundi „ figura, qualis eſt, æternùm duratura „ ſit Liber I. Quòd Aſtrorum motus „ non ſit dubius, ſed planè certus, Li- „ ber I. Argumenta diverſa in PRO- „ CLUM propoſita, Liber I. Syntagma de „ Morbis, eorumque Remediis. Com- „ mentarius in *Plutarchi* Librum. Com- „ mentarius in *Platonis* Timæum. De „ Tumoribus, qui nonnullis accidere „ ſolent in capite propter coryzam Li- „ ber I. Quòd Medicus non ſolùm pru- „ dens eſſe debeat, ſed ægrotorum de- „ ſideriis indulgens, Liber I. De Leo- „ nibus, aliiſque id genus Animalibus „ & eorum morbis Liber I. Tractatus „ in quo Liber quidam *De Regimine* re- „ fellitur. Epitome Libri GALENI de „ Methodo medendi. Commentarius in „ GALENI Librum de Morborum cauſis „ & ſymptomatis. Commentarius in „ ejuſdem Librum de Locis affectis. De „ Sanguine Draconis Diſſertatio. Alia „ Diſſertatio de Vita honeſta & virtuti- „ bus ornata. De Corporum ſubſtantia „ Liber I. Opuſculum de adhibenda- „ rum precum neceſsitate. De expellen- „ da noxa, quam inferre ſolent Ali- „ menta, Liber I. Diſſertatio præclariſ- „ ſima de Theologia Scholaſtica. De „ cauſa Attractionis Magneticæ Liber I. „ Tractatus Apologeticus de extremo „ Judicii die contra *Sohailum*: Quòd „ Anima ſit incorporea Liber I. Opuſ- „ culum de Anima. De Intellectûs Sta- „ tera Liber I. De vitio Ebrietatis Li- „ bri II. De colico Dolore Liber I. „ Commentarius in *Hippocratis* Apho- „ riſmos ad Galeni mentem. Liber „ Aphoriſmorum, *Director* inſcriptus. „ De Vocum expoſitione & derivatio- „ ne, quas uſurpare ſolent in Scholis „ Theologi & Logici, Liber I. De La- „ rynge, ejuſque remediis Liber I. Con- „ futatio eorum qui veteres auctores cri- „ minantur, illorumque vitia temerè „ recenſent, Liber I. De Amore Liber I. „ Quòd febri laborantes, priuſquàm „ convaleſcant, vomitione ſint pur- „ gandi Liber I. De optimæ Viſionis „ conditionibus Liber I. De Diſcipulo- „ rum requiſitis Liber I. De Medica- „ mentis naturalibus Liber I. De Fru- „ ctuum comedendorum methodo & „ ordine Liber I. De Medicorum opi- „ nionibus erroneis Liber I. De variis „ Obſervationibus in exercenda Arte „ Medica Liber I. De ſingularis cujuſ- „ dam Medicamenti confectione, ejuſ- „ que deſcriptione Liber I. De gravita- „ te Auditûs Liber I. Diſſertatio de Tem- „ pore. Quòd membrum à corpore ſe- „ mel reciſum iterum copulari, reſti- „ tuique non poſsit, Liber I. Diſſerta- „ tio de cauſa Sitis quam eſus piſcium „ excitare ſolet. Diſſertatio de modo „ Aquam, Nivemque præparandi. De „ Solis, Aſtrorumque occaſu Liber I. De „ Logica Liber I. Quòd nemo res in- „ telligere rectè poſsit, niſi ratiocinandi „ ſit valde peritus, Liber I. Quòd Ter- „ ra ſit ſphærica Liber I. De periodico „ Aſtrorum curſu Liber I. De Gram- „ matica Liber I. De Terræ natura „ Quæſtio; & an ipſa lutum ſit, an ve- „ rò lapis, Liber I. De Conſuetudinibus „ Liber I. Diſſertatio de Siti, ac de Ca- „ loris exceſſu Liber I. Diſſertatio de „ Nive, ejuſque commodis & utilita- „ tibus atque uſu, adversùs imperitos „ quoſdam, qui Nivis potionem ſitim

„ fa-

,, facere exiſtimant. Diſſertatio, cur
,, oculorum acies Solis obtutu perſtrin-
,, gatur, in tenebris verò dilatetur. De
,, Cibis ad ægrotorum uſum præparan-
,, dis ac miniſtrandis Liber I. Cur
,, Morbi leviores, ſed diuturniores, dif-
,, ficiliùs expellantur quàm graviores,
,, Liber I. De Corporum antiquitate &
,, contingentia Liber I. Cur nonnulli in
,, morbo Medicum contemnant, Li-
,, ber I. De Morbis dubiis & ambiguis
,, Liber I. Quòd Medicus prudens &
,, peritus non omnia morborum gene-
,, ra ſanare poſsit, Liber I. De Morbis
,, lethalibus Liber I. De Medicina, ejuſ-
,, que partium Deſcriptione Liber I. Cur
,, ſciolorum Medicorum ac Muliercu-
,, larum numerus major ſit in urbe
,, quàm peritorum, Liber I. De Medi-
,, cina in Tabulas adinſtar Compendii
,, diſtributa Liber I. De Officio & expe-
,, rimento Medici Liber I. De Aſtrolo-
,, giæ uſu ſecundùm Philoſophorum pla-
,, cita in morborum judicio & curatione
,, Liber I. (a)

Quòd de *Variolis*, *Morbilliſque* diſſe-
rit

(a) محمد بن زكريا ابو بكر الرازي طبيب المسلمين غير مدافع واحد
المشهورين في علم الطب والفلسفة والهندسة ۞ الف في الكيميا اثني عشر كتابا ۞
كان في ابتدا امره يضرب بالعود ثم ترك ذلك واقبل علي تعلم الفلسفة فنال
منها كثيرا والف كتبا كثيرة ياتي ذكرها انشا الله تعالي اكثرها في صناعة
الطب ۞ دبر مارستان الري ثم مارستان بغداد ۞ ثم عمي في اخر عمره لكثرة
اكله الباقلا ۞ وذكر ابن جلجل الاندلسي انه لم يكن يفارق النسخ اما يسود
اما يبيض ۞ توفي سنة عشرين وثلثماية ۞
فاما تصانيف الرازي المنقولة من فهرسته فهي هذه ۞ كتاب البرهان مقالتان ۞
كتاب الطب الروحاني ۞ كتاب في ان للانسان خالقا حكيما ۞ كتاب سمع
الكيان ۞ كتاب ايساغوجي وهو المدخل الي المنطق ۞ كتاب جمل معاني
قاطيغورياس ۞ كتاب جمل معاني انولوطيقا الاول ۞ كتاب هيئة العالم ۞ كتاب
الرد علي من استثقل بفصول الهندسة ۞ كتاب اللذة مقالة ۞ كتاب فيما جري بينه
وبين سنيس المناني ۞ كتاب الخريف والربيع ۞ كتاب الشكوك علي جالينوس ۞
كتاب كيفيات الابصار ۞ كتاب الرد علي الناشي في نقضه الطب ۞ كتاب في
ان صناعة الكيميا ممكنة الوجود ۞ كتاب الباه مقالة ۞ كتاب المنصوري في
الطب عشر مقالات ۞ كتاب الحاوي في الطب اثني عشر قسما سبعون مقالة ۞
كتاب في ادراك ما بقي من كتب جالينوس مالم يذكره حنين ولا جالينوس في
فهرسته مقالة ۞ كتاب في الطين المتنقل ومنافعه مقالة ۞ كتاب في ان الحمية
المفرطة تضر بالابدان ۞ كتاب فيما يقدم من الفواكة والاغدية وفيما يوخر ۞
كتاب الرد علي احمد بن الطيب فيما رده علي جالينوس من امر الطعم المر ۞
كتاب الرد علي جرير الطبيب فيما خالف فيه من امر التوت الشامي بعقب
البطيخ ۞

البطبخ ۞ كتاب الخلا والملأ والزمان والمكان ۞ كتاب شرح فرفوريوس ۞ كتاب
الهيولي المطلقة والجزية ۞ كتاب العصي في الكلي والمثانة ۞ كتاب الجدري
والحصبة ۞ كتاب الادوية الموجودة بكل مكان ۞ كتاب الطب الملوكي ۞
كتاب التقسيم والتشجير ۞ كتاب اختصار النبض الكبير لجالينوس ۞ كتاب
الرد علي الجاحظ في نقض الطب ۞ كتاب الفالج ۞ كتاب اللقوة ۞ كتاب
النقرس والعرق المدني ۞ كتاب هية العين ۞ كتاب الانثيين ۞ كتاب هية القلب ۞
كتاب هية الصماخ ۞ كتاب اوجاع المفاصل ۞ كتاب في الخيار المر ۞ كتاب
اقراباذين ۞ كتاب وقوف الارض في وسط السما ۞ كتاب في ان الجسم محرك من
ذاته وان الحركة طبيعية ۞ كتاب في نقض الطب الروحاني ۞ كتاب في انه
لا يمكن العالم ان يزول علي مثال ما يشاهد ۞ كتاب في ان الحركة ليست
مرية بل معلومة ۞ كتاب في الشكوك علي برقلس ۞ كتاب تفسير الامراض
وعلاجاتها ۞ كتاب تفسير كتاب فلوطرخس في تفسير كتاب طيماوس ۞ كتاب
العلة التي يحدث لها الورم من الزكام في روس بعض الناس ۞ كتاب التلطف في
ايصال العليل الي بعض شهواته ۞ كتاب العلة في السباع والهوام ۞ كتاب نقض
كتاب التدبير ۞ كتاب اختصار كتاب جالينوس في حيلة البر ۞ كتاب تلخيصه
لكتاب العلل والاعراض ۞ كتاب تلخيصه لكتاب المواضع الالمة ۞ كتاب رسالته
في قطر المربع ۞ كتاب في السيرة الفاضلة ۞ كتاب في جواهر الاجسام ۞ كتاب
في وجوب الادعية ۞ كتاب دفع مضار الاغذية ۞ كتاب رسالة في العلم الالهي
لطيفة ۞ كتاب في علة جذب حجر المغناطيس ۞ كتاب الرد علي سهيل في اثبات
المعاد ۞ كتاب في ان النفس ليست بجسم ۞ كتاب النفس الصغير ۞ كتاب ميزان
العقل ۞ كتاب في السكر مقالتان ۞ كتاب القولنج مقالة ۞ كتاب تفسير
لجالينوس لفصول بقراط ۞ كتاب الفصول ويسمي المرشد ۞ كتاب الاشتقاق علي
اهل التحصيل من المتكلمين والمنطيقيين ۞ كتاب في الابنة وعلاجها ۞ كتاب
ابطال ما يدعي من عيوب الاوليا ۞ كتاب في العشق ۞ كتاب في استفراغ
المحمومين قبل النضج ۞ كتاب شروط النظر ۞ كتاب خواص التلاميذ ۞ كتاب
الادوا الطبيعية ۞ كتاب ترتيب اكل الفواكه ۞ كتاب خطا غرض الطبيب ۞ كتاب
ما يعرض في صناعة الطب ۞ كتاب صفة مداد معجون لانظيرله ۞ كتاب ثقل
الانثيين ۞ رسالة في العين ۞ رسالة فيما لا يلصق فيما يقطع من البدن ۞ رسالة في
تعطيش السمك والعلة فيه ۞ رسالة في تدبير الماء والثلج ۞ رسالة في غروب الشمس
والكواكب ۞ رسالة في المنطق ۞ رسالة في انه لا تصور لمن لا رياضة له بالبرهان ۞
رسالة في ان الارض كرية ۞ رسالة في استدارة الكواكب ۞ رسالة في كيفية
النحو ۞

rit Raſis, id ſanè illorum ſententiæ ſuffragatur, qui morborum hujuſmodi notitiam, luemque ab Aſiaticis in Europæos Arabum opera manaſſe contendunt.

De *Rasis* Vita conſule Abulpharagium in citata *Hiſtor. Dynaſt. pag.* 191. necnon Herbelotium in *Biblioth. Orient. pag.* 713. ubi illius obitus ad annum Egirianum 310. refertur. Ceterùm Latinæ, quæ vulgò circunferuntur, *Rasis* operum interpretationes, adeò barbaræ ac inſulſæ ſunt, ut nec *Rasis* dictionem, nec ſtylum ſapiant, nec ſententiam quidem exprimere aliquando videantur. Illas enim ego, quoties cum Arabicis archetypis conferre libuit, non ex *Rasi*, ſed ex alio prorsùs auctore factas omnino cenſui. Idem de antiquis Latinis translationibus ex Arabum Philoſophorum ac Medicorum ſcriptis confectis eodem jure pronunciandum: quas *Perverſiones* potiùs, quàm *Verſiones* meritò dixeris. Atque hoc loco temperare mihi non poſſum, quin acerbiùs invehar in illos, qui ex hujuſmodi verſionum colluvie, non aditis Arabum fontibus, de ipſorum Auctorum pretio ferre ſententiam audent. Sed qui nec ſuo, nec alieno jecore ſapiunt, eos deſpici, quàm refutari ſatius; quippe qui de re ſibi minimè perſpecta & temerè ſentiant, & ineptè ſcriptitent.

## DCCCXVIII.

Codex literis Cuphicis perita manu exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continetur *Avicennæ Canonis* Pars prima, capitibus CCLXIV. comprehenſa, *De Medicina* ſcilicet *Theorica & practica.* (1)

## DCCCXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine anni notâ, quo continetur ejuſdem *Canonis* Pars ſecunda *De Medicamentis ſimplicibus literarum ſerie diſpoſitis.* (2)

## DCCCXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ, quo continetur ejuſdem

النحو ۞ رسالة في البحث عن الارض الطبيعية هي الطين ام الحجر ۞ رسالة في العادة ۞ رسالة في العطش وزيادة الحرارة لذلك ۞ رسالة في الثلج ومنافعه وقول بعض الجهال انه يعطش ۞ رسالة في علة ضيق الناظر في النور وتوسعه في الظلمة ۞ كتاب في اطعمة المرضي ۞ كتاب في ان العلل اليسيرة اعسر تفرقا من الغليظة في بعضها ۞ كتاب في قدم الاجسام وحدوثها ۞ رسالة في ان بعض الناس ترك الطبيب في حدوث امراضهم ۞ رسالة في العلل المشكلة ۞ كتاب في ان الطبيب الحاذق لا يقدر علي ابرا جميع العلل ۞ كتاب في العلل القاتلة ۞ رسالة في الطب ووصفها وتمييزها ۞ رسالة لم صار جهال الاطبا والنسا في المدن اكثر من العلما ۞ كتاب المشجر في الطب علي سبيل كناش ۞ كتاب في امتحان الطبيب ۞ مقالة فيما يمكن الطبيب ان يستدرك في احكام علي راي الفلاسفة بتعيين ۞

(1) *Initium*: فقد التمس مني بعض خواص ۞
*Finis*: في الادوية المفردة ۞

(2) *Initium*: فان هذه الكتب صنفناها ۞
*Finis*: في الادوية المفردة ۞

dem *Canonis* Pars tertia *De Medicamentis compoſitis*.

In hocce Codice aliquot ſub finem folia deſideres.

## DCCCXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, & anni notâ & fine carens, ubi occurrit ejuſdem *Canonis* Opus à *Tractatu I. Fen I.* uſque ad *cap.* 24. *Tractatûs III. Fen III.*

In hoc MS. Codice plura, quæ in exemplari typis Romanis excuſo deſiderantur, invenias.

## DCCCXXII.

Codex nitidè exaratus, conſtans foliis 247. cujus tamen ab initio folia 9. ſub finem verò 1. vel 2. deficiunt. Ibi plures exhibentur *Avicennæ* Tractatus, videlicet *Fen XXI. Tractatûs I. Libri III.* de Uteri affectibus, de Hepatis morbis, de Alimentis, de Medicamentorum ſimplicium viribus, de Febribus, de Pulſibus, &c.

## DCCCXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, iſque mutilus, complectens ejuſdem *Avicennæ* Librum quartum, ſeu Partem quartam, à *Fen III.* ad *Fen VII.*

## DCCCXXIV.

Codex nitidè exaratus, finis expers, quo nempe continetur Commentarius in Librum primum *Avicennæ*, auctore *Alaeldino Ali Ben Alnaphis*, *Schapheita*, vulgò *Alcarschi* (1), qui in eo Commentario Prolegomena quædam habet, ubi de Membrorum in Animalibus diverſitate, de Anatomiæ principiis, de Membrorum utilitate, de ratione qua ad ſingulorum utilitatis notitiam perveniri poſsit; de Inſtrumentis denique ad Anatomiam pertinentibus. Is prætereà Commentarios in *Hippocratis Aphoriſmos* conſcripſit, qui in Reg. Bibliotheca Pariſienſi occurrunt *Num.* MXLII. Qua verò tempeſtate floruerit, non liquet; videtur tamen ad ſeptimum Egiræ ſeculum referri.

## DCCCXXV.

Codex nitidis literis exaratus, finis etiam expers, in quo habetur Commentarius in *Avicennæ Canonis* Librum tertium *De Morbis particularibus*, ac primùm *De Temporibus* (2), id eſt *Temporum doloribus*; tùm in ejuſdem *Canonis* Librum quartum *De Febribus*, &c. Hujus auctor *Borhanedinus Naphis Ben Auad*, Medicus, *Kermanenſis*, octavo Egiræ ſeculo nobilis, qui has ſuas lucubrationes Duci *Zadeh Ulug Bek Kurkan* nuncupavit.

## DCCCXXVI.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Opus de Medicina, *Compendium* (3) inſcriptum: ubi partem Medicamentorum ſimplicium, à litera ل ad literam ي uſque tantùm reperias. Auctor eſt *Borhanedini Naphis Ben Auad* proximè laudati filius, *Ali Ben Abilhazam Alcarschi*, vulgò *Ben Naphis*. (4)

2.° Hiſtoria Regum *Marochi*, olim *Granatæ*, quam ab anno Egiræ 775. ad annum 956. deduxit *Ali Ben Mohamad Aldaroki*, origine *Hispanus*. (5)



(1) *Auctor*: شرح علاء الدين علي بـــن النفيس الشافعي القرشي ✿

(2) *Titulus*: صـــــــــــراع ✿

(3) *Titulus*: كتـاب الموجز في الطـــب ✿

(4) *Auctor*: علي بن ابي الحزم القرشي الشهير بابن النفيس ✿

(5) *Auctor*: علي بن محمد الدا رقطـي الاندلسي ✿

3.° Anonymi Libellus pereleganter deſcriptus, capitibuſque XX. comprehenſus, *De Arabum cùm animi, tùm corporis Dotibus*.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo nempe continentur:

1.° Averrois *Cordubenſis* in Avicennæ Poema *De Medicina Theorica* Commentarius, qui unà cum textu jam typis excuſus prodiit.

2.° Commentarius in alterum Avicennæ Poema *De Febribus ac Tumoribus mixtis*, id eſt de Febribus, quæ cum partium tumoribus contingere, vel ex iis oriri ſolent. Utrumque Poema *Arginzat* (1) inſcribitur, quod genus eſt Arabicæ Poeſeos à nobis ſupra enarratum. Illius Commentator *Harum Ben Isac Judæus* (2), Medicus *Cordubenſis*, cujus Commentarium caſtigavit *Mohamad Ben Abdelselam Murcianus*. (3)

## DCCCXXVII.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus, quo continentur Anonymi Commentarii in *Canonem Avicennæ*.

## *AVICENNÆ VITA*

*Ex Arabica Philoſophorum Bibliotheca, fol. 464.*

„ Abu Ali Alhossain, *Abdallæ* filius, *Ben Sina*, Philoſophorum & Medicorum princeps, qui hæc de ſe tradit. Pater (inquit) meus, *Perſa*, natus eſt *Balkhæ*: unde ſe in urbem *Bokharam* contulit, imperitante per ea tempora *Noe Ben Manſuro*; matremque meam ex quodam *Bokharæ* pago *Afsena* nuncupato (unde Avicennæ nomen) uxorem duxit, ubi ego natus ſum. Inde, quum *Bokharam* repetiſſemus, in diſciplinam magiſtro traditus ſum, qui me Alcorani ſtudiis, literiſque humanioribus informaret. Necdum decenni major, quidquid ſcientiarum ad Alcorani pertinet intelligentiam, necnon magnam humanioris literaturæ partem perdidici: adeo ut admirationi eſſem omnibus. Tunc verò temporis *Bokharam* acceſsit *Abu Abdalla Nabelensis*, Philoſophiæ profeſſor, quem pater mei erudiendi gratiâ domi noſtræ hoſpitio excepit. Logicæ ergo præcepta, eo duce, legi; deinde nullo adhibito magiſtro, Auctorum libros ipſe ſolus evolvere, conſultis tantùm Commentariis, ſum aggreſſus, in his *Euclidis* Librum, ex cujus initio quinque, aut ſex propoſitionibus apud illum perlectis, totum opus meo marte abſolvi. Quum verò ad *Almageſtum* animum appellerem, deſeruit me *Nabelensis*. Artis poſteà Medicæ cupiditate flagrans, tùm libros conſulendo, tùm ægrotos inviſendo, innumeras medendi rationes ab experientia condidici: quo quidem tempore ſextum decimum agebam annum. Exinde univerſæ Philoſophiæ ſtudia repetiturus, annum & dimidium illis impendi, nullam intereà noctem indulgens ſomno. Quòd ſi is obreperet, aut vires labore deficerent; ſumto vini poculo, vires, animumque reficiebam; mox ad legendum redibam alacrior. Ubi verò me ſomnus vel leviſsimus invaſerat, quas vigilans verſaveram animo quæſtiones, eas ipſas ſomniantem rectractare non ſe- „ mel

(1) *Titulus*: ارجـــــــــــوزة ۞

(2) *Auctor*: شرح هارون بن اسحـــــق الاسر ايلي ۞

(3) *Commentator*: صلحه محمد بن عبد السلام المرسي ۞

„ mel contingebat. Ea igitur mentis „ contentione inſtiti, ut omnes ferè „ diſciplinas mihi tandem comparave- „ rim. Deinde ad Theologiæ ſtudium „ progreſſus..... *Nuh Ben Manſur* (ſepti- „ mus *Samunidarum* Rex) qui Bokharæ „ ea tempeſtate imperitabat, quodam „ afflictabatur morbi genere, cujus ſa- „ natio Medicos, ad quos mei nomi- „ nis fama jam pervaſerat, non parùm „ defatigabat. Intereà illi, mentione co- „ ram Rege de me habita, ipſum ut „ me accerſeret rogarunt: veni, & „ illius ſtatim famulatui ſum addictus. „ Vix decimum octavum ætatis annum „ attigeram, jam ſcientiarum omnium „ cognitionem complectebar.... Annos „ unum & viginti natus, librum *Ency-* „ *clopædiam* inſcriptum compoſui, quem „ pueri mei *Abubakri Albarki Kheuarez-* „ *mitæ* rogatu viginti ferè tomis, titu- „ lo *Utilitas Utilitatum* indito, illuſtra- „ vi. Neceſsitate poſtmodum impellen- „ te, *Bokharâ* ad urbem *Karkangiam* „ me contuli. (Hujus meminit Abul- „ pheda, duplicíſque urbis nomen in „ *Kheuarezmia* innuit. Perſis *Karkan-* „ *gia*, Arabibus *Algiorgiania* nomina- „ tur) Inde ad urbes *Niſam*, *Bauardam*, „ *Thuſam*, *Schacanam*, *Samencanam*, at- „ que *Giagermam*, quæ eſt caput limi- „ taneum *Choraſanæ*. Hinc *Georgianam* „ iterum petii, Principem *Cabuſum* adi- „ turus, qui captus intereà & in carce- „ rem detruſus, morte multatus eſt. Ex- „ inde *Daheſtanum* profectus, in gravem „ ibi morbum incidi. Reverſus in *Geor-* „ *gianam*, de rerum mearum ſtatu car- „ men edidi, cujus aliqui verſus ita ſe „ habent:

*Cùm major evaſiſſem, non fuit Ægyptus mei capax:*
*Cùmque magno venirem, non erat qui me vellet emere.*

„ Hucuſque de ſe AVICENNA. Ceteras „ autem illius res geſtas *ABU ABDALLA* „ *ALGIUZANI*, intimus Avicennæ Amicus „ & perpetuus Auditor, ita proſequitur. „ Intereà dum in urbe *Hiſpahana* com- „ moraretur, Libro *De Arte medendi* „ ſummam impoſuit manum; EUCLI- „ DIS Elementa, Arithmeticam, Muſi- „ cam in epitomen contraxit; ſingu- „ liſque egregias ſanè acceſsiones inſe- „ ruit. In *Almageſtum* verò ſpecies de- „ cem de Aſpectuum differentiis retulit. „ Multa quoque & præclara, & à ne- „ mine priùs tractata, de Sphæra ibi- „ dem de ſuo addidit. EUCLIDIS quædam „ dubia & obſcuriora explanavit; exi- „ mia Arithmeticæ problemata invenit. „ Nec pauca de Muſica Arte Quæſita, „ ab antiquioribus prætermiſſa, propo- „ ſuit. Quinquaginta folia uno vel die „ perſcribere ſolebat. Multa, quæ ipſe „ in curandis morbis egerat experimen- „ ta, *Canonis* Libro adjicere conſtitue- „ rat, eaque in adverſariis idcirco dili- „ genter annotabat; quæ tamen ante „ ipſum *Canonis* opus abſolutum inter- „ cidiſſe profitetur. Ex horum nume- „ ro duo hæc memorantur. Quum ille „ cephalalgiâ tentatus aliquando eſſet, „ veritus ne humor capitis in diaphra- „ gma prolaberetur, nivem ſibi afferri „ juſsit: quam comminutam, panni- „ culoque involutam appoſuit capiti, „ adeo ut parte læſa confirmatâ, & hu- „ moris fluxione coercitâ, valetudini „ ſuæ quàm optimè conſuluerit. Præte- „ reà cuidam ex regione *Kheuarezmia* fe- „ minæ, quæ phthiſi laborabat, idem „ ſuaſit ut nihil aliud medicamenti præ- „ ter *Saccharum roſatum* adhiberet: illa, „ eo Sacch\ro ad centum minas ſumto, „ ſanitatem planè recuperavit.

„ Inter hæc AVICENNA octo & quin- „ quaginta annos natus, *Hamdani* de- „ ceſsit, ibique ſepultus eſt anno Egiræ „ 428. Chriſti 1036.

*AVI-*

## *AVICENNÆ SCRIPTORUM INDEX EX EADEM ARABICA* *Philoſophorum Bibliotheca.*

„ Liber *Collectio* nuncupatus. De „ Scientiarum commodis & uti„ litate Libri XX. De Innocentia & Cul„ pa Libri II. De Sanitate ac Remediis „ Libri XVIII. De Valetudine ſervanda „ Libri III. Medicinæ Canones, Libri „ XIV. De Obſervationibus Aſtronomi„ cis maximè univerſalibus Liber. De „ Juſtitia & Jure Libri XX. Liber de ve„ ra Religione, cui titulus *Manuductio.* „ Liber de Demonſtrationibus. Liber „ de Scientiis Mathematicis, id eſt Epi„ tome Media. Liber de Theoremati„ bus Mathematicis & Theologicis, ti„ tulo *Manifeſtus*. Liber de Dolore co„ lico. De Arabico ſermone, ejuſque „ proprietate Libri X. Liber de Medi„ camentis cordialibus. Liber de Medi„ cina in compendium redacta. Li„ ber de Diſciplinis Philoſophicis, cui „ titulus *Sapientiæ Ortus*. Liber de De„ monſtratione Linearum in Sphæra „ collateralium. Liber de extremo Ju„ dicio. Liber de Animæ origine, Cor„ poriſque reſurrectione. Liber de di„ ſceptandi Methodo. Diſſertatio de Di„ vino Decreto definitivo & prædeter„ minante. Liber de Inſtrumentis Ma„ thematicis. Categoriarum Scopus. Poe„ mation de Logica. Liber de concio„ nandi & philoſophandi fine ſibi pro„ ponendo. De Literis Arabicis Diſſer„ tatio. Liber de Syllogiſmorum illa„ tionibus. Euclidis Compendium. Li„ bellus de Pulſu, Perſicè conſcriptus. „ Liber de Etymologiis. Liber de Cor„ poribus cœleſtibus. Liber Inſtitutio„ num ad Dialecticam. Liber de Scien„ tiarum gradu & diviſionibus. Liber „ de Finito & Infinito. Libellus de ejus „ Librorum Teſtamento. Quòd Corpo„ ris diſtantia non ſit ipſi eſſentialis. „ Diſſertatio de Cichorio. Epiſtolæ va„ riæ familiares & Regiæ. Diſſertatio„ nes & Problemata varia ab ipſo viris „ doctis propoſita. Scholia in *Canonis* „ Libros. De univerſa Phyſica & Meta„ phyſica Libri complures. Liber de „ Animalibus. Liber de Vegetabilibus. „ Tractatus Philoſophicus, inſcriptus „ *Sapientiæ Fontes*. De Retibus & Avibus „ Liber, &c. (a)

Ope-

(a) ابو علي الحسين ابن عبد الله بن سينا الشيخ الرئيس هكذا خبر عن ذاته قال ان ابي كان رجلا من اهل بلخ وانتقل منها الي بخارا في ايام نوح بن منصور وتزوج بامي من قرية يقال لها افشنة وولدت منها بها ۞ ثم انتقلنا الي بخارا واحضرت معلم القران والادب وكملت العشر من العمر وقد اتيت علي القران وعلي الكثير من الادب حتي كان يقضي مني العجب ۞ ثم جا الي بخارا ابو عبد الله النابلي وكان يدعي الفلسفة وانزله ابي دارنا رجا تعلمي منه فقرات كتاب الايسا غوجي عليه ۞ ثم اخذت اقرا الكتب علي نفسي واطالع الشروح وكذلك كتاب اقليدس فقرات عليه من اوله خمسة اشكال اوسنة ثم توليت حل الكتاب باسره ۞ ثم انتقلت الي المجسطي وفارقني النابلي ۞ ثم رغبت في علم الطب بعد القراة وتعهدت المرضي فانفتح علي ابواب المعالجات المقتبسة من التجربة مالا يوصف وانا

في

في هذا الوقت من ابنا ست عشرة سنة ✿ ثم توفرت علي القراة سنة ونصفا فاعدت
قراة المنطق وجميع اجزا الفلسفة وفي هذا المدة ما نمت ليلة واحدة بطولها فمهما
غلبني النوم اوشعرت بضعف عدلت الي شراب قدح من الشراب ريثما تعود الي قوتي
ثم ارجع الي القراة ومتي اخذني ادني نوم احلم بتلك المسايل بعينها ✿ ولم ازل
كذلك حتي استحكم معي جميع العلوم ثم عدت الي العلم الالهي ✿ وكان
سلطان بخارا في ذلك الوقت نوح بن منصور واتفق له مرض بلح الاطبا فيه وكان
اسمي اشتهر بينهم فاجروا ذكري بين يديه وسالوه حضاري فحضرت وتوسمت بخدمته
فلما بلغت ثماني عشرة سنة من عمري فرغت من هذه العلوم كلها ✿ ✿ ✿ ✿ ولما
كان عمري احدي وعشرون سنة صنفت كتاب المجموع واتيت فيه علي سابر
العلوم ✿ ثم سالني ابو بكر البرقي خوارزمي احد جواري شرح هذا الكتاب
فصنفت له كتاب الحاصل والمحصول في قريب من عشرين مجلدة ✿ ودعتني
الضرورة الي الارتحال عن بخارا والانتقال الي كركانج ✿ ثم الي نسا ✿ ومنها
الي باورد ✿ ومنها الي طوس ✿ ومنها الي شقان ✿ ومنها الي سمنقان ✿ ومنها الي
جاجرم راس حد خراسان ✿ ومنها الي جرجان وكان قصدي الامير قابوس فاتفق
في اثنا هذا اخذ قابوس وحبسه وموته ✿ ثم مضيت الي دهستان ومرضت بها مرضا
صعبا وعدت الي جرجان ✿ وانشات في حالي قصيدة فمنها بيت ✿ ✿ ✿ لما عظمت
فليس مصر واسعي ✿ لما غلا ثمني عدمت المشتري ✿ واشتغل باصفهان بتتميم كتاب
الشفا ✿ وقد اختصر اقليدس والارثماطيقي والموسيقي واورد في كل كتاب منها
زيادات فريدة ✿ اما في المجسطي فاورد عشرة اشكال في اختلاف المنظر وفي علم
الهية اشيا لم يسبق اليها ✿ واورد في اقليدس شبها ✿ وفي الارثماطيقي خواص
حسنة ✿ وفي الموسيقي مسايل غفل عنها الاولون ✿ وكان يكتب كل يوم
خمسين ورقة ✿ وقد حصل للشيخ تجارب كثيرة فيما باشره من المعالجات عزم علي
تدوينها في كتاب القانون وكان علقها في اجزا فضاعت قبل تمام كتاب القانون
من ذلك انه صدع يوما فتصور ان مادة تريد النزول الي حجاب راسه ✿ فامر باحضار
ثلج كثير ودقه ولفه في خرقه وتغطيه راسه بها ففعل ذلك حتي قوي الموضع
وامتنع عن قبول تلك المادة وعوفي ومن ذلك ان امراة مسلولة بخوارزم امر ان
لاتتناول شيا من الادوية سوي جلنجبين السكر حتي تناولت مقدار مابة من
وشفيت المراة ✿ دفن بهمدان وكان عمره ثمانيا وخمسين سنة ✿ وكان موته في
سنة ثمان وعشرين واربعمايه ✿

وهذا فهرست جميع كتبه ✿ كتاب المجموع مجلدة ✿ كتاب الحاصل
والمحصول عشرون مجلدا ✿ كتاب البر والاثم مجلدان ✿ كتاب الشفا ثماني

عشر

Opera Medica *Avicennæ* Arabicè MSS. extant in Bibliotheca Eccleſiæ *Toletanæ* octo voluminibus comprehenſa: quorum quatuor Hebraicè tranſlata eſſe, aſſervarique in Bibliotheca Collegii Romani, auctor eſt Nicolaus Antonius. Anno verò Chriſti 1492. edita fuit totius *Canonis* interpretatio Hebraica quatuor voluminibus in 4. ut colligere licet ex Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Indice. In ea, tùm etiam in Lugduno-Batava bene multi habentur ejuſdem Scriptoris MSS. Codices, ita teſtantibus earum Catalogis locupletiſsimis: quos vide.

Ex recenſitis hactenus ſcriptis, qualis, quantuſque fuerit Avicenna facilè intelligas. Is enim ante ſeculum XII. & XI. teſte inter alios Mangeto in *Bibliotheca Scriptorum Medicorum*, tantam ſibi paravit exiſtimationem, ut ceteris anteponeretur auctoribus; nec ulla alia in Scholis quàm ejus ſcripta prælegerentur. Ad ejus ſtylum quod attinet, ubique perſpicuus, brevis, elegans, idemque gravis ac ſolidus. Quòd ſi ille Veneri & Baccho indulſiſſet minùs, ſi ejus vitam tot varii fortunæ caſus non jactaſſent; plura ſanè elucubraſſet opera, aut ea quæ ad nos pervenere, limatiora & exactiora reliquiſſet. Certè Caſiæ fiſtularis, Rhabarbari, Mirabolani, Tamarindi uſum, ſicut & Sacchari cocturam, Avicennæ debet omnino Medicina.

## DCCCXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis aliquot ex initio detractis mutilus, quo continentur:

1.° Opus *Manuductio ad Artem Medicam* inſcriptum, auctore *Ebn Vaphedi Valentino* (1), qui cùm de theorica & practica Medicina, tùm de Pharmaceutica ſigillatim agit; ibi enim artem ac rationem conficiendi varias è radici-

عشر مجلدا ۞ النجاة ثلثة مجلدات ۞ كتاب القانون اربع عشر مجلدا ۞ كتاب
الارصاد الكلية مجلدة ۞ كتاب الانصاف عشرون مجلدة ۞ كتاب الهداية مجلدة ۞
كتاب هداية الاشارات مجلدة ۞ كتاب المختصر الاوسط مجلدة ۞ كتاب العلائي
مجلدة ۞ كتاب القولنج ۞ كتاب لسان العرب عشرة مجلدات ۞ كتاب الادوية
القلبية ۞ كتاب الموجز ۞ الحكمة المشرقية مجلدا ۞ كتاب بيان دوات الجهة ۞
كتاب المعاد ۞ كتاب المبدا والمعاد ۞ كتاب المباحثات ۞ رسالة القضا
والقدر ۞ الالة الرصدية ۞ غرض قاطيغورياس ۞ المنطق بالشعر ۞ القصايد في العظة
والحكمة ۞ رسالة في الحروف ۞ ذعقب المواضع الجدلية ۞ مختصر اقليدس ۞
مختصر النبض بالعجمية ۞ الحدود ۞ الاجرام السماوية الاشارات الي علم المنطق ۞
اقسام الحكمة ۞ النهاية واللانهاية ۞ عهد كتبه ۞ في ان ابعاد الجسم غير ذاتي له ۞
الكلام في الهندبا ۞ رسايل اخوانية وسلطانية ۞ رسايل ومسايل حدث بينه وبين
بعض الفضلا ۞ كتاب الحواشي علي القانون ۞ كتاب جميع الطبيعيات والالهيات
في عدة مجلدات ۞ كتاب الحيوان والنبات ۞ كتاب عيون الحكمة ۞ كتاب
الشبكة والطير ۞

(1) *Titulus*: كتاب الرشاد في الطب لابن وافد ۞

dicibus, ſeminibus, floribus Compoſitiones, Sirupos, Defruta, Bolos, Trochiſcos, Catapotia, Collyria, Electuaria, Olea, Cerota, Emplaſtra, Clyſteria, ceteraque id genus ad omnium morborum curationem idonea diligentiſsimè tradit.

2.° Tractatus ſatis locuples, nec contemnendus, in capita XV. diſtributus, hanc præ ſe ferens inſcriptionem: *Tractatus de Fœtus generatione, ac Puerperarum, Infantiumque regimine* (1). Hujus auctor GARIBAI BEN SAID (2), quem *Cordubenſem* eſſe, atque anno Egiræ 353. inclaruiſſe ex eo intelligas, quòd ipſe in Prologo *Alhakemum Almoſthanſerum Billa*, nonum ex *Omiaditarum* ſtirpe, Hiſpaniæ ea tempeſtate Regem, laudet; ſeque id opus illius juſſu aggreſſum eſſe profiteatur. Hoc ipſum manifeſtiùs patet ex *cap. VI.* ubi ejuſdem Regis ancillæ cujuſdam hiſtoriam refert in hæc verba: „ Contigit in civitate noſtra, anno videlicet 353. hujuſmodi „ caſus: Erat puella in urbe *Zaher*, Latinè „ *Florida* (vel, ut habet Nubienſis, *Roſa*) „ ad Cordubæ meridiem ſita, quæ quum „ tumulo condita fuiſſet, animo poſt biduum recepto, ſuis reſtituta eſt. (a)

Eo in opere Auctor agit de Semine, ejuſque qualitate: De cauſis ad illius materiam corrigendam, augendamque idoneis: De iis quæ generationem impediunt: De ratione cognoſcendi an Fœtus in utero latens, mas ſit, an femina, ubi hujuſce rei & enucleantur cauſæ & experimenta referuntur: Cur Fœtûs membra augeſcant, decreſcantve: De tempore, quo Fœtus in alvo geſtandus ſit; ac de extremis Prægnationis finibus: De Prægnantium regimine: De proximi partûs indiciis, ejuſque facilitate, ubi etiam de Puerperarum regimine: De Lactis ubertate, de Puero lactando, de ejus valetudine tuenda, regendaque: De Puerorum dentibus, eorumque mutationibus & gradibus, ubi de morbis curandis, qui ea de cauſa accidere illis ſolent: De eorum regimine ante & poſt dentium ortum ad ætatem uſque adultam.

3.° Liber *Secretum Artis Medicæ* (3) inſcriptus, iſque in capita V. diſtributus, in quo de arte ex Prognoſticis prædicendi maximè diſſerit ejus auctor RASIS. Exaratus eſt *Toleti* die intra priorem decimam partem Januarii Æræ *Sapharenſis*, id eſt *Hiſpanæ* 1302. Egirianæ verò 663.

4.° Ejuſdem Tractatus bipartitus, *De Alimentis, eorumque correctione, necnon de Victûs humani ratione*: pariter exſcriptus *Toleti* menſe Aprili anno Æræ Hiſpanæ 1303.

## DCCCXXIX.

Codex ſermone quidem Arabico, ſed literis Hebraicis, quo continetur Opus inſcriptum *Medicamentorum Liber*, (4) illorum præcipuè quæ nullo negotio reperiri & cibis propemodum annumerari poſſunt: auctore ABU MARVAN BEN ZOHAR (5), gente *Hiſpano*, profeſ-



(a) وقد حدث في بلدنا كانت بقصر الزاهر في سنة ثلثماية وثلثن وخمسين جارية قد قبرت وبعد يومين رجعت الي ذاتها حية ۞ ومدينة الزاهر بقبلي مدينة قرطبة ۞

(1) *Titulus*: كتاب خلق الجنين وتدبير الحبالي والمولود ۞

(2) *Auctor*: تاليف غريب بن سعيد ۞

(3) *Titulus*: سر الصناعة ۞

(4) *Titulus*: كتاب الادوية ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابو مروان بن زوهر ۞

feſsione Medico, religione Judæo.

## DCCCXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Malacæ* anno Egiræ 791. quo continetur Opus in ſex partes diſtributum, titulo *Director* (1), de Corporis videlicet humani Anatomia, necnon Oculorum curatione: auctore *Mohamad Algapheki* (2), *Cordubenſi*, qui videtur intra ſextum Egiræ ſeculum floruiſſe.

Is autem Codex mutilus eſt, deficiente nimirum principio, & ſub finem nonnihil ambuſtus.

## DCCCXXXI.

Codex nitidè exaratus feriâ 1. die 10. menſis Ramdani anno Egiræ 840. Chriſti 1436. in quo habetur Commentarius perpetuus in univerſæ Medicinæ Compendium, octavo Egiræ ſeculo editum à Medicinæ Profeſſore ac Doctore *Abilhassan Alkarscita*, vulgò *Ebn Alnaphis*. Commentator eſt *Ahmad Alcasrai* (3), ex oppido *Acſar*, vel *Axar*, *Alba Ciliciæ*, hodieque *Aſpropoli* dicto: qui Auctoris veſtigiis inſiſtens, ſuum Commentarium ſecundùm morborum ſeriem, quibus ſingulæ corporis humani partes obnoxiæ, digeſsit, ac velut in Tabulas diſpoſuit, quatuor claſsibus, ſive ordinibus diſtinctas. In prima nomen & natura morbi explicatur; in ſecunda illius cauſa & origo; in tertia morbi ſymptomata & effectus; in quarta denique de morborum curandorum ratione diſceptatur. (4)

## DCCCXXXII.

Codex perita manu eleganter exaratus *Cairi* anno Egiræ 1024. Chriſti 1615. quo continetur Opus Medico-Pharmaceuticum, inſcriptum *Eximius Medullarum memorialis Liber, ac Memorabilium Summa & Collectio* (5): auctore *Abu Mohamad Daud Alsari Trio* (6), domicilio *Cairenſi*, quem anno Egiræ 976. inclaruiſſe ex Præfatione liquet. Opus in partes quatuor diviſum. In prima agit ille de Medicinæ principiis, ubi Aſtrologiæ plus æquo tribuens, ejus ſtudium & ſcientiam optimo cuique Medico penitùs neceſſariam eſſe contendit: in ſecundo de re Herbaria, de ſimplicibus Medicamentis literarum ſerie diſpoſitis: in tertia de Medicamentorum delectu, præparatione, compoſitione: in quarta de omnibus & ſingulis tùm internis, tùm externis humani corporis Morbis; de Plantis, Floribus, Seminibus Radicibuſque; de Animalibus, ac de Metallis, ubi varia Potionum, Emplaſtrorum, Catapotiorum, Unctionum, Oleorumque genera præſcribuntur, quorum aliquot ab ipſo Scriptore inventa, & pluribus ſive morbis, ſive ulceribus efficaciter adhibita memorantur. (7)

Is Liber eodem prorsùs titulo, ſed ſine auctoris nomine, annique nota occurrit in Regia Bibliotheca Pariſienſi, *Num. MLVIII.*

## DCCCXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, mutilus, idemque ferè putris, quo continetur

(1) *Titulus*: كتاب المرشـــــد ۞
(2) *Auctor*: تاليف محمد الغافقـــي ۞
(3) *Commentator*: شرح احمد القسراي ۞
(4) *Initium*: فان الطب علم شريـــف ۞
*Finis*: السكر والعسل اربع مثاقيل ۞

(5) *Titulus*: تذكرة اولي الالبـــاب والجامع للعجب العجاب ۞
(6) *Auctor*: ابي محمد داوود الصوري ۞
(7) *Initium*: فتفاضل افراد النـــوع ۞
*Finis*: عنها الحبوب فافعـــل ۞

tur Opus illud longè celeberrimum *Ali Ben Alabas Almegiussi*, id eſt Zoroaſtricæ Religionis cultoris, *Adadheldaulæ*, Regis Buiaditæ, Archiatri, inſcriptum *Liber Regius*, *omnia complectens ad Artem Medicam pertinentia*: de quo ſupra ſatis dictum.

## DCCCXXXIV.

Codex ſummâ curâ & elegantiâ exaratus anno Egiræ 966. die 13. Ramdani, Chriſti verò 1558. quo continetur egregium *Beitharis* Opus, inſcriptum *Collectio magna ſimplicium Medicamentorum* (1), ordine alphabetico diſpoſitum: adſcripta paſsim marginibus Latina plurimorum Simplicium interpretatione. (2)

Hoc ſanè hujus Auctoris exemplar ceteris omnibus quæ in Regia Bibliotheca Eſcurialenſi aſſervantur, mox referendis, multò caſtigatius eſt, ut ex collatione cum illis diligenter facta mihi planè compertum; tametſi plura in eo puncta diacritica aliquandò deſiderentur, quorum defectu & operoſa fit lectio, & ambiguus verborum ſenſus.

In eo autem opere *Beithar* poſt elegantem Præfationem agit de univerſa re tùm herbaria, tùm metallica, de Plantis ſcilicet, Lapidibus, Metallis, atque etiam Animalibus, ac de eorum omnium uſu & virtutibus ad ſingula humani corporis membra accommodatis. Obſcura paſsim & dubia Dioſcoridis & Galeni loca explanat, illuſtratque. Adde quòd varia Herbarum genera, de quibus & Galenus & Dioſcorides planè ſilent, ſummo labore à ſe inventa, prodidit, noviſque adeo Medicinam opibus locupletavit. Cujus rei teſtimonium affert luculentiſsimum Guillelmus Poſtellus Arabicæ linguæ haud ignarus: „ In „ eo (inquit) Simplicia quàm plurima „ & Remedia innumera, quorum nec „ nomen, nec virtus, nec uſus adhuc „ nobis innotuit, ſunt expreſſa; atque „ omnia ita abſolutè, ut quidquid ſu„ per his medicamentis apud Dioſcori„ dem, Galenum, & Oribaſium im„ perfectum & mutilum eſt, ex hoc „ volumine reſtitui ac ſarciri poſsit.

Ab hoc ſanè non abludit viri cujuſdam eruditi Animadverſio in prædictum Beitharis opus, quæ legitur in Catalogo Codicum aliquot Arabicorum MSS. Regiæ Bibliothecæ Eſcurialenſis, ab Hottingero in ſua *Biblioth. Orient. Lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 2. laudato, atque ita ſe habet: „ *Ebn* „ *Albitharis* Malachenſis Botanicon, id „ eſt de ſimplicibus Medicamentis, pri„ mus liber abſolutus & traductioni „ congruus; inveniuntur enim in iſto „ libro pluſquam duo millia Simplicia, „ quæ in libro Dioſcoridis non inve„ niuntur: & ob hoc dicit in principio „ hujus libri approbatum eum fuiſſe ab „ Arabibus Perſiæ & Alexandriæ.

Id etiam ipſe *Beithar* diſertis verbis in ſua Præfatione teſtatur, ingenuè profitens nihil à ſe ſcribi, nihil ſtatui, quod non ipſe longo rerum uſu & experientiâ planè comprobaverit, diligenter excuſſerit & quaſi lance perpenderit: ad hæc minimè ſe quorumdam Scriptorum veſtigiis inſiſtere, qui exemplarium & interpretationum fide tantummodò contenti, ceteras obſervationes ſus, deque habent. Quod autem ad Vegetabilium, Metallorum, Animalium virtutes Medicas ſpectat; plura ex recentiorum Herbariorum libris, quæ apud Dioſcori-



(1) *Titulus*: كتاب الجامع الكبير في الادوية المفردة

(2) *Initium*: فانه لما رسم بالاوامر المطاعة
*Finis*: واكثر في غلط المغزل وادق جدره

dem & Galenum nec deſcripta, nec memorata reperias, depromit; plurima obſervata de ſuo addit; & eorum qui anteà ſcripſerant, errores, experientia duce, caſtigat. Ex antiquis *Ariſtotelem*, *Dioſcoridem*, *Galenum*, *Paulum Æginetam* paſsim laudat Auctor noſter: ubi verò Plantarum, quas perſequitur, nulla occurrit apud illos mentio; allegat *Alſcherifum Edriſeum*, in fuſiori nempe Geographiæ Opere, *Abulabbas* Herbarium, *Iſaacum Ben Amran* Medicum, *Razæum*, *Avicennam*, *Joannem Ben Meſſuia*, *Abu Hanipha*, *Iſaacum Solimani filium*, arte Medicum, genere Judæum; *Mohametum Ben Alhoſſain*, *Maſsihum Damaſcenum*, *Gaphekeum*, *Baſrenſem*, *Alkindum*, *Ali Ebn Raſin*, & alios. Præter amplam eruditionem, floridum juxta & limatum dicendi genus in eodem mireris.

Operæ pretium igitur quàm maximum foret, eximium hocce opus in Latinum ſermonem transferri ab aliquo Arabicæ linguæ peritiſsimo; ope tamen aliorum qui in Arte Medica & Botanica eſſent apprimè callidi, atque exercitati; quantum enim rei herbariæ cultoribus, maximè Hiſpanis, ex illa translatione lumen! quippe Beithar multa Simplicium nomina vario regionum, nationumque ſermone, præcipuè Hiſpano, obiter exprimit ac recenſet. Si Tournefortio fides, id Beitharis volumen Latinè tranſtulit *Gallandus*. At in Catalogo Reg. Bibliothecæ Pariſienſis, ubi variæ memorantur ejuſdem *Gallandi* ex Arabico verſiones, de Latina Beitharis verſione ne verbum quidem. Certè hæc typis, quod ſciam, necdum tradita.

* * * * * * * *

## *BEITHARIS VITA*
### *EX ABULPHEDÆ HISTORIA*
*univerſali ad annum Egirianum 646.*

„ Abdalla Ben Ahmad Dhiaeldin, cognomento *Ebn Albaithar*, *Hiſpanus Malacitanus*, Philoſophus ac Medicus inſignis fuit; tanta verò rei herbariæ peritiâ inſtructus, ut præſtantiſsima hæc Ars in ipſo uno conſummata eſſe videretur. Hinc eò perfectionis devenit, ut non ſolùm genuina quæque Vegetabilium nomina & natalia loca apprimè calluerit, eorumque naturas ac vires penitùs introſpexerit; ſed etiam, ut auctor eſt ejus Diſcipulus *Ben Abi Saiba*, ad ſingula quæſita ſibi propoſita, Dioſcoridis & Galeni textum unà cum Herbarum, Plantarumve nominibus, deſignato etiam folii numero, in promptu haberet. In ſuis allegationibus ita fide dignus ſemper exiſtimatus, ut eum omnes tanquam Oraculum conſulerent ac ſumma veneratione proſequerentur.

„ Exemplo Plinii, aliorumque Philoſophorum ad perfectam Herbarum, Plantarumque cognitionem ſibi comparandam, Græciam, Orientales & Occidentales plagas diuturnis itineribus peragravit, ubi viros peritiſsimos avidè conſulebat: vir ſanè ingenii vi & acumine nulli ſecundus. Cunctis Academiarum ſuffragiis Ægypti renunciatus eſt Archiater. Deinde apud *Malekum Alkamel*, Damaſci tunc temporis Regem, ſummis honoribus exceptus, ad Viziri dignitatem evehitur: qua in urbe tandem deceſsit anno Egiræ 646. Chriſti 1248. varia & egregia ingenii ſui monumenta relinquens, in iis Opus *De Mira rerum creatarum virtute, ac de uſu Medicamentorum ad curandos corporis morbos;*

„ *bos* ; ut & celeberrimum illud *De* „ *Medicamentis ſimplicibus*, quo quidem „ opere nullum aliud vel utilius, vel „ accuratius unquam prodiit. (a)

Quum autem Leo Africanus apud Fabricium in *Biblioth. Græcæ Tom. XIII. pag.* 281. vitam Beitharis aliter deſcripſerit ; ne jejunè, aut levi brachio rem tractaſſe videamur, illam hîc, ſubjectis aliquot animadverſionibus, tranſcribendam exiſtimavimus.

## *BEITHARIS VITA* EX JOANNIS LEONIS *Africani Libello de Viris quibuſdam illuſtribus apud Arabes.*

„ IBnu *El Baitar* natus eſt in civitate Malagæ in Bætica. Philoſophus „ & Medicus præſtantiſſimus, Herbariuſque maximus fuit. Eóque è patria ſua diſcedens, ad Orientem verſùs profectus eſt, perquirens Africam „ univerſam, atque Aſiam ferè totam: „ cum verò ex India regreſſus eſſet, „ pervenit ad Chairum, & in ſervitiis „ *Saladini*, Soldani primi ex Chairo, ingreſſus eſt, quem magno affecit ho- „ nore. At poſt mortem dicti Salahdini „ præfatus *Ibnu El Baitar* reverſus eſt „ domum ſuam ; & ibi compoſuit præ- „ ſtantiſſimum librum *De virtutibus her-* „ *barum*, *de venenis & metallis*, *de ani-* „ *malibus*, ſecundùm ordinem alphabeti, „ tribus voluminibus completum. Qui „ obiit in Maleha anno quingenteſimo „ nonageſimo quarto de Elhegira, &c.

Hîc Leo Africanus, quod ad annum, locumque obitûs Beitharis ſpectat, à communi Scriptorum Arabum conſenſu longè aberrat, qui omnes, nemine prorsùs diſſentiente, tradunt illum *Damaſci*, non *Malacæ* deceſſiſſe, & quidem anno Egiriano 646. non autem anno 594. quo certè neque *Malek Alkamel*, *Maleki Aladeli* filius, apud quem Adminiſtri munus Beitharem obiiſſe planè conſtat; neque *Malek Alſaleh Nogemeddinus*, *Maleki Alkameli* filius ac ſucceſſor, cui Beithar ipſe opus ſuum *De Medicamentis ſimplicibus* nuncupavit, ut ex Prologo mox ſubnectendo patebit, Regiam adhuc dignitatem inierant; ille enim regnum auſpicatus eſt anno Egi-

(a) عبد الله بن احمد الحكيم العلامة ضياء الدين ابن البيطار الاندلسي المالقي النباتي الطبيب الماهر واليه انتهت معرفة النبات وتحقيقه وصفاته واسماوه واماكنه ۞ قال ابن ابي صيبعة فكنت اجد من غزارة علمه ودرايته شيا كثيرا وكان لا يذكر دواء في جوابه لمن يساله الا ويعين في اي مكان هو من كتب ديسقوريدوس وجالينوس وفي اي عدد هو في الادوية المذكورة في تلك المقالة ۞ وكان ثقة فيما ينقله حجة للجميع ۞ سافر مماثلا لبلينوس وغيره من الحكما الي بلاد الاغارقة والشرق واقصي بلاد الروم ۞ واخذ فن النبات عن جماعة حكما مشهورين وكان ذكيا فطنا ۞ وكان بمصر ريسا علي الحكما وساير العشابين ۞ ثم خدم الملك الكامل وجعله عنده مقدما في دمشق حيث مات سنة ست واربعين وست مايه ۞ وله كتاب المغني في الطب وكتاب الافعال الغريبة والخواص العجيبة وكتاب الادوية المفردة وهو جيد لم يصنف مثله قط ۞

Egiræ 625. obiitque anno 653. hic ab anno 635. ad annum uſque 647. regnavit, teſte Abulpharagio. Unde commentitium eſſe illum Leonis Africani Libellum, quod ſupra nobis uberiùs demonſtratum, jure colligas.

Hinc Hottingerus in ſua *Biblioth. Orientali*, *Lib. III. part. II. cap.* 2. etſi Leonis Africani editor, cum ceteris rectè ſentire maluit, quàm cum uno Leone Africano errare: adeo ut ab illo non immeritò recedens, Beitharis mortem ex communi ſententia ad annum Egirianum 646. referre non dubitaverit. Conſule Herbelotium in *Biblioth. Orient. pag.* 199. & Golium in Præfatione *Lexici Arabici*.

## *BEITHARIS PROLOGUS.*

„ UT Regis *Maleki Alſalehi Nogemeddini* mandato, ut par erat, „ obtemperarem, Opus *De Medicamentis ſimplicibus* conſcribere aggreſſus „ ſum: in quo ſingulorum naturam, „ vires, utilitates, noxas, noxarumque „ emendationem, materiæ etiam, Succorum videlicet, aut Decoctorum „ quantitatem hactenus uſitatam, & „ aliquot Simplicium, ſi fortè deſiderentur, in alia commutationem enarrare & expedire deſtinavi..... In eo „ igitur opere, in quo diſſerendum nobis eſt de Medicamentis ſimplicibus, „ ſimulque de Alimentis quotidiano „ uſu receptis, atque ad vitam humanam noctu, diuque neceſſariis pro „ cujuſque ſtatu & natura, ea in primis indicabo, quæ juvenibus & ſenibus utilia videantur eſſe, referens ubique quidquid præclariſsimus Dioſcorides quinque Libris, & eruditus Galenus ſex *De Simplicibus* ſunt complexi. Medicamenta verò quæ ad Vegetabilia, Metalla & Animalia pertinent, neutri prorsùs memorata, „ allato recentiorum teſtimonio, proponam. Prætereà poſterioris ævi virorum fide dignorum, & rei Herbariæ cognitione præſtantium inſiſtens „ veſtigiis, ea Simplicia deſcribam, quæ „ nec Galenus, nec Dioſcorides deſcripſere; ſententias item ac relata quæque, „ expreſſo illorum Auctorum nomine, „ ſingillatim recenſebo, ſeligens ubique doctrinam quæ mihi verior, teſtatiorque videbitur.

„ Propoſitum primum. In referendis Scriptorum tùm veterum, tùm „ recentiorum teſtimoniis debitam fidem ſervabo. Neque verò in iis quæ „ mihi ſenſus & aliena fides comprobaverint, reconditum inveniſſe me „ theſaurum arbitror, aliena dumtaxat „ ope & meo fretus ingenio; ſed ſpem „ totam in Deo, qui dives eſt, mihi „ conſtituendam eſſe duxi. Secundum. „ Quidquid à vero & ratione alienum „ ſit, in iis videlicet quæ ad Simplicium „ naturam & uſum attinent, eorumve „ viribus, & qualitatibus, ac ſenſuum „ teſtimonio repugnet; vel ſiquid auctorem, aut alium qui aliorum nomine talia referat, errare contigerit; palam refellam, & ab ejuſmodi placitis omninò recedam. Hanc pariter „ legem mihi ſervandam ſtatuo in ceteris quibuſque opinionibus, quæ vetuſtiorum ac recentiorum auctoritate „ deſtitutæ, nullam apud Scriptores fidem obtinuere. Tertium propoſitum. „ Ad repetitionem quod ſpectat, illam „ tunc ſolùm uſurpare volumus, quum „ neceſsitas ad majorem ſensûs claritatem, demonſtrationemque poſtulet. „ Quartum. Atque ut Opus noſtrum „ faciliùs quiſque, minúſque operosè „ conſulat, id ordine alphabetico digeſsimus. Quintum. In omnibus & „ ſingulis Medicamentis dubia, ambigua, interpolata loca deſignabimus. „ Ubi verò plerique Scriptores exemplarium & relatorum fide niti ſatis

„ ſibi

„ ſibi eſſe credunt; nos contra res tantùm experientiâ exploratas, ut ſupra „ diximus, edendas curamus. Sextum. „ propoſitum. Medicamentorum, ſeu „ Simplicium quæ deſcripturi ſumus, „ quoties utilitates experimentis com- „ probatas referemus, illorum nomen- „ claturam, ſecundùm cognitas regio- „ num linguas exhibebimus; ut & ple- „ rorumque loca unà cum vocabulis „ Barbaris, Latinis, Hiſpaniſque ma- „ ximè peculiaribus, dummodo eorum „ uſus in pleriſque Codicibus noſtris ob- „ tinuerit. Ad hæc, ne opus hoc noſtrum „ corruptioni, nec lector errandi peri- „ culo proinde ſit obnoxius; ſuis dictio- „ nes quaſque vocalibus, punctiſque „ diacriticis quàm accuratiſsimè anima- „ vimus: quum errores, qui lectori- „ bus contingere ſæpiùs ſolent, ab ho- „ rum præſertim prava lectione, vel à „ Scribarum vitio & oſcitatione exorian- „ tur. Opus *Collectionem* inſcripſimus, „ quia Medicamina & Alimenta abſo- „ lutâ, exquiſitâ & ad conſilium no- „ ſtrum appoſitâ ratione comple cti- „ tur. Atque hinc, Deo duce & adju- „ tore, auſpicamur. (a)

Co-

(a) وبعد فانه لما رسم بالاوامر المطاعة الملكية الصالحية النجمية ۞ ۞ ۞ بوضع
كتاب في الادوية المفردة نذكر فيها ماهيتها وقواها ومنافعها ومضارها واصلاح
ضررها والمقدار المستعمل من جرمها او عصارتها او طبخها والبدل منها عند عدمها ۞ ۞
هذا الكتاب في القول في الادوية المفردة والاغذية المستعملة علي الدوام والاستمرار
عند الاحتياج اليها في ليل كان او نهار مضاف الي ذلك اذكر ماينتفع به الناس
شعار ودثار واستوعبت فيه جميع ما في الخمس مقالات من كتاب الافضل
ديسقوريدوس بفصه ۞ وكذا فعلت ايضا بجميع ما اورده الفاضل جلينوس في الست
مقالات من مفرداته بفصه ثم الحقت بقولهما من اقوال المحدثين في الادوية النباتية
والمعدنية ما لم يذكراه ۞ ووصفت عن ثقاة المحدثين وعلم النباتين ما لم يصفاه
واسندت في جميع ذلك الاقوال الي قايلها وعرفت طرق النقل فيها بذكر ناقلها
واختصصت بما تم لي به الاستداد وتوضح لي القول ووضح عندي الاعتماد ۞ الغرض
الاول ۞ صحة النقل فيما اذكره عن الاقدمين واحرره عن المتاخرين فما صح عندي
بالمشاهدة والنظر وثبت لدي بالخبر لا الخبر اذخرته كنزا سريا وعددت نفسي عن
الاستعانة بغيري فيه سوي الله غنيا ۞ الغرض الثاني ۞ وماكان مخالفا في القوي
والكيفية والمشاهدة الحسية في المنفعة والماهية للصواب والتحقيق او ان ناقله
او قايله عدلا فيه عن سوا الطريق نبذته ظهريا وهجرته مليا ۞ وقلت لناقله او قايله
لقد جيت شيا فريا ولم اجاب في ذلك قديما العتقة ولا محدثا اعتمد غيري علي
صدقه ۞ الغرض الثالث ۞ ترك الاكرار حسب الامكان الا فيما تمس الحاجة اليه
لزيادة معني وتبيان ۞ الرابع ۞ تقريب ماخوذه بحسب ترتيبه علي حروف المعجم
مقفا ليسهل علي الطالب ما طلب من غير مشقة ولاعنا ۞ الخامس ۞ التنبيه علي كل

دواء

## DCCCXXXV.

Codex continens *Beitharis* alterum exemplar, ſive Tomum ſecundum, minùs accuratè, minuſque nitidè exaratum anno Egiræ 770. Chriſti 1368.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

## DCCCXXXVI.

Codex grandioribus literis elegantiſsimè deſcriptus *Cairi* anno Æræ Martyrum 1056. hora 9. feriæ 5. die 16. menſis *Babeh*, id eſt *Octobris*, anno Egiræ 740. (legendum 741.) foliis conſtans 246. quo continetur ejuſdem Operis Tomus tertius, complectens literas ſex, videlicet ز س ش ص ض ط

## DCCCXXXVII.

Codex nitidè exaratus *Cairi* horâ 8. feriæ 3. die 11. menſis *Baſchnaſi*, id eſt *Maii*, anno Æræ Martyrum 1056. quæ reſpondet diei octavæ menſis Dilcadat anno Egiræ 740. (legendum 741.) conſtans foliis 247. ubi ejuſdem Operis occurrit Tomus quartus, literas complectens ك ق ف غ ع ظ : adjecta paſſim ad oras Codicis Latina non paucorum Simplicium interpretatione.

Complura hujus Operis exemplaria in Regia Bibliotheca Pariſienſi atque in Cæſarea Vindobonenſi aſſervantur. In Bibliotheca Lugduno Batava extat *Beitharis* Opus de Medicamentorum Compoſitione, *Praxis Officinarum* inſcriptum. Tractatus Beitharis *De Limonibus*, quem Latinè reddidit Alpagus, typiſque mandavit Pariſiis apud Bindonum anno 1602. memoratur à Mangeto *De Scriptoribus Medicis*. Duo præterea ejuſdem Beitharis *De Simplicibus* Codices in fol. nitidè exarati ſpectantur Matriti in Bibliotheca *D. Auguſtini de Montiano & Luyando*, Regi Catholico à Conſiliis, & Secretis in Regia Gratiæ, Juſtitiæ & Statûs Caſtellæ Camera, necnon perpetui Regiæ Academiæ Hiſtoricæ Moderatoris, viri literarum, literatorumque ſtudioſiſsimi: videlicet Tomus ſecundus qui continet literas د ذ ر, exaratus die 4. menſis Scheuali anno Egiræ 914. Chriſti 1508. ac Tomus quintus, idemque poſtremus, qui incipit à litera ل, &

دواء واقع فيه وهم او غلط متقدم او متاخر لاعتماد اكثرهم علي الصحف والنقل
واعتمادي علي التجربة والمشاهدة حسب ما ذكرت قبل ۞ السادس ۞ في اسميا
الادوية بساير اللغات المتباينة في السمات مع اني لم اذكرت فيه ترجمة دواء الا وفيه
منفعة مذكورة او تجربة مشهورة وذكرت كثيرا منها بما يعرف به في الاماكن
التي ينسب اليها الادوية المسطورة كالالفاظ البربرية والاطينية وهي اعجمية الاندلس
اذا كانت مشهورة عندنا جارية في معظم كتبنا ۞ وقيدت ما يجب تقييده بالضبط
وبالشكل وبالنقط تقييدا يومن معه من التصحيف ويسلم قاريه من التبديل والتحريف
اذ كان اكثر الوهم والغلط الداخل علي الناظرين في الصحف انما هو من تصحيفهم
لما يقرونه او سهو الوراقين فيما يكتبونه وسميته بالجامع لكونه جمع بين الدواء
والغذا واحتوي علي الغرض المقصود مع الايجاز والاستقصا ۞ وهذا حين ابتدي
وبالله استعين واهتدي ۞

& in literam ي deſinit. In hujus fine occurrit ejuſdem Opuſculum *De Ponderibus & Menſuris ad Medicinæ uſum*, ordine alphabetico diſtributum; uti etiam *De Veterinaria Medicina*, quam Arabes *Albeitharia* vocitant.

## DCCCXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, ſed mutilus & anonymus, foliis conſtans 119. quo continetur totius Medicinæ Compendium, è præſtantiſsimorum Medicorum Arabum, Græcorum, Syrorum ſcriptis collectum: ubi de ſimplicibus & compoſitis Medicamentis, de Morbis omnibus & ſingulis; item de Diebus decretoriis, de Ulceribus & Affectibus externis, & aliis quàm optimè diſſeritur.

## DCCCXXXIX.

Codex nitidè exaratus, in quo habentur:

1.° Anonymi Opuſculum affectum *De Ponderibus & Menſuris in Aſia & Ægypto uſitatis*, quorum pleraque nomina Perſica ſunt: cujus ſpecimen hìc proferimus.

,, Si granum hordei unum quater ,, multiplicetur, dabit *Kiratum*, Syris di- ,, ctum *Siliquam* (ſcilicet baccam Sili- ,, quæ dulcis); ſi autem Kiratum ter ,, multiplicetur, erit *Danekum*, quod ſe- ,, xies multiplicatum, eſt *Dirhem* unum. ,, Itaque ex Dirhemi multiplicatione, ,, ſecundùm varia nationum inſtituta ,, conficitur Uncia, quæ toties multi- ,, plicata dat Libram. Ex quo fit, ut ,, Kiratum ſit IV. Grana; Danekum ,, tria Kirata; Dirhemum ſex Daneka; ,, *Siclus* Dirhemum cum dimidio, & ,, inſuper tribus hordei granis. *Granum* ,, eſt, ſi abſolutè ſumatur, unum hor- ,, dei granum cum dimidio; & *Drachma* ,, Siclus unus. Excerpta ex Libro *Acrabadini Antaræi* (Scriptoris Perſæ).

,, Libra Arabica XII. continet Un- ,, cias; Uncia autem X. Dirhema com- ,, plectitur. *Mina* CCLX. Dirhema ,, pendet. *Centenarium* Ægyptiacum eſt ,, pondus XXV. librarum. Mina Ana- ,, tolica & Ægyptiaca pendet uncias ,, XVI. Græca XX. Alexandrina XXX. ,, Arabico-Omanica XXII.

,, Libra Græca IX. Uncias continet; ,, Libra Anatolica, ſeu Orientalis XCVI. ,, Drachmas pendet. *Caſth* Anatolicum ,, (Modius parvus) XVIII. uncias con- ,, tinet. Libra abſolutè dicta eſt pon- ,, dus XX. Unciarum; Caſth pondus ,, XXX. Staterum. *Makuk* (Gomor) ,, III. libras continet. *Dahmas* eſt III. ,, Siclorum pondus. *Madamiun*, menſu- ,, ræ genus, continet XCII. libras olei, ,, vini LXXX. mellis verò CVIII. Caſth ,, continet olei XVIII. uncias, vini XX. ,, mellis autem XXVII. *Hauſa* men- ,, ſura IX. libras olei continet, vini X. ,, & mellis XIII. cum ſemiſſe. Men- ,, ſura, quæ *Cotula* dicitur, olei IX. un- ,, cias, vini X. mellis XIII. pendet ,, cum ſemiſſe. Menſura *Machethrani* ,, majoris III. uncias olei continet, vini ,, totidem uncias, & XVIII. *Garaphi* ,, (ampulla eſt, vel hauſtus), mellis VI. ,, uncias cum ſemiſſe. *Maſethrani*, vel ,, *Machethrani* minoris menſura conti- ,, net olei VI. drachmas, vini X. *Gara-* ,, *phos*, mellis IX. drachmas. *Kaſuna-* ,, *phoni* menſura conſtat ex olei drachmis ,, XVIII, vini unciâ unâ & drachmis ,, IV. mellis III. unciis & quadrante cum ,, octante. *Cauanuſi* menſura XII. olei ,, drachmas pendet, vini unciam unam ,, & ſemiſſem cum quadrante, mellis ,, III. uncias & quadrantem. (a)



(a) حبة الشعير اذا ضوعفت اربع مرات كان من ذلك القيراط وهو خروبة بالشامي

2.° Anonymi Opuſculum mutilum, *Topica Medicamenta* complectens: ubi ad ſingulas corporis partes morbo affectas apta Remedia præſcribuntur.

3.° Tractatus ordine alphabetico diſpoſitus, inſcriptuſque *Veræ & ſelectæ Utilitates* (1): ubi de utilitate quæ ex variis Plantis, Medicamentis ſimplicibus, aliiſque rebus percipi poteſt, diſſeritur: auctore ABULOLA BEN ZOHAIRI (2), qui nihil à ſe allatum teſtatur, quod non uſu, aut Sapientum Græcorum, Chriſtianorum, necnon Mahometanorum ſcriptis ſit comprobatum. Is Liber exaratus eſt feriâ 1. die 22. Rabii poſterioris (lege Gemadi poſterioris) anno Egiræ 561. Chriſti 1165. quo tempo-

بالشامي ۞ واذا ضوعفت القيراط اربع مرار كان من ذلك الدانق ۞ واذا ضوعفت
الدانق ستت مرات كان الدرهم ۞ واذا ضوعف الدرهم مرات علي اختلاف اتفاق
الناس كان من ذلك الاوقية ۞ واذا ضوعفت الاوقية كان الرطل ۞ اما القيراط اربع
شعيرات ۞ والدانق ثلاث قراريط ۞ والدرهم ستت دوانيق ۞ والمثقال درهم ونصف وثلث
حبات شعير ۞ والحبة شعيرة ونصف ۞ والدرخمي مثقال واحد ۞ ومن كتاب
اقراباذين العنتري ۞ الرطل العربي اثنا عشر وقية ۞ والاوقية عشرة دراهم ۞ والمن
مايتين وستين درهما ۞ القنطار المصري خمسة وعشرون رطلا ۞ من انطالية ستت
عشر اوقية وكذلك المن المصري ۞ المنا الرومي عشرين اوقية ۞ المنا الاسكندري
ثلاثون اوقية ۞ المنا القطاري اثني وعشرون اوقية ۞ الرطل الرومي تسعة اواق ۞ رطل
انطالية ستت وتسعون درخمي ۞ قسط انطالية ثمانية عشر اوقية ۞ الرطل المطلق هو
عشرون اوقية ۞ القسط ثلاثون استار ۞ المكوك ثلاث ارطال ۞ الدخماس ثلثة
مثاقيل ۞ مادميون اثنين وتسعون رطلا وزنها من الزيت ۞ ووزنها من الشراب
ثمانين رطلا ۞ ووزنها من العسل مائة وثمان ارطال ۞ القسط من الزيت ثمانية
وعشرة اوقية ۞ من الشراب عشرون ۞ من العسل سبعة وعشرون اوقية ۞ حوسي من
الزيت تسعة ارطال ۞ من الشراب عشرة ارطال ۞ من العسل ثلاث عشر رطلا ونصف ۞
قوطولي تسعة اواق من الزيت ۞ من الشراب عشر اواق ۞ من العسل ثلثة عشر اوقية
ونصف ۞ مقطران كبير من الزيت ثلاث اواقي ۞ من الشراب ثلاث اواقي وثمنية عشر
غرافي ۞ من العسل اربع اواق ونصف ۞ مسطرن صغير من الزيت ستت درخماي ۞
من الشراب عشرة غرافي ۞ من العسل تسع دراخمي ۞ الكسوناقن من الزيت
ثمانية عشر دراخمي ۞ من الشراب اوقية واربع درخمي ۞ من العسل ثلاث اواق
وربع وثمن ۞ قوانوس من الزيت اثني عشر دراخمي ۞ من الشراب اوقية ونصف
وربع ۞ من العسل ثلاث اوقية وربع ۞

(1) *Titulus*: المنافع والحقايق ۞ (2) *Auctor*: ابو العلا بن زهير ۞

pore Scriptor hic floruiſſe memoratur. (3)

4.° *Avicennæ* Tractatus *De Viribus Cordis & de Medicamentis ſimplicibus*, exaratus anno Egiræ 562.

5.° Ejuſdem Opuſculum *De Rerum Definitionibus*, cujus aliquot folia in fine deſiderantur.

# MEDICI

## *IN QUARTO.*

### DCCCXL.

Codex nitidè exaratus, nullâ anni notâ, quo continentur: *Dioscoridis* Libri tres *De re Herbaria*, ſine Interpretis nomine: videlicet primus, ſecundus & tertius; ſed in primo unum, vel alterum deeſt folium; reliqui verò integri, plenique.

Secundus incipit: اما في المقالة التي قبل هذه ۞

definit: ۞ ثم يمسح من البــــدن

Tertius incipit: اما في المقالتيـــن الاولينين قبل هذه المقالة ۞

definit: ۞ حلل ورم الطحـــال

## *DIOSCORIDIS*

## *VITA ET OPERA EX ARABICA Philoſophorum Bibliotheca, fol. 201.*

„ Dioscorides *Anazarbeus*, ex urbe „ *Anazarba* oriundus (oppido „ Syriæ, apud Golium in *Notis ad Alferganum*, *pag.* 280.) Syrus, Medicus „ præſtantiſsimus, Græcè & quidem „ egregiè ſcripſit *De Plantis*. Poſt Hippocratis ævum floruit, cujus non paucos commentatus eſt libros. Ille ſanè „ omnium qui de Medicinæ origine „ ſcripſere, peritiſsimus extitit; ſed in „ rei Herbariæ ſcientia Doctor incomparabilis eſt habitus. *De Simplicibus* „ libros quinque edidit, ubi de eorum „ generibus & ſpeciebus tantùm, non „ de gradibus diſſeruit. Volumina quatuordecim *De Medicamentis ſimplicibus*, inquit Galenus, evolvi, à diverſis auctoribus conſcripta; nec eorum „ ullum Dioſcoridis libris vel magis abſolutum, vel accuratum magis expertus ſum, plura enim in hujuſmodi „ libris perutilia & doctrinæ plena reperias: hinc illum omnes poſterioris „ ævi Scriptores ſunt imitati.

„ Duos prætereà *De Venenis*, *eorumque Antidotis* ſcripſit libros oppidò præclaros. A regionibus, quas peragravit, *Peregrini* nomen ſortitus eſt. „ Eum *Jabia* (Joannes) Grammaticus „ Alexandrinus in ſua *Hiſtoria* his laudat verbis: Hominibus percarus, vir „ ingenuus, qui plurimùm hominibus „ profuit, laboris patiens, perdiligens; „ qui multis terrarum locis perluſtratis, „ Medicamentorum ſimplicium è campis, inſulis & maribus ſcientiam aſſecutus, eorum formas deſcripſit, atque utilitates recenſuit. Aliqui tradunt, duos illos libros, qui veluti „ Appendices ad Tractatus quinque „ Dioſcoridis accedunt, illi adſcribendos eſſe„ (a). Horum librorum *De Alexipharmacis & Theriacis* meminit Pho-



(a) ديسقوريدوس العين زربي حكيم فاضل كامل من اهل مدينة عين زربة شامي يوناني حشايشي كان بعد بقراط وفسر من كتبه كثيرا وهو اعلم مـــن

(3) *Initium*: ۞ يذكر مخاطبا ابنــه ۞ *Finis*: ۞ فيقتل البـــــــــق ۞

Photius in *Bibliotheca*, eoſque Dioſcoridi tribuit. Verum an genuini Dioſcoridis ſint fœtus, dubitant nonnulli, quos inter Fabricius in *Biblioth. Græca Lib. IV.* *cap.* 3.

## DCCCXLI.

Codex literis Cuphicis exaratus *Hiſpali* die 9. Octobris anno Æræ *Sapharenſis*, vel *Hiſpanæ* 1318. conſtans foliis 82. quo continentur Galeni *De Naturæ viribus*, ſeu *De Facultatibus naturalibus*, Liber primus, ſecundus & tertius, omnes integri.

## DCCCXLII.

Codex literis Cuphicis exaratus à quodam Scriba, nomine *Mohamed Ben Jacob*, *Hiſpalenſi*, complectens alterum Operis modò recenſiti *De Facultatibus naturalibus* exemplar: interprete Honaino. Priores duo libri integri, tertius finis expers.

## DCCCXLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo nempe continentur:

1.° Galeni Liber primus *De Morborum Criſibus*, quatuor foliis ex initio deficiens.

2.° Ejuſdem de eodem argumento Liber ſecundus integer, exaratus die 17. Auguſti anno Æræ *Hiſpanæ* 1332. idque in urbe *Alcala*. (1)

3.° Ejuſdem Liber tertius *De Criſibus*, etiam integer, exaratus feriâ 6. die 2. Gemadi poſterioris anno Egiræ 695. Chriſti 1295. collatuſque cum autographo in urbe *Toleto* feriâ 4. die 24. Auguſti, anno Æræ *Sapharenſis*, ſeu *Hiſpanæ* 1361.

4.° Ejuſdem Liber primus *De Locis affectis*, integer.

5.° Ejuſdem Liber ſecundus, etiam *De Locis affectis*, integer.

6.° Ejuſdem Liber tertius *De eodem argumento*, integer.

7.° Ejuſdem Liber quartus, quintus & ſextus *De eodem argumento*, integri juxta omnes, & exarati *Toleti* die 5. Januarii anno Æræ *Sapharenſis* 1334.

8.° Ejuſdem Liber primus & ſecundus *De Morborum differentiis*, pariter integri; quamvis in fine ſecundi folia nonnulla putrida & detrita. Exarati ſunt die 25. Junii anno Æræ Sa-

تكلم في اصل علاج الطب وهو العلامة في العقاقير المفردة وتكلم فيها علي سبيل
التجنيس والتنويع ولم يتكلم في الدرجات والف كتاب الخمس مقالات ۞ قال
جالينوس تصحفت اربعة عشر مصحفا في الادوية المفردة لاقوام شتي فما رايت
فيها اتم من كتاب ديسقوريدوس وعليه احتذي كل من احتذي بعده فيها معني
نافعا وعلما جما ۞ ۞ ۞ وله في السمايم كتابان اتي فيهما بقول حسن ۞ وكان
ديسقوريدوس هذا يقال له السايح في البلاد ۞ ويحيي النحوي الاسكندراني
يمدحه في كتابه في التاريخ ويقول تفديه الانفس صاحب النفس الزكية النافع
للناس المنفعة الجليلة المتعوب المنصوب السايح في البلاد المقتبس لعلوم الادوية
المفردة من البراري والجزاير والبحار والمصور لها المعدد لمنافعها ۞ ويقال ان
المقالتين المضافتين الي الخمس مقالات نحلتنا اليه ۞

(1) القلاعة ۞

*Sapharenſis*, ſeu *Hiſpanæ* 1334; eorum verò cum autographis collatio facta *Toleti* feriâ 3. die 19. Julii, Æræ *Hiſpanæ* 1361. Chriſti 1323. Quam Notam legimus in extremo Codice ab Hebræo quodam *Toletano* ſubſcriptam.

## DCCCXLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis conſtans 113. omiſsâ anni notâ, quo continentur:

1.° *Galeni* Liber primus, ſecundus & tertius *De Temperamentis*, ex *Honaini* interpretatione: quorum primus principio caret; reliqui duo integri.

2.° Ejuſdem Liber *De Temperamentorum differentia*, ſeu de inæquali temperie, *Honaino* interprete, titulo (1) *Galeni Tractatus de Temperamenti inæqualis vitio.* (2)

3.° Ejuſdem Libri tres *De Facultatibus naturalibus*, integri, plenique.

## DCCCXLV.

Codex literis Cuphicis exaratus *Hiſpali* die 15. menſis Scheuali anno Egiræ 539. Chriſti 1144. conſtans foliis 139. quo continentur *Galeni* Libri novem de Uſu partium, titulo *Tractatus Galeni de Membrorum utilitate*, *ex Honaini interpretatione* (3), ſcilicet Liber nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, quartus decimus, decimus quintus, ſextus decimus, & decimus ſeptimus: quorum in primo aliquot tantùm ex initio folia deſideres; in ceteris nullum.

## DCCCXLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 5. menſis Dilhagia anno Egiræ 728. Chriſti 1327. quo continentur:

1.° *Galeni* Liber de Medicamentis expertis cum Medicamentorum ſimplicium Tabulis, ſed mutilus, hunc præferens titulum: *Galeni Tractatus de Experimentis Medicis*, *ex Honaini verſione* (4). Verùm ex ipſa libri lectione ſatis deprehenditur eum Galeni non eſſe, ſed varia complecti Experimenta Medica, ex *Galeno*, *Honaino*, aliiſque tùm vetuſtioribus, tùm etiam recentioribus excerpta; in eo quippe laudantur plures Medici Galeno longè poſteriores, ut *Ebn Massvia*, *Abv Maschar*, *Avicenna*, &c.

2.° *Galeni* Opuſculum *De Medicamentis certis*, uſu videlicet atque experientia probatis. Id autem in fine mutilum (5). An verò ſpurium ſit, an genuinum, dubitatur. Spurium Latini agnoſcunt, genuinum Arabes.

3.° *Avicennæ Poemation* univerſam Medicinam complectens, cujus non pauca exemplaria in hac noſtra Bibliotheca percenſentur.

## DCCCXLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 6. Ragebi, anno Egiræ 575. Chriſti 1179. quo continentur:

1.° Commentarius in Librum *Galeni* de tribus Medicorum, nempe *Rationalium*, *Methodicorum* & *Empiricorum* Sectis. Illius auctor *Ali Ben Redvan*, nobis ſupra memoratus, qui & Galeni *Artem Parvam*, duoſque *Ad Glauconem* Libros expoſuit. Hic Commentarius fine mutilus eſt.

*Ho-*

(1) *Titulus*: كتاب جالينوس في سوء المزاج المختلف ترجمة حنين ۞

(2) *Initium*: ان سوء المزاج المختلف ۞
*Finis*: في حيلة البر ۞

(3) *Titulus*: كتاب منافع الاعضا لجالينوس ترجمة حنين ۞

(4) *Titulus*: كتاب جالينوس في التجربة الطبية نقل حنين ۞

(5) *Initium*: ان النار التي اذن علي الهيكل ۞

2.° *Honaini Ben Isac* Tractatus inſcriptus *De Stomachi doloribus* (1), ubi de Chyli temperamento, ac de virtute nutritiva. Initio unum, alterumve folium deſideratur.

## DCCCXLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur:

1.° Inſtitutiones Iſagogicæ in dialogi morem compoſitæ, titulo *Introductio* (2), auctore *Honaino Ben Isac*. Is autem Liber deſcriptus eſt die 15. menſis Dilcadat anno Egiræ 889. Chriſti 1484. extatque Hebraicè redditus in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CCCCIII. (3)

,, *Honainus Iſaaci filius*, Medicus ,, genere Chriſtianus, *Abuzaid Obadita* ,, nuncupatus, *Joannis Ben Meſue* auditor fuit: Medicæ facultatis Scriptor, ,, idemque Profeſſor peritus, necnon in ,, Collyriis componendis apprimè verſatus. Interpretum præcipuus, Græcorum libros in Syriacam & Arabicam ,, linguam convertit: Rhetor ac Poeta ,, tùm Græcè, tùm Arabicè diſertiſſimus. *Bagdado* urbe egreſſus, Perſiam, ,, inde Baſoram petiit, ubi *Khalili Ben* ,, *Ahmedi* familiaritate uſus, linguæ Arabicæ peritiâ mirum in modum excelluit. Ad interpretandum electus ab ,, Imperatore *Almetuakelo Alala*, cujus ,, & Medicus fuit primarius, viris ad ,, hocce munus obeundum deſtinatis, ,, peritiæ ac doctrinæ laude claris, præfuit; eorumque interpretationes ut ,, cenſor caſtigabat: quos inter memorantur *Stephanus Baſilii filius*, *Muſa Ben* ,, *Khaled*, dictus *Interpres*, & *Jahia Ben* ,, *Adi*. Græci ſermonis Inſtitutiones tradidit. In Græcis Libris Arabicè convertendis præſtantiſſimus extitit; Hippocratis enim & Galeni opera egregiè illuſtravit, obſcuris, reconditiſque ,, eorum locis explanatis. Plura utilia ,, & ingenioſa opera *Honaino* adſcribuntur. Galeni Libros ſecundùm Alexandrinorum methodum, quos imitandos ſibi propoſuerat, in optimam ,, dialogi formam redegit. Ipſi eſt opus ,, *De Logica*, præclarè diſtributum, rectoque ordine concinnatum. Librum ,, *De Alimentis* mirabilem edidit, ut & ,, Librum *De Convaleſcentium victûs ratione*, ac Librum *De tuenda Sanitate*, ubi ,, de Medicamentis catharticis, ac de ,, Cibis: quo ſanè accuratiorem alterum nemo hactenus elaboravit. Præterea inter varia *Honaini* Scripta publici juris facta annumeratur *Pauli* ,, Opus Medicum ab illo in epitomen ,, contractum. Genus ab *Obaditis* duxiſſe fertur. Hi verò Chriſtiani quidam ,, erant, è diverſis tribubus conflati: qui ,, in unum collecti, in caſtella quædam ,, juxta urbem *Hiram* ab ipſis extructa ,, ſeceſſerunt; appellatique ſunt *Obaditæ*, id eſt *Servi Dei*. Itaque *Honainus* ſtudiorum causâ Græciam petiit, ,, ubi ad Græcam linguam probè addiſcendam, Philoſophicaſque diſciplinas comparandas quàm acerrimè incubuit. Hinc libris è Græco in Arabicum ſermonem convertendis totum ,, ſe tradidit: quo ſcriptionis genere maximum apud æquales nomen adeptus ,, eſt, donec è vita exceſſit feriâ 3. ,, die 6. Saphari, anno Egiræ 260. ,, Epochæ Alexandrinæ (id eſt Seleucidarum) die 1. Decembris anno ,, 1185.

,, Illi, præter veterum Sapientum libros Arabicè ab ipſo translatos, accen-

(1) *Titulus*: ✡ في اوجاع المعـــــــدة ✡

(2) *Titulus*: ✡ كتاب المدخل في الطب ✡

(3) *Initium*: ✡ الي كم ينقسم الطـــب ✡

*Finis*: ✡ او في الفرج من المــــراة ✡

„ ſentur Libri II. de Sermonis Græci „ Inſtitutionibus : Liber Quæſitorum „ Medicorum in Diſcipulorum uſum, „ cum *Hobaisci Asemi*, ejus auditoris, „ Adnotationibus: Liber de Balneis: Li„ bri III. de Alimentis: Liber de Lactis „ uſu : Liber de Oculi morborum divi„ ſionibus : Liber de Medicamentorum „ ad Oculi ægritudines delectu : Liber „ de Oculi morbis ferri ope curandis: „ Libri III. de Alimentorum auxiliis: „ Liber de Dentibus & Gingivis: Liber „ de Coitu: Libri II. de Stomachi do„ loribus , eorumque remediis : Liber „ de Convaleſcentium victûs ratione: „ Liber de Æſtu Maris: Liber de cau„ ſa Salſilaginis marinæ: Liber de Co„ loribus : Liber de Partu ſemeſtri ad „ uſum matris *Metuakeli* : De Urinis in „ dialogi morem Libri III: Liber Cate„ goriarum ad *Themistii* mentem: Li„ ber de Roſarum trochiſcis : Liber de „ Ulceribus, eorumque origine : Liber „ de Colli doloribus : Liber de Albu„ gine quæ ſolet in oculi ſinu procrea„ ri : Liber de Medicamentis cauſti„ cis : Liber de Galeni operum Cata„ logo.

„ Quum autem Calipha Græcorum „ Imperatorem Honaini operâ fraudis „ aliquid molitum eſſe ſuſpicatus fo„ ret ; eam ut animo ſuſpicionem „ penitùs evelleret , illius fidem ex„ ploratam voluit. Illum itaque ac„ cerſitum veſte honoris ergo indui „ juſsit : adjecto Diplomate Regio, quo „ vectigal quinquagies mille nummûm „ ei aſsignabatur. Exinde , volo , inquit „ Calipha, mortiferum ut pharmacum „ mihi ſecretò aperias , quo inimicum „ è medio tollere liceat ; ita verò con„ fectum , ut res divulgari minimè poſ„ ſit. Cui Honainus : alia ego medica„ menta præterquàm utilia non didici; „ neque alia à me Imperatorem Fide„ lium petiturum exiſtimaſſem ; quod ſi „ tamen ipſi libeat me ad ea perdi„ ſcenda proficiſci, faciam. At hæc, ſub„ jecit ille , res multi temporis foret. „ Intereà , adhibitis fruſtra promiſsis, „ miniſque , illum ad anni ſpatium in „ carcerem detrudi juſsit : homine ap„ poſito , qui ejus tùm dicta, tùm geſta „ ſingulis diebus ad Calipham referret. „ Ibi Honainus libris vertendis , illu„ ſtrandis, ſcribendiſque aſsiduam ope„ ram impendit. Exacto deinde anno, „ eundem iterum acciri jubet. Tùm „ magnis , quibus alliceret, propoſitis „ opibus, intentatiſque gladio , corio, „ ceteriſque cruciatuum inſtrumentis, „ ita eum eſt allocutus : Res hæc lon„ giores jam protraxit moras ; neque „ ego deſiſtere ab incepto conſtitui: er„ go, ſi meis votis annuas, hiſce opibus „ potiturum te pro certo habeas ; quin „ duplo etiam majores polliceor : quas „ ſi renuere pergis, te cruciatu ac morte „ multavero. Cui Honainus : jam dixi „ Imperatori Fidelium me non poſſe; „ nec alia remedia præterquàm utilia „ didiciſſe. Ad hæc ſubridens Calipha, „ bono , ait , ſecuroque animo eſto; ſi„ quidem ut Regum caveremus inſidias, „ tuæ fidei periculum faciendum cen„ ſuimus : qua ſemel perſpectâ, tua no„ bis doctrina & tuta & utilis erit in po„ ſterum. His auditis Honainus , ter„ ram deoſculatus, gratias egit. Quid, „ inquit demum Calipha , quominus „ mihi annueres , prohibuit? Duo, re„ tulit ille : Religio videlicet & Pro„ feſsio. Religio quidem nos jubet ini„ micis conferre beneficia : quid ami„ cis ? Profeſsio verò ad hominum „ utilitatem inſtituta eſt , atque eo„ rum medelæ tantùm deſtinata : quin „ etiam Medici jurejurando fidem ju„ bentur obſtringere , ſe mortiferum „ nemini medicamentum præſcriptu„ ros. Magnificæ ſanè ſunt , reſpondit „ Calipha , hujuſmodi leges: tandem-

„ que

„ que illum Regia donari veſte imperavit. (a)

*Avi-*

(a) حنين ابن اسحق الطبيب النصراني ابو زيد العبادي كان تلميذا ليوحنا بن ماسويه وكان حسن النظر في التاليف والعلاج ماهرا في صناعة الكحل ۞ ووقع في جملة المترجمين لكتب الحكمة واستخراجها الي السرياني والعربي ۞ وكان فصيحا في اللسان اليوناني ۞ وفي اللسان العربي بارعا شاعرا خطيبا ۞ ونهض من بغداد الي ارض فارس ودخل البصرة ولزم الخليل ابن احمد حتي برع في اللسان العربي ۞ واختير للترجمة وكان المتخير له المتوكل علي الله ۞ وخرمه بالطب وجعل له كتابا نحارير عالمين بالترجمة كانوا يترجمون ويتصفح ما ترجموا كاصطفن بن بسيل وموسي بن خالد الترجماني ويحيي بن عدي ۞ كان يعلم لسان اليونانية باسله وكان جليلا بترجمته وهو الذي اوضح معاني كتب بقراط وجالينوس ولخصها احسن تلخيص وكشف ما استغلق منها ۞ وله تواليف نافعة بارعة متقنة وعمد الي كتب جالينوس فاحتذي حذو الاسكندريين وصنفها علي سبيل المسالة والجواب واحسن في ذلك وله كتاب في المنطق احسن فيه التقسيم ۞ والف في الاغذية كتابا عجيبا ۞ وله كتاب في تدبير الناقهين وفي الادوية المسهلة والاغذية علي تدبير الصحة لم يسبقه اليه احد ۞ وله كناش اختصره من كتاب بولس والف غيرها كثيرا ۞ ونسبته الي العباد وهم قوم من النصاري من قبايل شتي اجتمعوا وانفردوا عن الناس في قصور ابتنوها لانفسهم بظاهر الحيرة ۞ وسموا بعبيد الله ۞ ودخل حنين الي بلاد الروم لاجل تحصيل كتب الحكمة وتوصل في تحصيلها غاية امكانه ۞ واحكم اليونانية عند دخوله الي تلك الجهات وحصل نفايس هذا العلم ورغب النقل من اللسان اليوناني الي العربي ولم يزل معظما في زمانه مشار اليه في هذا الشان الي ان توفي يوم الثلثا لست خلون من صفر سنة ستين وماتين وهو اول يوم من كانون الاول سنة الف ومائة وخمس وثمانين للاسكندر ۞

وله من الكتب التي الفها سوي ما نقله من كتب الحكما القدما ۞ كتاب احكام الاعراب علي مذهب اليونانيين مقالتان ۞ كتاب المسايل في الطب للمتعلمين ۞ وزاد فيها حبيش الاعسم تلميذه ۞ كتاب الحمام مقالة ۞ كتاب الاغذية ثلث مقالات ۞ كتاب اللبن ۞ كتاب تقاسيم علل العين ۞ كتاب اختيار ادوية علل العين ۞ كتاب مداواة علل العين وامراضها بالحديد ۞ كتاب الات الغذا ثلاث مقالات كتاب الاسنان واللثة ۞ كتاب الباه ۞ كتاب معرفة اوجاع المعدة وعلاجها مقالتان ۞ كتاب تدبير الناقهين ۞ كتاب المد والجزر ۞ كتاب في سبب ملاحة البحر ۞

2.° *Avicennæ* Poema *De univerſa Medicina*, exaratum die 19. menſis Ramdani, anno Egiræ 895. Chriſti 1489.

3.° Opuſculum de Mahometanorum Traditionibus, titulo *Hiſtoria Traditionum caſtigata* (1), auctore *Abu Baker Ben Hassan Almoraghi* (2), *Medinenſi*.

4.° Tractatus de Arithmetica & Algebra, inſcriptus *Numerorum reſiduorum Arcana detecta* (3), auctore *Ali Ben Mohamad Coraſcita*, vulgò *Alcalsadi*, *Granatensi* (4), in partes quatuor diſtribu-



البحر ۞ كتاب الالوان ۞ كتاب المولودين لستة اشهر عمله لام المتوكل ۞ كتاب في البول علي طريق المسبلة والجواب ثلاث مقالات ۞ كتاب قاطيغورياس علي راي ثامسطيوس ۞ كتاب قرص الورد ۞ كتاب القرح وتولده ۞ كتاب الاجال ۞ كتاب تولد البار بين الحجرين ۞ كتاب اختبار الادوية المحرقة ۞ كتاب استخراج كمية كتب جالينوس ۞

واحب الخليفة امتحانه ليزول ما في نفسه عليه انه ظن ان ملك الروم ربما كان قد عمل شيا من الحيلة ۞ فاستدعاه وامر بان يخلع عليه واخرج توقيعا له فيه اقطاع يشتمل علي خمسين الف درهم ۞ ثم قال له اريد ان تصف لي دواء يقتل عدوا نريد قتله وليس يمكن اشهار هذا فقال حنين ما تعلمت غير الادوية النافعة ۞ ولا علمت ان امير المومنين يطلب مني غيرها فان احب ان امضي واتعلم فعلت ۞ فقال هذا شي يطول ورغبه وهدده ۞ وامر بحبسه ووكل به من يرفع خبره اليه وقتا بوقت فحبس سنة ۞ وكان في حبسه ينقل ويفسر ويصنف ۞ ولما كان بعد سنة امر الخليفة باحضاره واحضار اموال يرغبه فيها واحضار سيف ونطع وسائر الات العقوبات ۞ ولما حضر قال هذا شي قد طال ولابد لي مما قلته لك فان انعمت فزت بهذا المال وكان لك عندي اضعافه ۞ وان امتنعت عاقبتك وقتلتك ۞ فقال حنين قد قلت لامير المومنين انني ما احسن غير الشي النافع ۞ ولا تعلمت غيره ۞ فتبسم الخليفة وقال له يا حنين طب نفسا وثق بنا فهذا الفعل منا كان لامتحانك لاننا حذرنا من كيد الملوك فاردنا الطمانينة اليك والثقة بك لننتفع بعلمك فقبل حنين الارض وشكر له ۞ فقال الخليفة ما الذي منعك من الاجابة ۞ قال حنين شيان الدين والصناعة ۞ فاما الدين يامرنا باستعمال الخير والجميل مع اعدائنا فكيف ظنك بالاصدقا ۞ والصناعة تمنعنا من الاضرار بابنا الجنس لانها موضوعة لنفعهم ومع هذا فقد جعل في رقاب الاطبا عهد موكد بايمان ان لا يعطوا دواء قتالا ۞ فقال الخليفة انهما شرعان جليلان وامر بالخلع ۞

(1) *Titulus*: في اصلاح اهل الحديث ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو بكر بن حسين المراغي المدني ۞

(3) *Titulus*: كشف الاسرار في علم حروف الغبار

(4) *Auctor*: تاليف علي بن محمد القلصادي الغرناطي ۞

tus, exaratuſque die 10. Dilhagia anno Egiræ 881. Chriſti 1476.

5.° Poema *De Teſtamento*, *de Conſanguinitate*, *ejuſque gradibus*, *ac de Hærede & Hæreditate*, nonaginta conſtans verſibus. Illius auctor *Abu Mohamad Abdalla Ben Abrahim Granatensis*. (1)

6.° Ejuſdem in idem Poema Commentarius, qui, ut Auctor in Præfatione teſtatur, ſcriptus atque abſolutus eſt *in excelſa Granata*, *urbe Regia*. (2)

## DCCCXLIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque principio & anni nota, conſtans foliis 187. qui continet *Razis* Medici Librum quartum & quintum *Comprehenſoris*, de Pectoris, Pulmonis & Ventriculi affectibus.

## DCCCL.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* anno Egiræ 523. Chriſti 1128. quo continetur ejuſdem *Razis* Liber ſextus *Comprehenſoris*, de Febribus, earumque ſymptomatis.

## DCCCLI.

Codex literis Cuphicis exaratus, conſtans foliis 102. quo continetur ejuſdem Liber undecimus *Comprehenſoris*, ubi de Sugillationibus, ac de Ulceribus in poſticis partibus & aliis diſſeritur.

## DCCC LII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Ejuſdem Opuſculum *De Sanguinis miſsione*, XIV. capitibus comprehenſum.

2.° *Hippocratis Aphoriſmorum* Libri VII. ex *Honaini* verſione.

3.° Ejuſdem Libri III. de Prognoſticis, titulo *Tractatus tres ex Hippocratis Libris de Prognoſi.* (3)

4.° Ejuſdem Libri III. de regimine, ſeu ratione victûs in Febribus acutis, ex *Honaini* interpretatione: titulo *Tractatus tres ex Hippocratis Libris de Morbis acutis.* (4)

5.° Ejuſdem Libri *De Aere*, *Aquis & Locis*, ex *Honaini* interpretatione.

6.° Opus capitibus LXX. comprehenſum, inſcriptumque *Peregrinorum Commeatus* (5): auctore *Ahmad Ben Abrahim*, *Medico Hiſpano*, vulgò *Ebn Alhozar Alcaruni* (6), qui librum hunc, quo & inventu faciliora & vilioris pretii medicamenta perſequitur, è Galeni, Dioſcoridis, aliorumque Medicorum ſcriptis in egenorum gratiam confecit. (7)

## DCCCLIII.

Codex eleganter exaratus *Cairi* anno Egiræ 590. Chriſti 1193. conſtans foliis 171. uno tamen ex initio avulſo: quo continetur Opus de Morbis particularibus, *Medicina Manſoriana* (8) inſcri-

(1) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بن ابرهيم الغرناطي

(2) بالحضرة العلية غرناطة

(3) *Titulus*: المقالات الثلثة من كتاب تقدمة المعلوم لابقراط

(4) *Titulus*: المقالات الثلثة من كتاب ابقراط في الامراض الحادة

(5) *Titulus*: زاد المسافر في علاج الفقرا والمساكين

(6) *Auctor*: جمعه احمد بن ابرهيم المطبب المعروف بابن الجزار القروني الاندلسي

(7) *Initium*: اني رايت كثير من الاطبا

*Finis*: وبوضع علي السنان بقطن بيرا

(8) *Titulus*: الطب المنصوري

ſcriptum, utpote *Almanſori* Raiæ urbis Præfecto dedicatum, vulgò *Rasis ad Almanſorem*, idque in Libros X. diſtributum, quorum primus agit de Anatomia; ſecundus de Temperamentis; tertius de Facultatibus naturalibus; quartus de Sanitate tuenda; quintus de Coſmetica, ſive de ea Medicinæ parte quæ ad conſervandam Corporis pulchritudinem pertinet; ſextus de Viatorum victûs ratione; ſeptimus de Tumoribus & Apoſtematis; octavus de Venenorum remediis; nonus de Morbis particularibus à calce uſque ad verticem; decimus de Febribus & morbis quibus totum Corpus humanum ſubjacet.

## DCCCLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* feriâ 1. die 24. menſis Dilhagia anno Egiræ 810. Chriſti 1407. conſtans foliis 94. qui Operis proximè recenſiti Libros VI. VII. VIII. IX. & X. complectitur.

## DCCCLV.

Codex non una exſcriptus manu, carens anni notâ, quo continentur:

1.° Opus *Razis ad Almanſorem*, ſed mutilum.

2.° *Avicennæ* Tractatus *De Remediis cordialibus*.

3.° *Galeni* primus & ſecundus Liber *De Morborum differentiis*, uterque mutilus.

4.° Tractatus *De ſimplicibus Medicamentis*, auctore incerto.

## DCCCLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, tùm principio, tùm fine mutilus, *Razis* videlicet Tractatus *De Tumoribus*.

## DCCCLVII.

Codex nitidè exaratus in urbe *Lama* (1) ad Luſitaniam pertinente, die 28. Rabii prioris anno Egiræ 525. Chriſti 1130. conſtans foliis 236. quo continetur *Avicennæ* Liber IV. *De Febribus*, à Fen I. uſque ad Fen V.

## DCCCLVIII.

Codex ſcitè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° *Avicennæ* Poema *De univerſa Medicina*, quod *Averroes* illuſtravit.

2.° Ejuſdem alterum Poema *De Medicinæ experimentis*, maximè rarum & paucis utique notum.

## DCCCLIX.

Codex nitidè exaratus feriâ 4. die 26. Moharami, anno Egiræ 737. Chriſti 1336. quo continetur Tomus primus Commentarii in *Avicennæ* Opera Medica. Commentarium elucubravit *Mohamad Ben Massud*, *Perſa Schirazenſis*, qui *Avicennæ Canonem* Tomis VI. explanavit, opuſque ſuum perfecit anno Egiræ 710. Chriſti 1310. (2)

## DCCCLX.

Codex exaratus die 5. Rabii prioris anno Egiræ 751. Chriſti 1350. conſtans foliis 456. qui continet Tomum IV. ex Commentariis laudati ſupra *Mohamadi Ben Massud* in *Avicennæ Canonem*. (3)

## DCCCLXI.

Codex nitidè exaratus feriâ 2. die



(1) *Titulus*: مدينة اللـــــــم

(2) *Initium*: لما كان اعذب مشــــــارب النعم
*Finis*: اندفع الي خـــــــارج

(3) *Initium*: البعـــــــث
*Finis*: ونعم النصيـــــــر

15. Schabani, anno Egiræ 990. Chriſti 1582. quo continetur Commentarius in Opus inſcriptum *Medicinæ Compendium* (1), ab EBN ALNAPHIS BEN AVAD Medico longè celeberrimo elaboratum, idemque in partes quatuor diviſum: ubi de Medicina theorica & practica, ejuſque principiis diſſeritur. Hujus verò Commentarii auctor *ALAELDINUS ALI BEN ABI ALHAZAM Coraſcita*, qui EBN NAPHIS Epitomen à pluribus jam illuſtratam nova luce donare iterum aggreſſus eſt anno Egiræ 841. Chriſti 1437. in urbe *Samarcanda*. (2)

## DCCCLXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Ejuſdem Commentarii in Opus BEN NAPHIS alterum exemplar, cujus in fine aliquot folia deſideres.

2.° Anonymi Commentarius in AVICENNÆ *Logicam*.

## DCCCLXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Alcala*, ſive *Compluti*, die 15. Februarii anno Æræ *Sapharenſis*, id eſt *Hiſpanæ* 1380. conſtans foliis 117. quo continentur:

1.° Opus univerſam Medicinam ſumma brevitate, eruditione, elegantia complectens, hoc titulo: *Medicinæ Aphoriſmi ex* HIPPOCRATIS *&* GALENI *libris potiſſimùm excerpti* (3), idemque in Libros XXV. diſtributum; tametſi in Latina hujuſce Operis editione, quæ *Baſileæ* anno Salutis M.D.LXXIX. prodiit, nonniſi Libri XXIII. numerentur. Illius verò auctor vir magni nominis MOISES BEN MAIMUN, vulgò MAIMONIDES BEN OBAIDALLA, *Cordubenſis*, cujus Vitam mox ſubjiciemus. (4)

2.° AVICENNÆ totius Medicinæ Compendium, ſeu Majoris Canonis Summa, titulo *Regulæ breviores Medicinæ* (5). Id Compendii, quod Latinæ adhuc literæ neſciunt, eſt planè rarum, ac multis expetitum. (6)

## DCCCLXIV.

Codex nitidè atque eleganter exaratus, abſque anni nota, conſtans foliis 176. ubi occurrit alterum MAIMONIDIS Aphoriſmorum exemplar, in quo Liber XXV. ſub finem mutilus eſt. Ibi de Arabica & Hebraica lingua, quarum peritiſſimus erat Auctor, diſſerens, hanc notatu dignam protulit ſententiam: *Arabicam verò linguam, & Hebraicam omnes qui probè callent, utramque unam & eandem haud dubio eſſe profitentur, ut & Syriacam utrique affinem.* (a)

MAI-

(a) اما اللغة العربية والعبرانية فقد اتفق كل من علم اللغتين انهما لغة واحدة بلا شك وكذلك السريانية قريبة منهما ۞

(1) *Titulus*: ۞ الموجز في الطب ۞

(2) *Initium*: ۞ اني لما وقفت ۞

*Finis*: ۞ فماتوا في اخر الامر ۞

(3) *Titulus*: فصول في علم الطب مستخرجة من كتاب ابقراط وجالينوس ۞

(4) *Initium*: ۞ كثير ما الف الناس ۞

*Finis*: ۞ وانما هذا عرض لصدق الراي ۞

(5) *Titulus*: ۞ القانون الصغير في الطب ۞

(6) *Initium*: ۞ اما الرغبة في العلم ۞

*Finis*: ان يلتجا الامر فيه الى الطبيب ۞

### *MAIMONIDIS VITA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca*, *fol.* 356.

„ MOISES *Maimonidis filius*, genere „ Judæus, ortu *Cordubenſis*, ve- „ terum ſcientiis in Hiſpania eam na- „ vavit operam, ut abſolutam diſcipli- „ narum Mathematicarum cognitio- „ nem, ac Medicinæ peritiam compa- „ raverit. Opera Logica nonnulla evul- „ gavit; Medicam tamen artem exer- „ cere nunquam eſt auſus. Quum au- „ tem *Abdelmumen Ben Ali Alkumi*, Jaze- „ dita, Hiſpaniæ ea tempeſtate Rex, „ Edictum de Judæis, Chriſtianiſque „ ex ſuo Regno expellendis promul- „ gaſſet, certo tempore ac lege con- „ ſtituta, qua ſiquis illorum Mahome- „ to nomen daret, minimè expelle- „ retur, ejuſque res eodem ac cetero- „ rum Mahometanorum loco & ſtatu „ remanerent, iiſdemque ipſi privile- „ giis & commodis fruerentur; illi ve- „ rò qui in ſua perſtare vellent Religio- „ ne, ſi intra præfinitam diem Regni „ finibus non excederent, capite ple- „ ctendi eſſent, eorumque bona pu- „ blicanda. Pervulgato itaque Edicto, „ Maimonides & metu & amore per- „ culſus, maximas opes, familiamque ſi- „ bi relinquendam ægrè ferens, Ma- „ hometanam ſectam ſimulatè ample- „ xus eſt: quo quidem tempore lectio- „ nis & orationis ritus vel coactus ob- „ ſervavit; donec tandem rebus oppor- „ tunè compoſitis, & migrandi ex Hi- „ ſpania occaſionem nactus, unà cum „ ſuis in Ægyptum conceſſit: ubi do- „ micilio in urbe *Phauſtata* inter Judæos „ collocato, ſectam ſuam apertè pro- „ feſſus eſt, gemmarum, aliarumque „ ejuſmodi rerum mercaturâ victum „ quæritans. Intereà Philoſophicas diſci- „ plinas publicè præcepit; adeoque in „ Medicorum album adſcriptus, & Fran- „ corum Regis *Aſcaloniæ* ipſum maxi- „ mè optantis Medicus electus eſt: quod „ tamen munus & honorem omnino „ recuſavit. At ubi *Gozitæ*, abolito pe- „ nitùs *Aliaditarum* Imperio, Ægypti „ ſummam tenuere; Prætor *Alphadhelus* „ *Abdelrahimus Ben Ali Albaiſani* tantâ „ eum complexus eſt benevolentiâ, ut „ annuum illi congiarium conſtituerit. „ Eo igitur rerum ſtatu Maimonides ſe- „ ſe Medicis adjunxit; nunquam tamen „ in curandis ægrorum morbis ob nul- „ lam artis Medicæ exercitationem ac „ experientiam ſibi ſoli credidit. Obiit „ tandem in Ægypto anno Egiræ 605. „ Judaicarum legum & rituum peritus, „ in Librum *Talmud* commentarios ſcri- „ pſit, quos Hebræorum alii laudant, „ reprobant alii. Philoſophorum ſectis „ præcipuè addictus, Epiſtolam Reſur- „ rectioni corporum impugnandæ con- „ ſcripſit: quam, cum illi eam vitio „ verterent Judæorum principes, domi „ occultam ſuis tantùm aſſenſoribus im- „ pertiebat. GALENI Libros XXI. in epi- „ tomen contractos libris XVI. com- „ prehendit: qua in re brevitati, non „ utilitati conſuluit. BEN PHALEGI *Hi-* „ *ſpani* Librum *De Sphæra* ſcitè corre- „ xit, & à mendis, quæ in exemplaria „ irrepſerant, vindicavit. Libros etiam „ BEN HUDI Philoſophi de Mathemati- „ cis diſciplinis, *Supplementum* inſcriptos, „ egregièque elaboratos caſtigavit; & „ cum demonſtratione indigerent, de- „ monſtravit. Ceterùm ſub vitæ finem „ Maimonidem non nihil vexavit Hi- „ ſpanus quidam Juriſconſultus, nomine „ *Abilarab Ben Moiſcha*, qui cum ve- „ niſſet in Ægyptum, eumque vidiſſet, „ litem ei de Mahometana ſecta, quam „ in Hiſpania profeſſus erat, intulit, „ contumelias ingerens & damna mi- „ nitans; ſed illum ab adverſario vin- „ dicavit *Abdelrahimus Ben Ali Alphadhe-* „ *li*, qui coactam ſectæ Mahometanæ

„ pro-

,, profeſsionem ex lege irritam eſſe con-
,, tenderet. (a)

*Abdelmumen Ben Ali*, Hiſpaniæ Rex, qui Chriſtianorum ab Hiſpania expulſionem ſupra memoratam edicto ſanxit, ſecundus fuit Almohaditarum, teſte Ebn Alkhatib in *Hiſtoria* ſua *Hiſpanica*, Imperator. Regni gubernacula ſuſcepit anno Egiræ 524. feriâ 4. die 13. Ramdani, Chriſti 1129. obiitque in urbe *Sala* feriâ 3. die 8. Gemadi poſterioris anno Egiræ 558. Chriſti 1162.

Va-

(a) موسي بن ميمون الاسرايلي القرطبي قرا علم الاوايل بالاندلس واحكم الرياضيات وشد اشيا من المنطقيات وقرا الطب هناك فاجاده علما ولم يكن له جسارة علي العمل ۞ ولما نادي عبد المومن بن علي الكومي البربري المستولي علي المغرب في البلاد التي ملكها باخراج اليهود والنصاري منها وقدر لهم مدة وشرط لمن اسلم منهم بموضعه علي اسباب ارتزاقه ما للمسلمين وعليه ما عليهم ۞ ومن بقي علي راي اهل ملته فاما يخرج قبل الاجل الذي اجله واما ان يكون بعد الاجل في حكم السلطان مستهلك النفس والمال ۞ ولما استقر هذا الامر خرج المخفون وبقي من ثقل ظهره وشح باهله وماله فاظهر الاسلام واسر الكفر ولما اظهر شعار الالتزام بجزيياته من القراة والصلاة ففعل ذلك الي ان امكنته الفرصة في الرحلة بعد ضم اطرافه في مدة احتملت ذلك وخرج عن الاندلس الي مصر ومعه اهله ونزل مدينة الفسطاط بين يهودها فاظهر دينه وارتزق بالتجارة في الجواهر وما يجري مجراه ۞ وقرا عليه الناس علوم الاوايل وراموا استخدامه في جملة الاطبا واخراجه الي ملك الفرنج بعسقلان فانه طلب منهم طبيبا فاختاروه فامتنع من الخدمة والصحبة ۞ ولما ملك الغز مصر وانقضت الدولة العلوية اشتمل عليه القاضي الفاضل عبد الرحيم بن علي البيساني ونظر اليه وقرر له رزقا فكان يشارك الاطبا ولا ينفرد برايه لقلة مشاركته ولم يكن وفقا في المعالجة والتدبير ۞ ومات موسي بن ميمون بمصر في حدود سنة خمس وستمايه ۞ وكان عالما بشريعة اليهود واسرارها ۞ وصنف شرحا للتلمود وبعضهم يستخيره وبعضهم يذمه ۞ وغلبت عليه النحلة الفلسفية فصنف رسالة في ابطال المعاد الجسماني وانكر عليه مقدموا اليهود امرها فاخفاها الا عن من يري رايه في ذلك ۞ وصنف مختصرا لاحد وعشرين كتابا من كتب جالينوس بزيادة جمة علي ستة عشر فجاء في غاية الاختصار وعدم الفايدة وهذب كتاب بن افلح الاندلسي في الهية فاحسن فيه ۞ وقد كان في الاصل غليط ۞ وهذب كتاب الاستكمال لابن هود في علم الرياضة وهو كتاب جامع جميل يحتاج الي تحقيق فحققه واصلحه ۞ وابتلي في اخر زمانه برجل من الاندلس فقيه يعرف بابي العرب بن معيشة وصل الي مصر وحاققه علي اسلامه بالاندلس وشنع عليه ورام اذاه فمنعه عنه عبد الرحيم بن علي الفاضل وقال له رجل مكره لا يصح اسلامه شرعا ۞

Varia *Maimonidis* Opera occurrunt in Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Catalogo, videlicet Logicæ Compendium ex Arabica lingua in Hebraicam converſum à *R. Samuele Ebn Tybbon*: Explicatio quorundam vocabulorum quibus Logici conſueverunt: Tractatus de Anni intercalatione: Medicinæ Compendium in Capitula, ſive Aphoriſmos diviſum: Tractatus de Sanitatis regimine ad Sultanum Babyloniæ, editus Lugduni anno 1535. Tractatus de Morborum cauſis & illorum curatione, Arabicè, charactere Hebraico: Epiſtolæ duæ de rebus ad Artem Medicam pertinentibus, Arabicè, verùm charactere Hebraico: Tractatus de curando Aſthmate, ex Arabica lingua in Hebraicam converſus: De Diæta Epiſtola ad virum quemdam principem, à quo fuerat ea de re interrogatus: Commentarii in Libros Sacros: Opera Theologica: Compendium Talmudicum: Tractatus celeberrimus, *Moreh Nevokhim* inſcriptus, id eſt *Perplexorum Directorium*: in quem plures ibidem laudantur Commentarii.

## DCCCLXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, conſtans foliis 134. quo continentur:

1.° Tractatus de Alimentorum natura & proprietatibus, *Virium Alimentorum Memoria* (1) inſcriptus: quem *Isaacus Ben Harun Schelmon*, Medicus *Hiſpanus*, ex Galeni, Honaini, Raſis, Ben Zohari, aliorumque tùm veterum, tùm recentiorum libris in gratiam filii ſui *Moisis* excerpſit, evulgavitque. (2)

Exaratus eſt, ut ad calcem annotatur, in urbe *Vadi-Alhagera*, Hiſpanè *Guadalaxara*, feriâ 6. die 16. Novembris anno Æræ *Sapharenſis*, id eſt *Hiſpanæ* 1463. Nativitatis 1425. Utraque anni Nota (quod obſervare operæ pretium eſt in reliquis hujuſmodi Notis, quæ in noſtra Bibliotheca interdum occurrunt) literis numeralibus apud Arabes uſitatis ita eſt expreſſa: Æra *Hiſpana* اتسع *Christiana* verò اتسعة

Atque hîc duo in primis ad Arabicæ eruditionis faciliorem aditum ſunt adnotanda: Arabicorum videlicet numerorum Notæ, atque Æra, quam vocant *Alſaphar*, quarum uſus in Codicibus Arabicis MSS. necnon in Tabulis publicis, tùm in Aſtronomicis & Geographicis frequentiſsimus occurrit.

Arabes itaque, præter numeros Indicos, quos Europæi *Arabicos* vocitant, literas pro numeris adhibent ut ceteri Orientales; hoc tamen diſcrimine, quòd cùm Alphabetum Arabicum ceteris Orientalibus ſit locupletius, ſex ejus poſtremis literis totidem reſpondeant numeri, quos in aliis fruſtra quæras. Horum verò ſeries ſic ſe habet:

ا unitatem deſignat; ب II. ج III. د IV. ه V. و VI. ز VII. ح VIII. ط IX. ي X. ك XX. ل XXX. م XL. ن L. س LX. ع LXX. ف LXXX. ص XC. ق C. ر CC. ش CCC. ت CCCC. ث D. خ DC. ذ DCC. ض DCCC. ظ DCCCC. غ M.

De Æra autem *Alſaphar* (3), Arabibus Hiſpanis uſitatiſsima, Scriptores Latini altùm ſilent; ſi paucos admodum excipias, qui illam confidentiùs *Æram Chriſtianam* dixere. Nec minùs falsâ conjecturâ aberravit Nicolaus Antonius in *Bibliotheca Vet. vol. II. pag.* 234. ubi Æram *Alſaphar*, quam male *Alcufri* pro *Alſofri*, vel *Alſafari* ſcribit, *Coptorum*, ſive *Martyrum* Æram putavit.

At

(1) *Titulus*: ۞ تذكرة في قوى الاغذية

(2) *Initium*: ۞ الغذا الحلـــــوء

*Finis*: ۞ يليين الصدر والريـــــة

(3) ۞ تاريخ الصفـــــر

At his conſultò miſsis, Æram *Alſaphar* non aliam ſanè quàm *Hiſpanam* eſſe contendimus; id enim tùm ex Hebraica voce *Safard*, quæ *Hiſpaniam* ſignificat, tùm ex mutua utriuſque Æræ collatione, ac reductione liquidò patet, ut legere eſt in monumentis proximè recenſitis, necnon in aliis, ubi *Hiſpana* Æra *Chriſtianam* XXXVIII. annis tantummodò excedit.

2.° *Avicennæ* Opuſculum *De Aquæ, aliarumque Potionum uſu & adminiſtratione*, ex cap. 8. Fen III. Lib. I. quod exaratum eſt in ſupra dicta urbe *Vadi-Alhagera* (1) die 24. Februarii anno Nativitatis 1423.

3.° Ejuſdem Opuſculum *De Qualitatibus Aquæ*, ex cap. 6. Fen II. exaratum in eadem urbe die 14. Aprilis Æræ Sapharenſis 1470. اذع, anno Nativitatis 1432. اتلب

4.° Anonymi Opuſculum *De Alimentorum viribus*, ordine alphabetico, ex *Avicennæ Canonis* Libro II. *De Simplicibus* collectum; exſcriptum verò in ſupra laudata urbe feriâ 5. die 24. Februarii anno Nativitatis 1423. اتكج, Æræ Sapharenſis 1461. اتسا

5.° *Razis* Opuſculum *De Pomorum ante, vel poſt cibum eſu.*

## DCCCLXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, conſtans foliis 175. quo continentur:

1.° Anonymi Opus univerſam Medicinam complectens, *Theſauri* (2) nomine inſignitum, diviſumque in Libros II. & capita XXXI. ex cujus initio dimidia vix pagina deſideratur.

2.° *Razis* Libri II. quorum prior eſt *De Alimentorum correctione*, poſterior *De iis quæ ad Alimentorum rationem univerſam ſpectant.* Priorem puto ineditum eſſe, nec inter *Razis* opera Latinè converſa reperiri.

Uterque exaratus feriâ 4. die 26. Novembris anno Æræ Sapharenſis, ſive Hiſpanæ 1374.

## DCCCLXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, carens anni notâ, quo continetur Anonymi Liber *De Medicina*, ordine rerum præpoſtero indigeſtus: ubi de Morborum differentiis, ſpeciebus, cauſis, ſymptomatis; de Pulſibus, de Urinis, de Oſsibus, Muſculis, Nervis, Venis, Arteriis; de Anatomia totius corporis humani; tùm denique de rebus Phyſiologicis diſſeritur.

## DCCCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, adeſpotus, in quo habetur Opus varia complectens Medicinæ Excerpta ex *Hippocratis*, *Galeni*, *Avicennæ*, *Razis*, & aliorum libris, ad uſum Medici cujuſdam *Toletani*, genere Judæi, nomine *Judæ Abu Isac Astilagi*. Ibi de Theriaca, de Anatomia, de Medicamentis ſimplicibus, de Oculorum, Aurium, Cerebri & aliarum corporis partium purgatione tractatur.

Deſcriptus eſt, abſolutuſque feriâ 1. die 10. Novembris anno Æræ Sapharenſis 1425. Æræ Egirianæ 789. die 21. menſis Scheuali, Æræ verò Nativitatis 1387. اشفز

## DCCCLXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Murciæ*, quo continentur:

1.° Anonymi Opus *De Medicina*, initio & fine mutilum: ubi ſingula Morborum genera cum ſuis quæque Remediis præclarâ ſanè methodo traduntur.

*Ga-*

(1) وادي الحجر ۞

(2) *Titulus*: كتاب الذخيرة في الطب ۞

2.° Galeni Liber *De Elementorum natura*, imperfectus.

DCCCLXX.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Anonymi *Nomenclatura Arabico-Turcica*, interlinearis, ubi Arabicæ voces ad Turcicarum diſcrimen rubris literis inſignitæ.

2.° Algazeli duo tantùm folia *De Felicitate.*

3.° Avicennæ Tractatus *De Cordis viribus, ac de Medicamentis cordialibus*, à quodam *Joanne Feris Filio Cordubenſi* exaratus.

4.° Danielis Prophetæ Vaticinia, titulo *Danielis Liber* (1). Ibi occurrit in primis Kalendarium, quod anni ſtatum circa aeris mutationem, agrorum fertilitatem, annonæ copiam, ac penuriam per duodecim menſes ſigillatim exhibet; variaſque præterea prædictiones complectitur, quæ ab initio menſium, à Solis & Lunæ eclypſibus, à Coronis quæ circa Solem & Lunam interdum apparent, & à Noviluniis petendæ ſunt. Harum autem prædictionum ratio ſumitur partim à Lunæ figura, ſitu, ſtatuque, præſertim primò apparentis; partim à Fulgure, à Tonitru, ab Iride, à Stellarum caſu, & aliis. (2)

Arabes Mahometani *Talmudiſtarum* diſcipuli & hæredes, ad conciliandam deliriis ſuis auctoritatem, Danielis nomen iis præfigere audent. Quare Liber hic, perinde ac Somniorum Interpretatio, & Revelatio *De Agarenorum Excidio*, Danieli Prophetæ perperam adſcribitur.

5.° Anonymi Commentarius in Librum, qui *Methodus* (3) inſcribitur, ſed mutilus: exaratus feriâ 4. die 2. Septembris anno Æræ Chriſtianæ 1461. ubi de Alimentis, ac de ſimplicibus Remediis ordine alphabetico diſceptatur. Hujus Libri auctor eſt *Jahia Ben Isa*, vulgò *Ben Giazla, Bagdadenſis*, qui à religione Chriſtiana ad Mahometanam ſectam deſcivit; quique obiiſſe traditur anno Egiræ 473. Illius errores *Abdalla Albeithar* recenſuit ac notavit: illius quoque Abulpheda in *Geographiæ* Prologo meminit.

DCCCLXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Anonymi Opus ſatis amplum, LXXIV. capitibus comprehenſum, in cujus initio Prologus, ſine aliquot folia deſiderantur, Chirurgiam unà cum omnium Inſtrumentorum ad eam pertinentium delineatione complectens.

2.° Anonymi Tractatus *De Oculorum morbis*, in fine mutilus, quadripartitus: ubi Oculi fit deſcriptio, ejuſque morbi ſingillatim recenſentur, propoſitis variis Stibiorum, Collyriorumque formis, ut & Medicamentis, quæ Ars Chirurgica adhibere ſolet. In hoc etiam aliquot videas inſtrumenta Chirurgica, ſed rudi manu delineata.

# MEDICI

## *IN OCTAVO.*

DCCCLXXII.

Codex eleganter exaratus, carens anni notâ, quo continentur *Hippocratis Aphoriſmi*, adjectis Commentariis Medici clariſsimi *Abulcassemi Ab-*



(1) *Titulus*: ۞ كتاب دانيال النبي ۞
(2) *Initium*: ۞ قال دانيال النبي ۞
*Finis*: ۞ والله أعلم وأحكم ۞
(3) *Titulus*: ۞ المنهاج ۞

DELRAHMANI *Abi Sadek*, *Perſæ Niſaburienſis* (1), HONAINI *Isaaci Filii* æqualis, qui tertio Egiræ ſeculo floruit, ac plura de re Medica ſcripſit, quorum aliqua, teſte Herbelotio, habentur in Bibliotheca Medicea.

## DCCCLXXIII.

Codex nitidè exaratus feriâ 4. die 13. Rabii poſterioris anno Egiræ 893. Chriſti 1487. quo continetur Commentarius in HIPPOCRATIS *Aphoriſmos*, auctore quodam Medico ALMANAVI (2) appellato, de cujus nomine, patria, ætate nihil certi. Siquis tamen conjecturæ locus, videtur is ſcripſiſſe poſt GREGORII ABULPHARAGII tempora, quem ſæpiùs citat ſub nomine EBN ALCOPH; adeoque poſt octavum Egiræ ſeculum inclaruiſſe. (3)

## DCCCLXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, conſtans foliis 45. abſque anni nota, quo continentur GALENI Liber I. II. & III. *De Temperamentis*, omnes integri, perfectique.

## DCCCLXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 2. Decembris Æræ Sapharenſis 1399. idque *Cordubæ*, quo continentur GALENI Libri VI. *De Morborum cauſis & differentiis*, *&c.* etiam integri.

## DCCCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, prætermiſsâ anni notâ, quo continentur:

1.° GALENI Liber *De Elementis*, adjectis HONAINI BEN ISAACI Notis & Scholiis.

2.° GALENI Libri III. *De Temperamentis*, integri omnes atque abſoluti: ſubjectis Anonymi Notis.

3.° GALENI Libri III. *De Naturæ viribus*, ſive *De Facultatibus naturalibus*, etiam integri, cum Notis ac Scholiis.

## DCCCLXXVII.

Codex aliquot foliis initio mutilus, exaratus die 15. Dilcada, anno Egiræ 473. Chriſti 1080. quo continentur:

1.° Commentarii ALI BEN REDHVAN, de quo ſupra, in GALENI Librum ſecundum *Ad Glauconem de Arte curativa*: inſerto ipſius Galeni contextu, & addito rerum notabilium Indice.

2.° Excerpta quædam ex AVICENNÆ Tractatu *De Theriacæ uſu & Scangiabini* (4), quæ vox Perſica Latinè ſonat *Syrupum acidum*, *Oxymel.*

## DCCCLXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, complectens ALI BEN REDHVANI Commentarium in *Artem Parvam* GALENI, qui jam pridem in Latinum converſus, typiſque donatus eſt. (5)

## DCCCLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, conſtans foliis 164. quo continentur:

1.° AVERROIS Commentarius in GALENI Librum *De Febribus*, initio mutilus, utpote Præfationis expers. In extremo adnotatum invenias, Commenta-

(1) *Auctor*: شرح ابو القاسم عبد الرحمن ابي صادق النيسابوري ۞

(2) *Titulus*: ۞ شرح المنـــــــــــــاوي

(3) *Initium*: ۞ فان علم الطـــــــــــب
*Finis*: واما في الضعيف من اسفـــــل بالاسهال ۞

(4) ۞ سكنجبيـــــــــــــــــن

(5) *Initium*: ۞ قصدنا ان نضع كلامـــا
*Finis*: على اكمل ما يكـــــون انشا الله ۞

tarium hunc ab *Averroe* perfectum fuiſſe anno Egiræ 589. feriâ 4. die 1. Moharami, Chriſti 1193. deſcriptum verò ab alio feriâ 2. die 4. Ragebi anno Egiræ 634. Chriſti 1236.

2.° Ejuſdem *Averrois* in *Galeni* Librum III. *De Facultatibus naturalibus* Commentarius.

3.° Ejuſdem Commentarius in *Galeni* Libros VII. *De Morborum Cauſis & Symptomatis.*

4.° Ejuſdem Tractatus *De Temperamentorum differentiis.*

5.° Ejuſdem Tractatus *De Theriaca.*

6.° Ejuſdem Epiſtola *De Sanitate conſervanda.*

7.° Ejuſdem brevis atque elegans Quæſtio *De Intellectu & Intelligibili.*

8.° Anonymi *Index* (1) Librorum *Alpharabii*, qui omnino ſunt quinquaginta, viginti *De Scientiis Philoſophicis*; quatuor *De Euclidis Elementis*; Commentarii *In Ptolemæi Almageſtum*; Liber *Adversùs Galenum*; Tractatus varii *De Jure.*

Similiter *Index* Librorum *Averrois*, numero ſeptuaginta & octo: quorum aliqui ſunt de *Philoſophicis diſciplinis*; alii ad *Medicinam*, ad *Juriſprudentiam*, ad *Theologiam*, &c. pertinent.

Denique *Index* Librorum *Avicennæ*, qui ſexaginta numerantur. Eorum Catalogum unà cum Auctoris Vita ſuo loco ſupra inſeruimus.

9.° *Honaini Ben Isaaci* Opuſculum Medicum, ex cujus principio nonnulla folia deſiderantur.

Plura *Averrois* Opera cùm Arabicè, tùm Hebraicè conſcripta recenſentur in Reg. Bibliothecæ Pariſienſis Catalogo, *Tom.I. pag.* 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 43. 49. & 194.

## DCCCLXXX.

Codex punctis diacriticis ferè omnino deſtitutus, foliiſque aliquot initio mutilus, exaratus anno Egiræ 758. Chriſti 1356. quo continetur *Ebn Alnaphisi* magni nominis Medici Commentarius in *Avicennæ Canonis* Librum primum.

## DCCCLXXXI.

Codex punctis diacriticis ſimiliter carens, quo continetur ejuſdem *Ebn Alnaphisi* Commentarius in *Avicennæ Canonis* Librum ſecundum.

,, nera inter ſe plerùmque differunt
,, cornuum longitudine, vel ſtatura,
,, vel colorum diverſitate.
✿ يحمور ✿ غزال غريري ✿ غزالة ادمة ✿
,, *Dama. Cervus* bicornis. *Hinnulus* cor-
,, nibus carens.
✿ بقر الوحش ✿ الاسد ✿ الذيب ✿ ,, *Bos*
,, *ſylveſtris. Leo. Lupus.*
✿ ضبع ✿ دب ✿ نمر ✿ ,, *Hyæna. Urſus.*
,, *Tigris.*
✿ كلب ✿ ثعلب ✿ قط الخطــــاي اي
,, *Canum* multiplex genus. ✿ السنور
,, *Vulpes. Feles* Cataienſis, ſylveſtris.
✿ ابن عرس ✿ الفهد ✿ القرد ✿ ,, *Muſte-*
,, *la. Lupus cervarius. Panthera. Simia.*
✿ قنفذ ✿ يربوع ✿ الضب ✿ ,, *Echinus. Jar-*
,, *bu* (genus *Gliris* campeſtris, longos
,, habens poſteriores pedes, anterio-
,, res breves; *Dorcadi* verò concolor).
,, *Lacerta* (ſimilis quidem *Roſpo* cum
,, cauda).
✿ السقنقور تمسح بري ✿ نمس ✿ سمندل ✿
,, *Scincus. Martes*, vel *Ichneumon. Sala-*
,, *mandra.*
✿ العريش ✿ الكركدن ✿ جرذان فار ✿
,, *Hariſchus* (animal cornu habens in
,, medio capite, *Capricorno* ſimile, for-
,, titudine *Leoni* haud impar). *Rhinoce-*
,, *ros. Glis.*
✿ الخلد ✿ القسطاريون ✿ القندس ✿ ,, *Tal-*
,, *pa. Caſtarion. Condos* (ſpecies *Canis*
,, marini).
✿ ديك ✿ دجاج ✿ حجل ✿ ,, *Gallus. Galli-*
,, *na. Perdix.*
✿ الذري ✿ الدراج ✿ الطيهوج ✿ ,, *Melica*
,, (*Perdicis* genus, corpore & roſtro ce-
,, teris major). *Attagen. Minus* (quod-
,, dam *Perdicis* genus).

✿ زرج ✿ بط ✿ وز ✿ ,, *Grigallus* (*Attage-*
,, *nis* genus). *Anas. Anſer.*
✿ التدرج ✿ الكركي ✿ قطا ✿ ,, *Phaſia-*
,, *nus. Grus. Catha* ,, (*Attagenis* genus,
vel avis *Columbæ* ſimilis magnitudine & formâ, quæ gregatim volat & aquam è longinquo petere conſuevit. Altera eſt colore fuſco, dorſum, ventremque albo & nigro variata, cervice flava, brevi cauda. Altera ferè duplo major, alarum interiora & pennas remiges nigricantes habet, dorſum verò fuſcum, admixto flavo).
✿ كروان ✿ طاوس ✿ حباري ✿ ,, *Otis. Pa-*
,, *vo. Gallus paluſtris* ,, (cinerei coloris, tardi inceſsûs & volatûs, bonæ carnis).
✿ اللقلق ✿ النعامة ✿ الحمام ✿ ,, *Ciconia.*
,, *Struthiocamelus. Columba.*
✿ الهدي ✿ المراعيش ✿ القلابات ✿ ,, *Hodi*
,, (ſpecies *Columbæ*). Item *Maraſchia*
,, (quæ in altum evolans, gyros ducit).
,, *Calabata* (*Columbæ* genus).
✿ القرصان ✿ الوقار ✿ الفواخت ✿ ,, *Car-*
,, *ſata. Tartara* (ſpecies *Columbæ* dome-
,, ſticæ). *Palumbes torquatus.*
✿ الورشان ✿ القمري ✿ الدبسي ✿ ,, *Livia*
,, *Columba*, ſeu *Turtur mas. Turtur femi-*
,, *na. Dobſia* ,, (*Columba* ſylveſtris, colore ſubnigra, corpore exigua, inceſſu lenta, voce clara).
✿ النعتبط ✿ الشفنين ✿ اليمامة ✿ ,, *Tata-*
,, *bon. Schaphninus* (Turturis genus).
,, *Turtur.* ,, (Quæ quidem colore, voce, naturâ inter ſe diſtinguuntur).
✿ السماني ✿ القنبر ✿ الدلواني ✿ ,, *Cotur-*
,, *nix. Alanda* ſine criſta. *Alanda* criſta-
,, ta. ,, (Fortè *Alauda* pro *Alanda* legendum).
✿ المطوق ✿ سفرمادي ✿ زرزور ✿ ,, *Gallina*
,, *Torquata. Paſſer*, avis genus, (quæ *Lo-*
,, *cuſtas* quæritat, occiditque). *Sturnus.*
✿ ابو تمرة ✿ السلوي ✿ النسر ✿ ,, *Acredu-*
,, *la*, vel *Mergus. Coturnix maxima* (*Or-*
,, *tygometra* dicta). *Aquila.*
✿ العقاب ✿ الزمج ✿ البازي ✿ ,, *Aquila ma-*
,, *rina. Haliaëtus. Falco.*

✿ الزرق

الزرق ۞ الباشق ۞ اللبويو ۞ ,, *Accipiter*
,, *major*, *albus*. *Accipiter frigillarius* (vul-
,, gò *Sparvarius*). *Lithofalco*.
العفصي ۞ الحداه ۞ الرخمة ۞ ,, *Falco*
,, *montanus*. *Milvus*. *Cycnus*.
البوم ۞ الغراف ۞ اليهودي ۞ ,, *Noctua*.
,, *Cornix*. *Corvus montanus*.
العقعق ۞ الهدهد ۞ الحنونية ۞ ,, *Pica*.
,, *Upupa*. *Hirundo*.
الوطواط ۞ الشقراق ۞ يمامة بحريه ۞
,, *Veſpertilio*. *Picus martius*. *Avis torquata*
,, (vulgò *Avis Crocodili*).
سريانس ۞ الجراد ۞ الجرجول ۞ ,, *Siren*
,, (avis marina, roſtro oblongo, vario &
,, ſuavi cantu mirabilis). *Locuſtæ*. *Giar-*
,, *giur* (quoddam *Locuſtæ* genus, ala-
,, rum expers).
المدنب ۞ الجرمقاني ۞ الكلبوث ۞
الزبا ۞ جراد البقل ۞ ,, *Almodanab*. *Al-*
,, *giarmacani*. *Alcalbuth*. *Alzaba*. *Locuſta*
,, *olerum*. (Omnes ſunt *Locuſtarum* ſpe-
,, cies).
الزنابير ۞ الذباب ۞ البق ۞ ,, *Veſpæ*. *Bi-*
,, *bones*. *Cimices*.
البعوض ۞ الزرازيح ۞ ,, *Albauda*. *Alza-*
,, *rariha* (ſpecies *Culicis*).
الهاردي ۞ السرماهيج ۞ الشبوط ۞ ,, *Al-*
,, *hari*. *Almarmahigi*. *Aſſabaloth*. (Piſcium videlicet genera, qui in Euphrate naſcuntur : quos inter celebratur *Aſſabalot*, piſcis tenui cauda, lato ventre, parvo capite, levis contactu, *Aloſæ* ſimilis, at triplo major).
طرغيلا ۞ برقا ۞ لسان الثور ۞ ,, *Ter-*
,, *gilla*. Piſcis verſicolor, *Barca* dictus.
,, *Solea*.
الطريخ ۞ الكوربح ۞ الكنعة ۞ ,, *Ha-*
,, *lecula*. *Alkurbah*. *Alcanhat* (piſcis rubri
,, coloris).
السلور ۞ الربيثا ۞ الرق ۞ ,, *Salaura*
,, (*Anguillæ* ſpecies, ſummæ magni-
,, tudinis & exquiſiti ſaporis, quæ ſa-
,, le condita ab Euphrate Alepum, Tri-
,, polim, Damaſcum deportari ſolet).
,, *Rabiſcha* (piſcis verſicolor). *Teſtudo*
,, *magna*.
السرطين الاصداف منها الحلزون ۞
والدلنيس في مصر ۞ ,, *Cancri*. *Cochleæ*,
,, & varia eorum genera : in quibus
,, memorantur *Limax*, & *Dalnis* in
,, Ægypto (fortè *Murex*).
الضفادع ۞ الحيات ۞ التمسح ۞ ,, *Ra-*
,, *narum*, *Serpentum*, *Crocodilorum* ge-
,, nera, & omnium *Inſectorum* ſpe-
,, cies.

*Dabu*, quam Golius in ſuo Lexico *Hyænam* appellat, eſt animal ab *Hyæna* planè diverſum, ut ex ejus deſcriptione liquidò apparet. *Lupum* enimvero magnitudine & forma refert, pedes & crura homini ſimile. Beſtiarum generi innoxium, humana corpora ſepulchris effodit ac devorat; abjectum alioqui ac ſimplex. E cunabulis infantes, incautis matribus, vivos rapere aſſuevit. Ita mihi ſuperioribus annis in Syria, ubi frequens hujuſmodi fera, degenti, incolæ, teſtes oculati, retulere.

## DCCCXCIV.

Codex nitidè exaratus die 20. Schabani, anno Egiræ 525. Chriſti 1130: in quo habetur Opus de Gemmis, de Vegetabilibus, videlicet de Arboribus, Herbis, Floribus; item de Animalibus, variiſque Inſectis. Deſideratur auctoris nomen, qui ex dicendi forma videtur *Hiſpanus*. Deficit etiam Præfatio.

## DCCCXCV.

Codex nitidè exaratus, omiſſâ anni notâ, Hiſtoriam Animalium complectens, hoc titulo : *Animalium Generatio* (1), auctore *Almagerithi*, id eſt *Matritenſi*, cujus ſupra facta eſt mentio. (2) Ibi

(1) *Titulus*: تكوين الحيوان ۞

(2) *Initium*: وان قد فرغنا ۞
*Finis*: علي ما يشاء قدير ۞

Ibi de Animalium Generatione, natura, uſu, atque utilitate, quæ ex iis percipi poteſt, diſſeritur.

DCCCXCVI.

Codex exaratus anno Egiræ 698. punctis diacriticis ut plurimùm carens, quo continetur Hiſtoria Animalium ab eximio Philoſopho *Algiahet*, jam ſupra laudato, in epitomen contracta. (1)

DCCCXCVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, Tomus nempe ſecundus Operis quod *Theatrum Equeſtre* (2) inſcribitur, in partes IV. & capita LXVIII. diſtributus, foliis verò 200. conſtans: auctore *Abu Mohamad Abdalla Lakhamita*, *Cordubenſi*, viro genere, dignitate ac laude bellica præclaro (3). Is naturas Equorum, proprietates, colores, formas, adnotatis etiam multis eorum nominibus, eruditè atque eleganter hoc opere perſecutus, librum ſuum Regi *Abi Abdalla Mohamad Ben Naſſer Almanſor* (4) dedicavit. Is porrò *Almanſor*, de quo fuſiùs Ebn Alkhathib in *Hiſtoria Granatenſi*, tertius fuit ex Bennaſſeritis *Granatæ* Rex, anno Egiræ 701. Chriſti 1301. creatus. Accedit in extremo Codice *Equitandi Diſciplinæ* Synopſis.

DCCCXCVIII.

Codex quàm nitidiſsimè exaratus die 3. Schabani, anno Egiræ 997. quo continetur *De re Accipitraria* & *Venatoria* Opus ampliſsimum, in partes duas diviſum: auctore *Isa Ben Ali Hassano Asadita* (5), *Granatenſi*, qui ſeptimo Egiræ ſeculo ſumma eruditione claruit. Is in priori parte, quæ CXLVI. capita complectitur, agit de Aucupii & Venationis apparatu, videlicet de loco, tempore, inſtrumentis, proindeque de arte venandi retibus, avibus, canibus, equis: quorum omnium diverſa percenſet ac deſcribit genera; in altera verò parte, quæ CC. capitibus conſtat, de eorum uſu, regimine, morbis, remediiſque diſſerit (6). Opus ſanè rarum, lectu dignum ac perutile, in quo abſolutam & Quadrupedum & Avium hiſtoriam demireris.

DCCCXCIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, adeſpotus ac tineis maximè corroſus, in quo habetur *Hiſtoria Animalium* ac *Vegetabilium* verſibus condita, ex *Demairi*, aliorumque Scriptorum libris excerpta.

# AD HISTORIAM NATURALEM PERTINENTES
## *IN QUARTO.*

CM.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus bipartitum, Lapidum pretioſorum Hiſtoriam naturalem complectens, inſcriptum



(1) *Initium:* طالعت كتاب الحيــوان ۞
*Finis:* وكمال ذلــــــــك ۞
(2) *Titulus:* كتاب الاحتفال فـــــي استيفا للخيل ۞
(3) *Initium:* ابواب من بدء السن الـــــي انتهي السن ۞
*Finis:* ويبقي من المال الاحاديـــث والذكـــــــــــر ۞
(4) ابي عبد الله محمد بن نصــــر المنصور امير المسلمين ۞
(5) *Auctor:* عيسي بن علي حســـــان الاسدي ۞
(6) *Initium:* اعلم وفقك اللـــــــه ۞
*Finis:* وبين الاشجـــــــــار ۞

ptum *Gemmarum Notio* (1), auctore (2) *Abilrihan Albiruni.* (3)

Ad Auctoris hujus patriam, ætatem, doctrinæ genus & ſcripta quod attinet; Perſa fuit ex urbe *Biruna*, unde nomen invenit, quarto Egiræ ſeculo nobilis, Geometricis præſertim & Aſtronomicis diſciplinis apprimè inſtructus. Indiam, rerum naturas ac proprietates obſervaturus, quadraginta annorum ſpatio peragravit. Complura & quidem egregia edidit opera, ex quorum numero Geographia *Canon Maſſudæus* inſcripta, Regique *Gaznaviditæ Maſſudæo* nuncupata, quam utpote accuratiſsimam laudat paſsim Abulpheda; Tractatus item varii *De Aſtronomia*, *de Sphæra*, ac *de Aſtrologia judiciaria.* Eum ut præſtantem doctrinâ & arte virum celebrat Abulpharagius in Scriptorum veterum & recentiorum Catalogo. En ejus verba *fol.* 229. „His annis ſcientiarum veterum gloriâ enituit *Abu Rihan Mohamad Ebn Ahmed Albiruni*, variis „Philoſophiæ cùm Græcanicæ, tùm „Indicæ doctrinis eruditiſsimus, præcipuè Mathematicis, de quibus inſignes oppidò libros compoſuit. Indiæ „regiones ingreſſus, ibique per multos „annos commoratus, ab ejus Sapientibus diſciplinas ipſorum edoctus eſt, „ipſoſque Græcorum philoſophandi rationem viciſsim edocuit. Libri ab illo „plurimi certæ, ſolidæque admodum „doctrinæ conſcripti. Ceterùm inter „ipſius inſtituti Profeſſores nemo vel ea „tempeſtate, vel ad hunc uſque diem „extitit illo in Aſtronomica ſcientia „perſpicacior; nemo qui ejus ſive maxima, ſive minima penitiùs tenuerit.

Hiſtoria hæc Naturalis, quæ rariſsima eſt, eleganti atque erudita Præfatione exornatur: qua Scriptor & conſilium ſuum exponit, & Auctorum nomina, qui ante ipſum *De Gemmis* ſcripſere, hoc ordine recenſet: „*Nasserus Ben Jacob*, *Aun Ben Alabad*, *Job Alasuadæus Baſrenſis*, *Bascharæus Ben Schadan*, *Jacobus Alchindus*, *Abi Abdalla Ben Algisas*, *Abilbahlulæus*, *Nasserus Ben Jacob Aldainuræus*, aliique complures. (a)

Multa deinde inſequuntur capita, ubi de omni Lapidum pretioſorum genere, qui toto Oriente ſuſpiciuntur, de eorum coloribus, proprietatibus, laudibus, vitiis, ponderibus, pretiis latè diſſeritur. Accedit nonnullorum Lapidum enumeratio, quos ſuis in cimeliarchiis inuſitata magnitudine rariores, nulloque pretio parabiles tùm Caliphæ, tùm Perſidis Reges aſſervaſſe memorantur. Eorum ſanè aliquos hîc referre non pigeat. „Penès Regem Inſulæ *Sarnadib* erat „Hyacinthus oblongus, cultri capulum „formâ referens, quinquaginta & quinque drachmarum pondere; uti & annularis Adamas penès Regem *Mezeldaulatum Buiditam*, tres appendens „drachmas. Unio etiam maximus cele-

(a) نصر بن يعقوب ۞ عون بن العباد ايوب الاسود البصري ۞ بشر بن شادان ۞ يعقوب الكندي ۞ ابي عبد الله بن الجصاص ۞ ابي البهلول ۞ نصر بن يعقوب الدينوري وغيرهم عدة ۞

(1) *Titulus*: كتاب الجماهر في معرفة الجواهر ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي الريحان البيروني ۞

(3) *Initium*: ابتدا نصر بن يعقوب ۞

*Finis*: فقد وفينا ما كنا وعدنا ۞

„ lebratur trium drachmarum pondere, „ qui unicus & peregrinus omni ævo „ ferebatur: eum Calipha *Heſcham Ben* „ *Abdelmalek* habuit. (a)

CMI.

Codex abſque anni nota exaratus, foliis conſtans 426. in quo puncta diacritica non pauca & deſiderantur & variantur. Ibi opus de re Ruſtica in duas partes diviſum, & XXXIV. capitibus comprehenſum, titulo *Tractatus de Agricultura* (1), auctore *Abu Zacharia Jahia Ben Mohamad Ben Ahmad*, vulgò *Ebn Alvam*, *Hispalensi* (2), viro & generis ſplendore & ſcientiis Philoſophicis celeberrimo, qui ſexto Egiræ ſeculo floruiſſe videtur (3). Hujus autem Codicis Pars prior extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi inter Codices Arabicos MSS. *Num.* CMXII. ſicut in Bibliotheca Lugduno-Batava.

Eo igitur Libro clariſsimus Scriptor, & conſilium ſuum & Agriculturæ laudes præfatus, univerſam Agricolationis tractationem complectitur. Præcipuos rerum Ruſticarum Auctores Chaldæos, Græcos, Africanos, Latinos, Arabo-Hiſpanos in teſtimonium adhibet: quorum totas paſsim adducit ſententias, ac cœlo, ſoloque Hiſpano ſapientiſsimè accommodat.

Equidem opus eximium atque omnibus, præſertim Hiſpanis Agricolis, fructuoſiſsimum Latinæ conſuetudini tradere conſtitueram; ſed aliis rebus avocato, diſtentoque duo tantùm ejus Capita licuit interpretari. Univerſum tamen, ſiquid otii fecerit Deus, me aliquando, inſertis annotationibus, translaturum ſpero. Intereà Scriptorum, quos Auctor laudat, Catalogum & Libri Capitum Indicem, adjectis tùm ad Hominum, tùm ad Arborum, Pomorum, Herbarum nomina nonnullis animadverſionibus, Arabicè & Latinè, ſive ſpeciminis, ſive promulſidis loco, ſubnectam.

## CATALOGUS
### *SCRIPTORUM ARABUM REI RUSTICÆ,*
*Qui in hoc Opere laudantur.*

ابو حنيفة الدينوري ☼ *Abu Hanipha Aldainuræus*, *Aſſyrius* (qui volumina duo de re Ruſtica ac Veterinaria conſcripſit, annoque Ægiræ 290. deceſsiſſe traditur).

ابو عادي حاتم ☼ *Abu Adi Hatemus* (auctor *Arabs*, Mahometi ævo aliquantò ſuperior).

ابو عبد الله محمد بن ابرهيم بن الفصال الاشبيلي ☼ *Abu Abdalla Mohamad Ben Abrahami Ben Alphasali Hiſpalenſis* (vir doctus ac nobilis, de re Ruſ-



(a) كان للملك سرنديب قطعة ياقوت مستطيلة على هية نصاب السكين وزنها خمسة وخمسين مثقالا ☼ معز الدولة بن دوية كان له فص الماس وزنه ثلثة مثاقيل ☼ لولبة تسمي يتيمة لان ليس لها اخت كانت عند هشام بن عبد الملك توزن ثلاثة مثاقيل ☼

(1) *Titulus*: كتاب الفلاحة ☼

(2) *Auctor*: تاليف ابو زكريا يحيي ابن محمد بن احمد ابن العوام الاشبيلي ☼

(3) *Initium*: فاني لما قرات من كتب الفلاحة المسلمين الاندلسيين ☼

*Finis*: ولا معبود سواه ☼

Ruſtica Tractatum evulgavit ampliſsimum).

☸ ابو عمر بن الحجاج *Abu Omar Ben Alhagiage* ( qui opus de re Ruſtica, *Agriculturæ Clavem* inſcriptum edidit anno Egiræ 466.).

☸ ابو الخير الاشبيلى *Abulkhair Hiſpalenſis* ( qui Agrorum excolendorum uſum & rationem tradidit cùm alienis experimentis, tùm ſuis paſsim comprobatam).

☸ الحج احمد الغرناطي *Alhagi Ahmad Granatenſis* ( Scriptor inſignis, qui anno Egiræ 553. rei Ruſticæ Epitomen confecit).

☸ المهلب بن ابي صفره *Almahlebus Ben Abi Saphra* (*Cordubenſis*, qui de arte equitandi, de Apibus, de Vineis ſcripſit).

☸ علي بن ابي خزام *Ali Ben Abi Khezam* (*Nabathæus*, ſive *Chaldæus*, qui opus compoſuit de re Veterinaria, claruitque ſæculo Egiræ quinto).

☸ ابن قتيبه *Ben Chotaiba* (*Granatenſis*, anno Egiræ 511. nobilis, univerſam Ruris diſciplinam duobus tomis complexus).

☸ ابن ابى خزام *Ben Abi Khazam* (*Cordubenſis*, qui de Hortorum cultu duo edidit volumina).

☸ ابن سعد بن حطيم *Ben Saad Ben Hodhaim* (*Syrus*, Mahometi temporum æqualis).

☸ غريب بن سعد الكاتب القرطبي *Garibai Ben Saad Cordubenſis* (Regi *Abdelrahmano* Tertio à ſecretis, qui Tractatum elucubravit de re Veterinaria, floruitque anno Egiræ 343.).

☸ اسحق الرازي بن سلمن *Isac Ben Soliman Razæus* (*Perſa*, trium de re Ruſtica voluminum conditor).

☸ محمد بن سلام *Mohamad Ben Salam* (*Cordubenſis*, qui de Veterinaria Medicina ſcripſit).

☸ محمد بن خزام *Mohamad Ben Khazam* (Scriptor *Hiſpanus*, qui de Agricultura opus tripartitum elaboravit).

☸ موسى بن نصر *Moises Ben Naser* (*Cordubenſis* & equitandi diſciplinam & rem Veterinariam perſecutus).

☸ ثابت بن قره *Tabet Ben Corraha* (magni nominis Philoſophus).

# CATALOGUS
## *SCRIPTORUM EXTERORUM*
### *Qui in hoc Opere laudantur.*

☸ ادون *Evagon* (*Thaſius*).

☸ ادون *Bion* (*Soleus*, vel *Eubolius*).

☸ ابوليوس *Apuleius* (*Africanus*, quem illuſtrare conatur Kirkerus *Tom. III. Oedipi Ægyptiaci pag.* 69. & *ſeqq.* & *Tom. II. pag.* 177. ubi barbara plantarum vocabula apud Apuleium occurrentia, nunc Arabicæ, nunc Copticæ linguæ ſubſidio explanare contendit).

☸ ابقراط *Hippocrates.*

☸ ارسطاطاليس *Aristoteles.*

☸ افليمون *Philemon* (*Syracuſanus*, fortè *Philometor Siculus*).

☸ اكسيوس *Accius* (Poeta).

☸ انطرليوس *Antrodotion* (fortè *Androtion*).

☸ انطرابيوس (legendum ☸ وفرانيوس) *Euphranius* (*Athenienſis*).

☸ انوليوس *Ennius.*

☸ انون *Hanno* (*Carthaginenſis* Philoſophus).

☸ بارون *Varro* (M. Terentius).

☸ بتودون *Pythion.*

☸ دروزنطوس (legendum ☸ رونطوس) *Rhinto* (Comicus).

☸ بنرون (legendum ☸ بيون) *Bion* (Soleus).

☸ دوسيبوس *Albutius.*

☸ جالينوس *Galenus.*

☸ ديوفنطس (legendum ☸ ديوفنس) *Diophanes* (Bithynus, de quo ita Columella Lib. I. cap. 1. *Diophanes Bithynus Uticenſem totum Dionyſium Pœni Magonis interpretem, per multa diffuſum volumina, ſex epitomis circumſcripſit*).

☸ ديمقراطموس

✿ ديمقراطيوس *Democritus* (cujus opera de re Ruſtica è Græco in Arabicum ſermonem convertit *Abu Baker Ben Vahscia*, natione *Chaldæus*, ſecundi Egiræ ſeculi ſcriptor).

✿ ساوهمس *Cymæus* (*Antigonus*).

✿ سرافوس *Chæreas* (*Athenienſis*, fortè *Sergius* Philoſophus, qui, teſte Abulpharagio, Juſtiniani Imperatoris tempore claruit).

✿ س———سودوقسطس (legendum ✿ سودبورقسطس) *Hesiodus Aſcræus*, (Poeta Homeri, ut tradit Abulpharagius *fol.* 40. æqualis, qui primus de Agricultura verſibus ſcripſit).

✿ الاسباني سيداغوس *Psithacus* Medicus (meliùs ad Codicis fidem, *Isidorus Hiſpanus*).

✿ سيفانوس *Plausiphanes.*

✿ سيماخوس (legendum ✿ لسيماكوس) *Lysimachus.*

✿ شمادبوس *Paxamus.*

✿ شولون (fortè *Zeno Citicus*, *Xenophon Socraticus*, vel *Stilo*).

✿ طامتري *Demetrius* (fortè *Timæus* Medicus).

✿ طروراطيقوس *Diodorus Atticus.*

✿ طفراريطوس *Theophrastus* (Peripateticus).

✿ فرورىطغونس *Pleutiphanes* (legendum *Plausiphanes*).

✿ قسطوس الرومي *Costhus* (Scriptor Græcus, cujus opera de Agricultura in Arabicum tranſtulere *Sergius Eliæ filius*, *Euſthatius*, & *Coſtha Lucæ filius*, natione *Syrus*, anno Egiræ 250. clarus; verſio tamen *Sergii* eruditorum judicio accuratior cenſetur: ita Herbelotius in *Biblioth. Orient. pag.* 975.)

✿ قبطوس *M. Cato* (Priſcus, ſive Cenſorius)

✿ كرذيوس *Crates.*

✿ كرطيوس (legendum ✿ كرسطيوس) *Chræstus* (*Athenienſis*).

✿ كاسينوس (legendum ✿ كسيوس) *Cassius* (*Dionysius*).

✿ لكسينوس *Licinius* (*Menas*, vel *Licinius Nerva*).

✿ متراوديس *Meto* (vel *Matius*).

✿ مهراريس *Mohrarius*, (natione *Indus*, vetuſtate, ac rei Ruſticæ peritiâ clarus).

✿ مرسيال *Martialis* (nempe *Gargilius*, qui de Hortorum cultura ſcripſit).

✿ مرسيناس (legendum ✿ منسياس) *Mnaseas* (vel *Mantius*).

✿ موذوناس *Mago* (*Carthaginenſis*, cujus duodetriginta *De Agricultura* volumina Senatus Romanus in Latinam linguam transferenda cenſuit: quæ *Caſsius Dionyſius Uticenſis* in Græcam vertit, adjectis, demtiſque non paucis; *Diophanes Bithynus* demum ad ſex libros utiliter redegit, ut tradunt Plinius *Natural. Hiſt. Lib. XVIII. cap.* 3. ac Varro & Columella *De R. R. Lib. I. cap. I.* Quæ tamen omnia iniquiſsimo Agricolationis fato penitùs intercidêre.

✿ لاون الطبيب *Leo Medicus.*

✿ دوليوس *Julius* (*Græcinus*, vel *Hyginus*).

✿ يونيوس *Junius* (*Moderatus Columella*, *Hiſpanus*).

Arabes Græca & Latina vocabula ad ſuæ linguæ ſonum accommodantes, ſic ea depravare ſolent, ut alia omnino eſſe videantur. Quamobrem Arabicæ linguæ ſtudioſis conſultum volens, Græcorum ac Latinorum, qui hoc Libro memorantur, Auctorum nomina, in priſtinam integritatem reſtituere ſum conatus. Ut verò eadem Arabicè expreſſa cum Latinè prolatis compoſita, faciliùs extricet lector; Indicem Scriptorum rei Ruſticæ in Catone, Varrone, Columella & Palladio laudatorum, qui à Fabricio *in Biblioth. Lat. Lib. I. cap.* 3. exhibetur, hîc continenter repræſentandum exiſtimavi.

*Accius* Poeta.

*L. Ælius.* Vide *Stilo.*

*Æſchrio.*

*Aga-*

*Agathocles Chius.*
*Albutius.*
*Ambivius.*
*Amphilochus Athenienſis.*
*Anaxipolis Thaſius.*
*Androtion.*
*Antigonus Cymæus.*
*Apollodorus Lemnius.*
*Apollonius Pergamenus.*
*Apulejus.*
*Archelaus.*
*Archytas Pythagoreus.*
*Ariſtander Athenienſis.*
*Ariſtomachus.*
*Ariſtomenes.*
*Ariſtophanes Mallotes.*
*Ariſtoteles.*
*Athenagoras.*
*Attalus Philometor.*
*Atticus* (Julius). Vide *Julius.*
*Bacchius Mileſius.*
*Bias Prienæus.*
*Bion Soleus.*
*Cæcilius.*
*Caſsius Dionyſius Uticenſis* Magonis libros Græcè verſos de Punico miſit ad Sextilium Prætorem. Vide infra in *Diophane* & *Magone.*
*Cato.*
*Cornelius Celſus.*
*Chæreas Athenienſis.*
*Chæreſteus Athenienſis.*
*Chreſtus Euphronis*, non, ut multi putant, *Amphipolites*, ſed indigena ſoli *Attici.*
*Cicero* Oeconomicum Xenophontis Latino ſermone tradidit.
*Cleobolus*, aliàs *Eubolus.*
*Codrus* Grammaticus.
*Columella.*
*Columellæ* patruus *Columella*, illuſtris Agricola.
*Crates.*
*Dadis.*
*Democritus* Phyſicus.
*Dicæarchus.*
*Dio Colophonius.*
*Diodorus Prienæus.*
*Dionyſius*, cujus patriam negat ſe Varro accepiſſe.
*Dionyſius Uticenſis.* Vide *Caſsius.*
*Diophanes Nicenſis Bithynus* Caſsium Dionyſium Magonis interpretem ſex libris epitomes circumſcripſit, illoſque miſit Dejotaro Regi.
*Dolus Mendeſius.*
*Ennius.*
*Epicharmus.*
*Epigenes Rhodius.*
*Evagon Thaſius.*
*Eudoxus.*
*Euhemerus.*
*Euphiton.*
*Euphorion.*
*Euphranius Athenienſis.*
*Euphranius Amphipolites.*
*Euphron.* Supra in *Chreſto.*
*Euthronius*, niſi legendum *Euphranius.*
*Gargilius Martialis.* Vide *Martialis.*
*Græcinus.* Vide *Julius.*
*Hamilcar.*
*Hegeſias Maronites.*
*Heraclitus Epheſius.*
*Heſiodus Aſcræus.*
*Hiero Siculus.*
*Hipparchus.*
*Hippocrates* Medicus.
*Homerus.*
*Hyginus* de Apibus.
*Iſchomachus.*
*Julius Atticus.*
*Julius Græcinus* libro quem *de Vineis* ſcripſit.
*Licinius Menas.*
*Licinius Nerva.*
*Lucilius.*
*Lyſimachus.*
*Mago Carthaginienſis*, ruſticationis parens, cujus Libri XXVIII. ex Senatuſconſulto de Punica lingua in Latinam verſi ſunt. Eoſdem *Caſsius Dionyſius Uticenſis* Græcè complexus eſt libris viginti; qui de Græcis ſcriptis etiam varia addidit.

*Ma-*

*Mamilius.*

*Manius Percennius Nolanus.*

*Maro.* Infra *Virgilius.*

*Martialis* ( Gargilius ).

*Matius.*

*Menander Heracleotes.*

*Menander Prienæus.*

*Menas* ( Licinius ).

*Menecrates Epheſius* verſibus de Agricultura ſcripſit.

*Meneſtratus.*

*Meto.*

*Mnaſeas.*

*Nerva* ( Licinius ).

*Nicander.*

*Niceſius Maronites.*

*Pacuvius.*

*Paxamus.*

*Percennius Nolanus* ( Manius ).

*Perſis.*

*Philometor* ( Attalus ).

*Piſo* Hiſtoricus.

*Plato.*

*Plautus.*

*Plauſiphanes.*

*Pœni* Scriptores. Vide *Mago*, *Hamilcar.*

*Pythagoras.*

*Pythion Rhodius.*

*Rhinto* Comicus.

*Saſernarum* patris & filii libri.

*Scrofa* ( Tremellius ). Vide *Tremellius.*

*Seneca.*

*Sibylla.*

*P. Silvinus.*

*Stilo* ( C. Ælius ).

*Syri.*

*Tarquenna.*

*Terentius Varro.* Vide *Varro.*

*Thales.*

*Theophilus* rei ruſticæ ſcriptor.

*Theophraſtus* Peripateticus.

*Timæus.*

*Tremellius Scrofa.*

*Varro* ( M. Terentius ).

*Virgilius.* Georgicum Virgilii carmen ſupplet Columella libro *De Cultu Hortorum.*

*Xenophon* Socraticus. Oeconomicus ejus à Cicerone verſus.

*Zeno Citieus.*

## *INDEX CAPITUM*
### *Ejuſdem Operis.*

في معرفة الطيب من انواع الارض ودلايل
ذلك وذكر اقسامها وطبايعها وتسمية
ما يصلح ان يزرع او يغرس في كل نوع
منها وما لا يصلح ۞

CAPUT I. „ De optimæ Terræ cognitione, illiuſque ſignis; de Terræ diviſione, natura & proprietatibus: ubi de Seminum, Arborumque generibus, quæ terræ cuique aptè, ineptéve mandantur.

في الزبول وانواعها ومنافعها وتدبيرها
ووجه استعمالها وتسمية ما تحتمله من
الاشجار والخضر ومالا تحتمله ۞

CAPUT II. „ De Stercorum genere & utilitate, uſuque ſtercorandi; necnon de Arborum, Plantarum, Olerum ſpecie, quibus ſtercoratio conveniat, quibus noceat.

في السقي وذكر الامياة المستعملة
وانواعها وفي فتح البيار في الجنان
وذكر ما يستدل به علي قرب الما من
وجه الارض وبعده عنها ۞

CAPUT III. „ De Irrigatione, de Aquarum qualitate & uſu: ubi de Puteis effodiendis, conſtruendiſque in hortis; necnon de ſignis Aquæ ibidem inveniendæ.

في انتخان البساتين وترتيب غراسة
الاشجار فيها وانتخابها ۞

CAPUT IV. „ De Hortis conſtruendis, ac de Arborum ſerendarum ordine & delectu.

في صفة غرس الاشجار وانواع الاثمار

في

في البعل والسقي ومعرفة اوقاته وتقدير عمق الحفر للغراسات وطولها وعرضهـــا وقدر البعد بينها ☼

Caput V. „ De ratione ac tempore „ Arbores ſive frugiferas , ſive ſylve- „ ſtres , ſive irriguas conſerendi. Ibi „ etiam de Fruticibus & Plantis humi- „ lioribus terræ committendis ; de fo- „ diendi menſura ſationi idonea : ubi de „ hujuſmodi foſsionum longitudine , la- „ titudine ac mutua earum inter ſe di- „ ſtantia.

في صفة العمل في غراسة الاشجـــــار المطعمة والابقـــال وفي اوقات الزراعـــات والغراسات النسخ وقطع القضبـــــان والخشب ☼

Caput VI. „ De Arboribus inſeren- „ dis , de Oleribus , ceteriſque ſemini- „ bus terræ mandari ſolitis , ac de tem- „ pore putandi , Lignaque cædendi.

Hîc Auctor ſingula Arborum , Plantarumve genera , quæ in Hiſpaniarum regionibus terræ committi poſſunt , recenſens, diſtantiarum inter illas modum, foſsionumque altitudinem præſcribit. Prætereà de Herbarum inutilium extirpatione agens , varia indicat remedia; omnium tamen præſtantiſsimum frequentiorem terræ cultum eſſe docet.

في تسمية الاشجار المعتاد غرسها فـــي اكثر بلاد الاندلس مع الابقال العمـــل في غراسة كل شجرة منها ☼

Caput VII. „ De Arborum , Plan- „ tarumque ſerie , quarum uſus & cul- „ tus in pleriſque Hiſpaniæ locis maximè „ obtinuit ; poſtremò de Arboris cujuſ- „ que cultura.

## *ARBORUM & FRUCTUUM MOMENCLATURA.*

☼ الزيتون نوعان برى واهلى *Olea* ſylveſtris & ſativa.

☼ الرند ويسمي الغار والرهمست *Laurus*, ſeu *Daphne*.

☼ الخروب *Siliqua* , Hiſpanè *Algarrobo* , à voce Arabica : cujus plura in Hiſpaniis naſcuntur genera.

☼ الريحان يسمي اس *Myrtus* , Hiſpanè *Arrayan* , à voce Arabica. Hæc ſativa, & ſylveſtris : utraque multiplex.

☼ الحناء الاحمر ويسمي قطلب *Arbutus*, *Unedo* , Hiſpanis *Madroño* , Italis *Albatro* , *Ceraſo marino*.

☼ القسطور ☼ شاه بلوط ☼ القسطل *Caſtanea* , *Glans Regia*.

☼ بلوط *Quercus* , cujus fructus , Hiſpanè *Bellota* , ab Arabico ipſius arboris vocabulo *Balluth* nomen invenit.

☼ انجـــاص ☼ وسمي اجاص ☼ كمثري *Pyrus* , vel *Pyrum*. Pyrorum in Hiſpania multiplex genus : ☼ السكـــــري mellitum ; ☼ الذكري ſuperbum; ☼ القرعي cucurbitinum , ſeu lacteum; ☼ السراجي odoratum.

☼ العناب *Ziziphus* , Hiſpanè *Azufaiſo* , à voce Arabica , ſeu Africana ☼ الزوزف *Alzuzaf*.

☼ النبق *Lotus* , ſpecies arboris *Ziziphi* ſimilis , Auctori noſtro *Ziziphus* ipſa. Ejus fructus multicolor , rubeus , luteus , ſed minoris baccæ ; arbor inſertioni prorsùs inepta.

☼ الفستق *Piſtacia* , cujus duo genera, mas & femina , arbor in Hiſpania olim notiſsima. Maximus Piſtaciorum proventus hodie *Comæ* in Perſide , & *Alepi* in Syria celebratur. Piſtacia alia hortenſis & ſativa ; alia ſylveſtris. Hiſpani, corrupta ex Arabico voce, *Alfoſtigo*, ſive *Alhoſtigo* , aut *Alhocigo* , & uſitatiùs *Alfonſigo* appellant.

☼ حب الملوك ☼ القراسيا *Ceraſus*. Ceraſorum duo genera , nigrum , ſeu duracinum ; & rubeum , quod *Apronianum* vocant.

☼ المشتهى *Meſpilus* , vel *Aronia*, quam Arabes Hiſpani *Almoſchtahi* vocant, Syri الزعرور *Alzarur*. Magna hujus ar-

arboris copia eſt in *Granatæ* provincia.

✿ المضع *Lycium*, cujus fructus maximè rubet, *Solano* ſimilis.

✿ رمان *Malum Punicum*, cujus complura genera reperiuntur, candidum, fulvum, & roſaceum, dulce, acre atque mixtum. Punicorum autem dulcium ſpecies multiplex eſt: شعري *Schari*, corticis tenuiſsimi; امليسي *Amliſi*, maximum, eſu gratiſsimum & acinorum expers; السحي *Alſahi*, minoris magnitudinis & formæ orbicularis, quod propterea الدلوي *Dalui* & الدواري *Duari* appellatur; القسطيسي *Alcaſtiſi*; العدسي *Aladſi*; المرسي *Almorſi*, id eſt *Murcianum*; الخزايني *Alkhazaini* ab aſſervando; الترحين *Altarhin*; المروني *Almoruni*; السفريا *Alſafria*, magnitudine & ſapore præſtantiſsimum, ita quidem dictum à viro, nomine *Safri*, qui primùm hanc arborem è Syrorum regione *Cordubam* tranſtuliſſe fertur, imperitante in Hiſpania *Abdelrahmano* hujus nominis primo. Plura hoc loco Scriptor de *Mali Punicæ* inſertione, de proprietatibus & utilitate memoratu digniſsima enarrat.

✿ الجلنار *Algelnar*, Mali *Punicæ* ſpecies. Altera hortenſis, ſylveſtris altera, foliis, flore, fructu longè pulcherrima.

✿ اللوز *Amygdala.* Altera dulcis, altera amara: prior cortice aliquando eſt tenuiſsimo, ita ut manibus conteri facilè poſsit.

✿ الصنوبر *Pinus.* Triplicis generis: femina frugifera; mas ſterilis, cujus nux caret nucleis; tertia *Cupreſſo* ſimilis, quæ vocatur *Pinaſter*, mira altitudine, & in medio ramoſa ſicut *Pinus* in vertice.

✿ الارز *Cupreſſus.* Duplex ea eſt: altera *Tamarici* ſimilis, altera *Junipero*. *Tamarix* autem Hiſpanè *Taray* dicitur à voce Arabica طرفا *Tarfa.*

✿ التوت الفرصاد *Morus Arabica*, cujus foliis bombyces aluntur. Fructûs color multiplex: albus, niger, rubens, croceus, cæruleus, luteus; ſapor dulcis & acidus.

✿ الجوز *Nux*, quæ etiam multiplex eſt.

✿ التين *Ficus.* Multa & varia ejus ſunt genera.

✿ الورد *Roſa.* Hæc albens, purpurea, centifolia, &c. *Viti*, *Malo*, *Amygdalæ*, aliiſque id genus inſeri poteſt.

✿ الياسمين *Aliaſmin*, *Jeſiminum*, nempe album, flavum, albo, nigroque colore diſtinctum, purpureum; odore nullo: ſativum & ſylveſtre.

✿ الاترج *Malum Aurantium*, *Malum Citreum*, quod cortice præſtat dulciori & magnitudine *Pepomelones* ſuperat.

✿ الترنج *Malum Medicum.* الربوع

✿ ليمو الليمون, aliud ſapore dulce, aliud acidum: quorum variis abundat generibus *Corduba* & *Hiſpalis.* Eorum ſpecies, ſationem, atque inſertionem Scriptor noſter copioſiùs tradit.

✿ البستنيون *Albaſtaniun*, *Baſtanium.* ريبوع *Raibu*, Hiſpanis *Tomate*, Italis *Pomo d'oro*, quod ita deſcribitur: eſt ſtriatâ formâ, colore aureo, ſemine multo, ſapore peracido: quæ omnia Pomo *Tomate* planè congruunt.

✿ غبريا *Gabria* Arabibus, & سبستان *Sebaſtan* Africanis; *Latinis Sorbus.* حودر *Hudar.* Ejus fructus, alius quidem turbinatus, ovatus alius, qui Dyſenterico morbo maximè prodeſt, & coitum ciet.

✿ الداري *Aſpalathus*, frutex qui florem maximè purpureum emittit ſapore nonnihil acidum; fructûs expers. *Aldari* Arabes vocant.

✿ الكاري *Alkari*, nomen arboris *Palmæ* ſimilis, quæ aſperâ & arenoſâ terrâ delectatur.

✿ سفرجل ولوز الهند *Saphargel* & *Lauz Alhend*, Latinè *Malum Cotoneum*, vel *Cydonium.* Plura ejus genera: chryſome-

melum, ſtrutheum, muſteum: aliud orbiculatum, oblongum aliud.

☼ تفاح *Taphah*, Latinè *Malus*, Hiſpanè *Manzano.* Varia *Malorum* ſunt genera, dulce, acidum & inſipidum: quæ varia etiam apud Arabas Hiſpanos obtinuere nomina, videlicet ☼ الشعيبي ☼ الرخامي ☼ الشبرقار ☼ العليبى *Alſchaibi, Alrakhami, Alſchabarcar, Alalaibi.*

☼ الميس *Maiſa*, nomen arboris magnæ, ex qua ſellæ doſſuariæ parantur. Dicitur etiam الفتفت *Alphotphot.* Baccas nigricantes baccis laurinis haud abſimiles, palato dulces & gratas emittit.

☼ ازادرخت *Azadrakhat*, nomen Perſicum, *Arborem liberam* deſignans, quæ racemoſum fert fructum, *Meſpilis aroniis* colore & formâ non diſsimilem. Ex ejus foliis & fructu unguentum conficitur, quod capillos tingit, eoſque nigros, criſpos, denſos præſtat, ac defluere juxta prohibet.

☼ البرقوق *Albericuk*, Latinis *Malum Armeniacum*, Hiſpanis *Albaricoque.* Arabes etiam المشمش *Almoſchmoſch* التفاح الارمني *Altophah Alarmani* nuncupant. Non pauca verò illius habentur genera, quorum omnium nobiliſsimum eſt *Damaſcenum.*

☼ التفاح الفارسي ☼ الخوخ *Prunus.* Prunorum multa ſunt genera: *Damaſcenum*, ſeu *Syriacum*, herbaceum, maliprunum, nuciprunum, amygdalinum, &c. Ceterùm Pruna *Damaſcena* à forma Hiſpanis *Bovis oculi* عيون البقر, Syris à colore *Pruna alba*, ſeu *cerea* اجاص appellantur: utraque odore, ſapore, ſalubritate commendanda.

☼ النخلة ☼ شهريز ☼ عجوة *Palma.* Hujus varia ſunt nomina, uti & genera. Ex dactylis autem vinum & panis conficitur.

☼ جلوز ☼ جلوزة ☼ بندق *Nux Avellana*, & *Nux Indica magna.* ☼ نارجيل ſpecies *Palmæ* Indicæ. ☼ فوفل Nux *Faufel*, de qua Garcia de Horto *Aromat. Hiſt. lib.* 1. *cap.* 25.

☼ الكرم *Vitis.* Alia præcox, alia ſerotina, alia biſera & triſera. Uvarum autem ſpecies multiplex: alba, nigra, apiana, apyrina, corniculata, &c. Ibi diligentiſsimus Scriptor variam excolendarum vinearum rationem ex vario locorum ingenio perſecutus, methodum *Hiſpalenſibus* colonis uſitatam fuſiùs exponit.

☼ قصب السكر *Sacchari arundines.* Plura de modo eas ſerendi, ſuccum eliciendi, &c. diſſeruntur.

☼ الموز *Muza*, nomen arboris, vel fruticis, cujus fructum ſic Joannes Leo Africanus *Lib. IX. pag.* 300. deſcribit: „ Naſcitur ex planta exigua, foliis „ magnis, latis & cubitalis longitudi- „ nis: amœnitate & ſuavitate præter „ modum excellit, ad magnitudinem „ parvorum cucumerum aſſurgens. „ Ferunt Mahometani Doctores hujus „ fructûs comeſtionem Deum primis „ Parentibus interdixiſſe; quod ubi co- „ mediſſent, retecta verenda ejus fru- „ ctûs foliis, ei rei inter plantas reli- „ quas aptiſsimis, operuere.

Ampliorem hujus fruticis & fructûs deſcriptionem exhibent populares noſtri Gabriel Sionita & Joannes Heſronita in Tractatu, quem *De nonnullis Orientalium Urbibus, necnon Indigenarum religione ac moribus* ad calcem Geographiæ Nubienſis edidere, *Cap.* x. *pag.* 32. „ In hac (urbe Tripoli) feliciter „ creſcit arbor quædam, ſeu potiùs fru- „ tex *Almauz* dicta, vulgò *Poma Adami*; „ eſtque ſtipite viridi, folia habens in „ digitorum modum protenſa; nullos „ tamen producens ramos præter ea „ folia, quæ ſunt tam longa & lata, „ ut quiſque facilè uno tantùm tegi „ atque cooperiri poſsit. Fructus à ſti- „ pite pendentes fabarum recentium „ ſili-

„ ſiliquis inſtar ſemel hæc arbor profert ; hique ſunt ſapore delicati ac dulces, gratique palato ; colore dum maturi ſunt ſubflavo , odore roſis non abſimiles , guſtuque ferè peponibus , formâ oblongâ , cortice craſſa , quæ facilè veluti ficus detrahitur. Semen nullum habent ; ſed ſtipites album in terram gummi emittunt, quod in alium creſcit fruticem.

Hæc nimirum Arbor illa eſt, ut vel ipſa loquitur deſcriptio, quam Hiſpani cùm in Inſulis Fortunatis, tùm in utraque America *Platano* vocitant. Hæc eadem pluribus, ſive Aſiæ, ſive Africæ locis naſcitur.

✿ قصب *Arundo* , vel *Calamus* , cujus varia laudantur genera , quæ Arabes vocant قصب الفارسي ✿ اللسان ✿ والبيان ✿

✿ الدردار *Ulmus*, maritandis vitibus maximè habilis , cujus tria ſunt genera. Duo priora fructum craſſum & tenuem ferunt , quem Medici *Linguam Avis* , ſive *Semen Fraxini* , appellant; tertium لسان العصفور fructu caret.

✿ الدلب *Platanus*. Varia ſunt genera, in his arbor illa Arabibus الصفيرا *Saphira* dicta à tinctu croceo.

✿ الدفلي *Rhododaphne*. Eſt arbor, quæ *Laurum* foliis, floribus *Roſam* refert.

✿ الصفصاف *Salix*. Non pauca illius genera. *Salicem* quoque Arabes appellant خلاف *Khalaph* : quod veriùs *Salici* convenit.

✿ الحور *Populus*. Hæc duplex, alba & nigra : utraque locis aquoſis gaudet & paluſtribus.

✿ النشم *Naſcham*, nomen arboris *Populo* ſimilis. Altera eſt nigra , mas videlicet , nullum ferens fructum ; alba altera, eaque femina , unde parantur Arcus. An quæ Hiſpanis *Almez*, vel *Almezo*?

✿ بقس شمشار *Baks* & *Schamſchar* , Latinè *Buxus*.



في تركيب الاشجار وفي صفة التركيب اليوناني الفارسي والنبطي في معرفة اوقات تركيب الاشجار وما هي ✿

Caput VIII. „ De Inſertionibus : ubi de inſertione Græca , Perſica & Syriaca , atque de earum tempore ; tùm arbores inſertioni idoneæ recenſentur.

في العمل في زبر الاشجار والكروم ووقت ذلك ✿

Caput IX. „ De arte ac tempore Arbores , Viteſque putandi.

في كيفية العمل في عمارة الارض المغروسة وفي اختيار الرجال لاعمال الفلاحة ✿

Caput X. „ De Terræ conſitæ cultu , necnon de Colonorum delectu.

في صناعة التزبيل وفي عمل الارض المالحة ✿

Caput XI. „ De Stercoratione , ac de Terræ ſalſæ cultura.

في نوع سقي الاشجار والخضر ✿

Caput XII. „ De Irrigatione tùm Arborum , tùm Olerum.

في عمل عظم ثمر الاشجار وحلي مطعمها وكثرة المادة فيها وفي الاشجار المتحابة والمتنافرة ✿

Caput XIII. „ De modo efficiendi fructus majores, dulciores , ſuccoſiores, &c. ubi & de Arborum Sympathia & Antipathia.

في اعلاج الاشجار وبعض الخضر والبقول من الامراض التي تحدث لها ✿

Caput XIV. „ De variis Arborum, Plantarum , Herbarumque morbis, ac remediis.

صفة في ان تزهر الزهور والاشجار تثمر في غير ايامها وتتنوع اوراقها في الالوان ✿ وفي ان ثمر التفاح تصير فيه كتابة

كتابة وتصوير ۞ وان في عنقود العنب وغصن التين تظهر الالوان مختلفة ۞ وان حب العنب يكون دون نوى ۞ وان في شجرة واحدة وكذلك في البقول وغيرها تكون روايح وطعوم مختلفة وان الاشجار والزروع تعظم خلافا لطبعها ۞

Caput XV. „ In quo multa & quidem ingenioſa rei Ruſticæ Arcana „ proponuntur : adjectis compluribus „ Auctoris experimentis & obſervationibus. De arte ſcilicet efficiendi ut „ alieno tempore Flores effloreſcant, Arbores producant fructus, earumque „ folia variis diſtinguantur coloribus : ut „ in Malorum pomis inſcriptiones & „ picturæ videantur : ut in Vitium racemis, ac in Fici ramis varii appareant colores : ut Uva vinaceis vacet : „ ut una, eademque Arbor, Planta, „ Oluſve varios odores emittant, ac ſapores præſtent : denique ut plures Plantæ in ampliorem ſolito modum exc „ creſcant.

في انوع اختزان الحبوب مثل البر والشعير وغيرها ۞ وكذلك الفواكه الغضة واليابسة ۞

Caput XVI. „ De modo & arte ſervandi Semina, ut Triticum, Hordeum, &c. necnon Fructus, tùm recentiores, tùm ſiccos.

في كيفية عمل الحرث والتقليب ووقته ۞

Caput XVII. „ De modo, & tempore Terræ arandæ, invertendæ, occandæ.

في معرفة وقت زراعة الحبوب والقطاني ۞

Caput XVIII. „ De modo & tempore Semina & Legumina terræ mandandi.

Ibi Auctor conſtitutis temporibus ſativis, Seminum vocabula recenſet, eorum præcipuè, quæ ipſius ætate in Hiſpania terræ mandari mos erat.

البر ۞ الشعير ۞ الحمص ۞ *Triticum. Hordeum. Cicer.*

الكرسنة ۞ الفول ۞ الجلبان ۞ *Ervum. Faba. Piſum.*

القطن ۞ العدس ۞ الترمس ۞ *Goſſypium. Lens. Lupinus.*

الكتان ۞ الجزر ۞ الكرنب ۞ *Linum. Paſtinaca. Braſſica.*

السلجم ۞ الباذنجان ۞ القرع ۞ *Rapum. Melongena. Cucurbita.*

الفجل ۞ البصل ۞ البطيخ ۞ *Raphanus. Cæpe. Melones.*

القثا ۞ الاسفاناخ ۞ القنب ۞ *Cucumis anguinus. Spinachium. Cannabis.*

اللفت ۞ القنبيط ۞ السلت ۞ *Napus. Braſſica Cypria. Hordeum nudum.*

الدخن ۞ الذرة ۞ العلس ۞ *Milium. Panicum. Alalas*, genus *Tritici* bicoccon, quod & الاشكالية *Aſchcalia* vocitatur.

السمسم ۞ السماق ۞ الكمون ۞ *Seſamum. Rhus*, Hiſpanè *Zumaque. Cuminum.*

القلقاس ۞ الحنة ۞ الزعفران ۞ *Colocaſia. Hinna* ( ſeu *Cyprus* ). *Crocus.*

في معرفة وقت زراعة القمح والشعير وغير ذلك ۞

Caput XIX. „ De tempore ſerendi „ Triticum, Hordeum, & alia id genus Semina.

Caput hoc, perinde ac XVII. à nobis, ſimulque ab erudito Viro *D. Petro Rodriguez Campomanes*, in Hiſpanum ſermonem ſunt converſa : quæ cum notis & indice nominum Auctorum, aliarumque rerum Arabico-Hiſpano, ſub auſpiciis *Exmi. D. Joſephi de Carvajal & Lancaſter* prodiere anno 1751. Matriti, ex typographia Antonii Perez de Soto ; & *Appendicis* titulo ac loco acceſſere ad Opus etiam Hiſpanè tranſlatum, cujus inſcriptio : *Tratado del Cultivo de las Tierras, ſegun los principios de Mr. Tull,*

*Tull*, *Inglés. Compueſto en Francés por Mr. Duhamel de Monceau*, &c. ibidem, eodemque anno typis *Joſephi de Orga* excuſum in 4.

في زراعة الارز الذرة العدس الجلبان اللوبيا بعلا وسقيا وفي أفلاحها ☼

Caput XX. „ De arte ſerendi, excolendique Oryzam, Milium, Lentem, „ Piſum, Phaſeolum, &c. imbrium, „ vel irrigationis ope.

في زراعة القطاني مثل الفول الحمص القرطم ومايشابهها ☼

Caput XXI. „ De Leguminibus ſerendis, puta Faba, Cicere, Carthamo „ (ſeu Cnico) & id genus aliis.

في زراعة الكتان القطن القنب الزعفران الحنا الفوة السماي والفصفصة ☼

Caput XXII. „ De arte ſerendi Linum, Goſſypium, Cannabim, Crocum, Cyprum (Hiſpanè *Alheña*) Valerianam, *Alſemai* (herbæ genus), Medicam, &c.

في المباقل واتخاذها والعمل بها في البساتين ☼

Caput XXIII. „ De Herbis ſativis: „ ubi de earum electione, cultu, &c.

Inter alia Olera, de quibus agit Auctor, ea hîc recenſebo, quæ varia apud Arabas obtinuere nomina, ut videlicet, quæ fruſtra in Lexicis perquiras, in promptu & quaſi ad manus habeas.

☼ الخس الاشبيلي والقرطبي *Lactuca Hiſpalenſis & Cordubenſis* (illa ampliis, hæc minoribus foliis).

☼ الهندبا السرس البستاني *Cichoreum* (ſeu *Intybum*) ſylveſtre & ſativum.

☼ البقلة الرجلة *Portulaca*. Plura hujus ſunt genera & nomina: ☼ بقلة الحمقا *Olus inſipidum*, ſeu *fatuum*; ☼ بقلة اللبنة *Olus molle*; البقلة اليمانية *Olus Jemanicum*.

☼ بليطس *Blitum*, quod Arabes diverſis appellant nominibus: جرجوز جرجوز

☼ القطف ☼ السرمق *Atriplex*.

☼ البقلة الذهبية *Spinachium*.

☼ بقلة اترجية *Citrago*.

☼ بقلة الانصار *Braſsica*.

☼ بقلة الباردة *Hedera*.

☼ بقلة الخطاطيف *Chelidonia*.

☼ بقلة العدس *Calamintha. Dictamnum*. Id Arabes vocant بقلة الغزل *Capreolorum olus*; quòd hi, ut perhibent, ſagittis confixi, herbam hanc quærant, illiuſque paſtu eas excutiant.

☼ بقلة المباركة *Intybus*.

☼ بقلة الملك *Fumaria*.

☼ بقلة اليهودية *Sonchus*.

*Braſsica*. Hæc varias complectitur ſpecies, quæ quidem varia etiam apud Arabas Hiſpanos tùm à ſapore, tùm à magnitudine ſortitæ ſunt vocabula, videlicet: الكرنب ☼ القنبيط ☼ بقلة الانصار ☼ بقلة الاندلسية ☼ بقلة الشامية ☼

☼ السلق *Beta*, hortenſis nempe & agreſtis, quam Hiſpani *Acelga* à voce Arabica vocitant.

☼ الحماض *Oxalis*, cujus quinque ſunt genera.

في زراعة البقول ذوات الاصول مثل السلجم الفجل الجزر البصل الثوم الكراث حب الزلم الاشقاقول ☼

Caput XXIV. „ De Oleribus radice „ præditis, qualia Rapum, Raphanus, „ Paſtinaca (quam Hiſpani *Zanahoria* „ vocant à voce Arabica ☼ اسفنارية) „ Cæpa, Allium, Porrum, Zelemicæ „ baccæ, & Siſer (vulgò *Secacul*).

Caput XXV. „ De Oleribus flore „ præditis, aliiſque id genus, puta Cucumere anguino, Melone, cujus genera ſex enumerantur: ☼ القثا ☼ البطيخ ☼ الدلاع *Abdolaa*, Cucumeris ſpecies Alepi nota; ☼ النفاج *Anguria Anaphagi*, aliud etiam Cucumeris genus, *Aldolaa* ſimile, pulpâ tenerâ, cortice ſtriato, odore & ſapore, ubi maturuit, grato; ☼ الخيار Ci-

*Citrulus*; ۞ الحنظل *Colocynthis*, ſylveſtris Cucurbitæ genus, purgationibus alvi utile.

۞ القرع *Cucurbita*.

۞ الباذنجان *Melongena*. Quatuor ejus ſunt genera, &c.

Caput XXVI. „ De Plantis Oleribuſque ſemine præditis, ſive condimentariis, ſive medicatis „. Cujuſmodi ſunt:

۞ الكمون *Cuminum*.

۞ كمون حلو *Aniſum*, ſeu *Cuminum dulce*.

۞ كمون ارمني *Cuminum Armeniacum*.

۞ الكراويا *Careum*, vulgò *Carui*, Hiſpanis *Alcaravea*, quod vicem *Aniſi* præbet, florem ferens album.

۞ حبة السودا الشونيز *Melanthium*, ſeu *Nigella*, à ſeminis nigredine ſic dicta.

۞ حرف ۞ حب الرشاد *Naſturtium*.

۞ نيسون *Aniſum*. Species ejus major dicitur كمون حلو كمون ابيض, *Cuminum dulce & album*. Fertur Aniſum adversùs venena efficaciſsimum eſſe remedium.

۞ الرازيانج *Fœniculum*. Eſt & in hoc genere Fœniculum ſylveſtre, *Crithamum* & *Hippomarathrum* dictum: utrumque Arabes vocant البسباس ۞ النمك

۞ حب الخردل *Semen Sinapis*, Arabibus الصبر *acre* dicitur, ob acrimoniam in condimentis uſitatiſsimum.

۞ الكزبرة *Coriandrum*.

۞ اندراسيون *Peucedanum*.

في صفة العمل في زراعة الاحباق والريا حين ۞

Caput XXVII. „ De Herbis odoratis, necnon de Floribus „.

۞ بنفسج, & الخيري *Viola*. Hiſpani, corrupto nonnihil vocabulo ab Arabibus mutuato, *Alheli* appellant. Violæ octo recenſentur genera tùm ſativa, tùm agreſtia: album, nigrum, purpureum, luteum, &c.

۞ السوسن *Lilium*. Id Hiſpani Arabas imitati, *Azucena* vocitant. Sunt autem quatuor Liliorum genera: album, nigrum, croceum, irinum.

۞ النيلوفر *Nenuphar*, genus *Nymphææ*; cujus quidem flos jam albus, jam luteus & nitens, jam purpureus, odoris eſt ſanè gratiſsimi; radice verò alba & ſcabra. *Id genus*, ait noſter Auctor, *aliud omnino eſt à Nymphæa Medicis nota*.

۞ البهار *Buphthalmum*, quod & *Roſa canina* & *Flos Amoris* vocitatur. ورد الحمار ۞ ومهيج العشق ۞. Puto tamen hunc Florem, quem Arabes *Bohara* dixere, non alium à flore *Blephara* nuncupato, & *Roſæ albæ* ſimilem eſſe.

۞ النرجس *Narciſſus*. Tria hujus ſunt genera: alterum colore albo, alterum croceo, tertium *Macedonium* dictum, odore jucundiſsimo, & in medio purpureum habens colorem.

۞ اذريون *Azrion*, nomen Floris, colore anthracino, capillamentis mediis nigris, cujus triplex eſt ſpecies: fulva una, rubra altera, tertia denique varia. Earum quæque ignem refert colore: quapropter *Argemonæ* ſpecies jure creditur.

*Mentha*. Quatuor ſunt genera, quorum hîc nomina recenſet Auctor, nempe النعنع السيسنبر ۞ الصندل ۞ السنبر ۞.

۞ نسرين *Naſrin*, Narciſsi ſpecies, *Jaſmino* quidem ſimilis, odoris gratiſsimi, fortè *Roſa Damaſcena*, aut *Roſa Muſcata*: cujus floris genus eſt duplex, alterum colore albo, flavo alterum.

۞ البنفسج *Chryſanthemum*. Aliud ſylveſtre anguſtiore folio, ſativum aliud, quod latiore folio ab radice exit.

۞ الريحان *Myrtus*, Hiſpanis *Arrayan* à voce Arabicâ. Bina ejus ſunt genera, nigrum & candidum: utrumque latifolium.

۞ المردقش ۞ المرددوس ۞ المرزنجوش *Sampſuchum*, ſive *Amaracus*. Hiſpani, uti Arabes, *Almoradux* vocitant.

۞ الحبق ۞ البادروج *Ocymum*. Id utroque

que nomine Arabico *Albahaca*, *Alfabega* Hiſpani nuncupant. Eſt vel citratum, vel Cariophyllatum. Omnium laudatiſsimum Syriacum. Arabes hocce nomen multis herbarum generibus indere ſolent, ut videre eſt in mox referendis : حبق النبطي حبق البقر *Chamæmelon*, حبق الترنجان *Citrago*, حبق التمساح *Mentha aquatica*, حبق الراعي *Artemiſia*, حبق الشيوخ *Marum*, حبق الفيل *Amaracus*.

۞ الخزم *Hyacinthus.* Alio etiam nomine vocatur سوسن الاسمانجوني, nempe *Lilium cæruleum*, quod eſt agreſte.

۞ المرم *Alharam*, fruticis genus *Lupino* non diſsimile, flore albo & odore jucundo.

۞ المرو *Marum.* Ita quidem Arabes cum Græcis herbam hanc ſurculoſam & odoratam nominant. *Marum* quoque dicitur حبق ابيض *Ocymum ſenis*, quod *Origanum* flore, ſed odoratiore imitatur.

۞ الخطمي *Althæa*, quæ & ورد الزينة *Roſa ornatûs* dicitur, quod feminæ ejus floribus, quippe ad Roſarum ſpeciem accedentibus, exornari ſolerent. *Althæa* Cordubæ tam altè aſſurgit, ut arborem credas. Atque hæc gemina eſt: altera florem purpureum, altera ad album, luteumque deſcendentem emittit. Feminas in balneis ejus foliorum ſucco caput abluere, ejuſdem etiam florum aſpectu animos mirificè recreari perhibent. Quin & exeperientiâ comprobatum eſt hominem unguento ex Althææ foliorum cinere & oleo confecto faciem, manuſque perlinitum, ab Apibus, Veſpiſque minimè lædi.

۞ الخيار *Myrobalanum*, quod etiam dicitur ملوخيا *Melugia*, & بقلة المرجية *Olus prati.*

۞ في زراعة انواع من النبات البستانية

Caput XXVIII. „ De vario Plantarum, Herbarumque hortenſium genere & cultu.

Harum è numero ſunt, videlicet:

۞ ماميثا *Memeza.* „ Duplex eſt ( inquit „ Abulkhair *Hiſpalenſis* ) ſylveſtris & „ ſativa, *Papaveri* proxima, flore croceo, „ ſed ſapore dulci prædita. *Mamezam* „ eſſe fruticem *Intybo* ſimilem auctor „ eſt Abu Abdalla Mohamad Ben „ Alphasali *Hiſpalenſis* : qui præterea „ addit, eam cubitali altitudine aſſurgere, gracilibus virentibuſque ramis, „ & calyculo ſupernè inſtructam, unde „ flores colore pallido erumpunt, vel „ purpureo *Anemones* floribus aſsimiles ; ſiliquas ferre oblongas *Phaſeoli* „ more ; illius autem ſemen nigrum „ eſſe & exile, majus tamen ſemine *Portulacæ* „ . Hucuſque laudatus uterque Auctor : ex quorum deſcriptione, ſi conjectare licet, non dubitem aſſerere *Mamezam*, quam Hiſpani *Almez* corruptè vocant, *Sebaſten* eſſe, aut *Loti*, ſeu *Fabæ Græcæ* ſpeciem. Ex *Mamezæ*, vel cum articulo, *Almamezæ* floribus, teſte Scriptore noſtro, fit ptiſana oculorum morbis utiliſsima ; foliorum verò ſuccus Eryſipelata, uſtioneſque tollit. Ejus quoque ſemine pingueſcunt mulieres.

۞ القنارية *Cinara*, nempe *Carduus altilis.* Arabes Hiſpani appellant *Alcanaria*, الطرية *Althariam* ; الكنجر *Alkanger*, الحرش *Alharſcha.*

۞ السذاب الغيجر *Aſadab* & *Alphaigiar*, Latinè *Ruta*. Oculis claritatem confert, venerem coercet, adversùs Epilepſiam plurimùm juxta valet.

۞ الكرفس *Alkaraphs*, Latinè *Apium.* Aliud eſt hortenſe, paluſtre aliud, quòd in paludibus & aquoſis locis proveniat.

۞ حب النيل ۞ حب العجب *Hab Alnil*, & *Hab Alaagiab*, ſcilicet *Glaſtum*, vel *Iſatis*. Ejus duo ſunt genera, ſylveſtre & ſativum, ad cæruleos pannis colores inducendos efficax.

*Saatar,*

☼ صعتر *Saatar*, Latinis *Origanum*, cujus tùm ſylveſtris, tùm ſativi quinque recenſentur genera. Frigidos expellit humores, atque oculorum aciem acuit; præſtantius tamen ſylveſtre.

☼ الشطرية *Pulegium*, quod etiam dicitur ☼ صعتر العقالبة & صعتر الفارسي *Sclavonorum*, & *Perſarum Piper*, ſpecies *Origani* optimi odoris.

☼ الجرجير *Algiargir*, nempe *Eruca*, herbæ genus venerem excitans.

☼ افسنتين *Aſsentin*, ſcilicet *Abſinthium*; patrio etiam Auctoris ſermone vocitatum خترق *Khatrac*. Miram ad vermes enecandos vim habet, veſteſque ab erodentium injuria vindicat.

☼ الزنجبيل *Zinziber*, genus Aromatis, quod Arabes multifariè appellant, nempe راسن *Raſen*, قسط *Coſth*, id eſt *Coſtum*, جناح النسر *Genah Alneſer*, id eſt *Alam Aquilinam*, ſive *Helenium*. Parvas habet radices nigras, odoratas, ſapore Piperis. In Aſſyria feliciùs creſcit, adeo ut illius radicem ad unius ferè cubiti altitudinem humi defixam reperias.

☼ حرمل *Harmaga*, ita Arabes Hiſpani vocant, *Ruta* nimirum *ſylveſtris*.

الايرس *Airſa*, nempe *Iris*, vel *Hyacinthus*.

☼ اللوف *Alloph*, ſic ab *implicando* dicta, quòd anguem planè referat, Latinè *Serpentaria*, ſive *Dracunculus*. Dicitur quoque الضارة *Aldhara* à maculis purpureis; عرطنيثا *Arthaniſa*, & دروقيطون *Drucothion*, ſeu *Dracontium*. Serpentariam verò minorem, quam Barbari, nempe Africani, ſermone patrio ايربالة *Airbala* vocitant, Arabes cum Græcis *Aron* dixere. Illius radix cruda & in aceto decocta editur. Panis quoque fieri ex eadem ſolet; ſed veriùs ex radicibus *Cyclamini*, ut ex Auctoris deſcriptione rectè colligitur.

☼ بابونج *Babuneg*, nempe *Chamæmelon*, *Anthemis*. Arabes alio etiam nomine appellant تفاح الارض *Taphah Alardhi*, id eſt *Poma terræ*, ob rotundiora capita, unde illi nomen Hiſpanicum *Manzanilla*; Perſis بابونا *Babuna*, Ægyptiis كركاش *Karkach*.

☼ اكليل الملك *Aklil Almalek*, id eſt *Corona Regia*, utpote coronis apta, nimirum *Melilotus*, ſive *Sertula Campana*, odorem *Croci* referens.

☼ اقحوان *Achuan*, ſcilicet *Parthenium*, ſeu *Matricaria*; Perſis كويل *Kuiel*, vel *Couaiel*. Dicitur etiam شجرة الكافور *Planta camphorata*. Scriptor verò noſter *Achuan* eſſe *Chamæmelon* cum aliis putat. Illius oleum memoriam auget, virilia, ſi eo perungantur, mirum in modum corroborat, ac venerem ciet.

☼ سماق *Summac*, id eſt *rubrum*, ab ejus foliorum & uvæ rubore appellatum: unde & *Erythros* Græcè dicitur; Hiſpanè vulgò *Zumaque*. Arabes, & Syri lenticulare obſonium *Rhoe* condire ſolent, atque inde سماقية *Summachiam* vocitant. Ex Summaco etiam panis, difficultate frumentaria urgente, ſæpius conficitur. Hujus parandi modum apud Hiſpanos uſitatum Auctor Ben Alavamævs præſcribit.

☼ لسان الحمل *Leſan Alhamal*, id eſt *Agni Lingua*; Græcis *Arnogloſſa*, Latinis *Plantago*. Eadem Arabo Hiſpanis لينتين *Llantin*; nunc vulgò *Llanten*.

☼ بنج *Bang*, atque ita Perſicè & Turſicè, *Hyoſcyamus*, herbæ ſoporiferæ ſpecies, ex qua potus efficitur ad conciliandam animi hilaritatem, apud Aſiaticos frequentiſsimus.

☼ شنبث ☼ شبث *Schabth* & *Schanbath*, idem quod *Anethum*.

☼ نبلة ☼ حبل المساكين *Nablat*, & *Habl Almaſakin*, id eſt *Pauperum Funis*, nimirum *Hedera candida*. Verſicolor autem Hedera dicitur Arabibus البدر القسوس *Aliadra* & *Alkiſos*, corruptis ſcilicet ex Latino *Hedera*, & Græco κισσὸς vocabulis.

*Fu-*

۞ شاهترج *Schatrag* Arabibus & Perſis, qui eam *Herbarum Reginam* appellare ſolent; Latinis *Fumaria.*

۞ هليون *Haliun*, qui Latinis *Aſparagus.* Duo ejus ſunt genera, alterum ſativum, ſeu veſcum, quod propriam ſibi *Aſparagi* appellationem vindicavit; alterum ſylveſtre, quod peculiari nomine *Corruda* vocatur. Si Aſparagi virgula melle illita, & querneo cinere conſperſa terræ mandetur, multos Aſparagos feret & quidem maximè albos, craſſoſque, interdum etiam in ſummo verſicolores. In Syria feliciùs quàm in ceteris regionibus naſcitur. Frequens Aſparagi eſus loca genitalia & lumbos corroborat, ſanguinemque auget. Si radicem illius conteras, pulveremque oleo miſceas, carni jam fœtidæ, vel ad corruptionem proximè accedenti, modò lotam illo perlinas, omnem adimes fœtorem, corruptioniſque vitium penitùs emendabis.

۞ الكبر *Capparis*, quam Hiſpani vulgò *Alcaparra* vocant. Naſcitur præcipuè in muris veteribus. Seritur quoque in viridariis, excoliturque non ſecùs ac *Melongena.* Flos & baccæ in ciborum condimentis laudantur. Capparis autem eſus cibi cupiditatem excitat, lienem laxat, & pituitam per alvum exigit.

۞ سبستان *Sabaſtana*, nomen Chaldaicum Plantæ quinque ramis venuſtiſſimis præditæ. Baccas procreat eſculentas, quæ decoctæ, dein lacte acido conditæ, Perſis Aſſyriiſque eſſe in deliciis ſolent. Ex iis etiam elixis & ſub umbra exſiccatis, urgente frumenti penuria, panis conficitur. Eadem quoque adhibetur in Medicina.

في وقت الحصاد والدرس ۞

CAPUT XXIX. „ De tempore Meſsis „ & Trituræ.

Multa in eo capite ad frugum meſſem & conſervationem pertinentia uberiùs perſequitur Auctor. Agit de arte expellendi Aves, Animalia & Inſecta quævis noxia, quæ agros, vineas, hortos & oppida infeſtare maximè ſolent. Præterea in annonæ difficultate varia tradit famis auxilia. Plures itaque ab eo referuntur modi panem ex herbarum radicibus, foliiſque, tùm etiam arborum fructibus, quas recenſet, conficiendi. Inter alia ſcitu digna & Auctoris ipſius experimento comprobata quædam memorantur ad Aves, variaque Inſecta ab arboribus frugiferis prohibenda, puta: ſi شوكة السمرا *Spinam Ægyptiam* radicitùs evulſam in arbore ſuſpendas, Aves fugantur & Inſecta: auctor eſt ABILKHAIR *Hiſpalenſis.* Eandem quoque *Allio* ineſſe vim non pauci rei Ruſticæ ſcriptores tradidere. *Scillæ* ſuffitus ex aſinino & bovino ſtercore aves & inſecta, ut Scarabæos, Veſpas, Culices, aliaque id genus à frugibus & à domibus abigere narratur. Similiter ad Serpentes & Viperas à vineis, hortis, domibus arcendas, cervini cornu, aſininæ ungulæ, vel Lilii radicis ſuffitus plurimùm valet. Scorpione combuſto, reliqui Scorpiones fumum ſentientes aut pereunt, aut fugiunt. Idem adversùs eoſdem præſtat optimus quiſque & acutus odor, ut *Ligni Aloes*, *Ambari*, *Camphoræ*, *Muſci*, *Croci*, & سليخة *Salikhæ*, quod eſt plantæ ſpinoſæ genus in planis naſcens.

في اختيار مواضع البنيان ومعاصر الخمر الزيت والسمسم وشبه ذلك وتسمية شهور السنة ۞

CAPUT XXX. „ De conſtruenda Villa, de Vini, Olei & Seſami torcularibus, „ aliiſque id genus officinis ac operibus „ ruſticanis: ubi & Menſium ad agriculturam pertinentium vocabula occur- „ runt.

Ibi etiam de Arte Chymica, & varia Stillationum ratione diſſeritur. Inter alios Hiſpanos rei Ruſticæ Scriptores laudatur quo-

quoque *Alsarapi*, Medicus, Chymicus, & Chirurgus longè notiſsimus, quem & *Hiſpanum* eſſe, & ſexto Egiræ ſeculo antiquiorem ex hujus Capitis verbis certò colligas.

في فلاحة الحيوان واختياره وسياسته واعلاج امراضه ۞

Caput XXXI. „ De villaticorum Animalium cultu, delectu, cura, morbis „ atque remediis.

في اتخاذ البغال الحمير الابل والخيل وفي ذكر من اصول الركوب واعمال الفروسية والبيطرة ۞

Caput XXXII. „ De veterinis Animalibus: ubi de Mulis, Aſinis, Camelis, Equis, &c. ac de equitandi diſciplina, & Medicina Veterinaria.

في علاج امراض الحادثة للدواب المذكورة السهلة الوجود مثل التوديج التكحيل الكي بالنار التصدير والتفخيذ ۞

Caput XXXIII. „ De eorumdem „ Animalium morbis & medicamentis „ quæ facilè parantur, ut Venæ ſectio, „ Collyrii, Cauteriique uſus, Pectoris & „ Femoris curatio, &c.

في اتخاذ واقتنا الحيوان الطاير المتخذ للجمال وللمنفعة كالحمام ۞ الدجاج ۞ الاوز ۞ البرك ۞ الطواويس والنحل ۞

Caput XXXIV. „ De Aviario, in „ quo duo Avium genera aluntur, alia „ animi, alia emolumenti causâ: cujuſmodi ſunt Columbæ, Gallinæ, Anſeres, Anates, Pavones, &c. tùm etiam „ de Apiario, &c.

Quatuor hiſce Capitibus plurimæ continentur obſervationes ad Hiſtoriam naturalem attinentes, videlicet ad Quadrupedum, Aviumque generationem, ætatem, victum, proprietates, & omnium morborum genera, eorumque curationem: quæ quidem omnia diligentiſsimus Auctor ita pertractat, ut nullus omnium, quos legi, Scriptorum, ſi eruditionem & doctrinam ſpectes, conferri cum illo poſsit. Ex ceteris verò Capitibus planè liquet, quantùm in Hiſpania floruerit olim rei Ruſticæ ſtudium: quæ frugum, pomorumque copia, quot arbores, quot plantæ extiterint, ut *Liguſtrum*, vulgò *Alheña*, *Muſa*, *Piſtacia*, *Goſſypium*, *Colocaſia*, *Dolaa*, & aliæ id genus, quæ Maurorum temporibus maximè excolebantur. Arabes enim & Africani præcipuis regionum ſuarum plantis in Hiſpaniam ſuo jam imperio adjunctam invectis ſingularem culturam adhibuere: quas unâ cum ipſis ſolum mutaſſe perdolemus. Quid plura? De Hiſpanæ regionis ubertate Arabum Annales mira prædicant: in quibus memini me legere *Granatæ* Reges centum ferè equorum millia in ſui, bellique uſum ſemper aluiſſe, ac bis centum millia militum ſtipendia merentium adverſùs Chriſtianos non ſemel paraſſe.

MA-

# MATHEMATICI

## *IN FOLIO.*

### CMII.

CODEX literis Cuphicis exaratus, quo continentur *Euclidis Elementorum Libri XV.* cum figuris, è Græca lingua in Arabicam ab Anonymo converſi. (1)

### *EUCLIDIS VITA & SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol.* 71.

„ EUCLIDES *Naucratis* filius, ZENARCHI nepos, *Geometriæ Auctor* appellatus, vetuſtioris ævi Philoſophus, genere *Græcus*, domicilio *Damaſcenus*, ortu *Tyrius*, Geometriæ peritiâ inſtructiſsimus, Librum edidit præſtantiſsimum, utiliſsimumque, *Fundamenta*, ſive *Elementa Geometriæ* inſcriptum: quo quidem in genere nullum magis univerſale penès Græcos opus anteà extitit; quin poſterioris ævi nemo fuit, qui non ejus veſtigiis inſiſteret, ejuſque doctrinam planè profiteretur. Hinc porrò non pauci ex Græcis, Romanis, Arabibus Geometris hujuſmodi operis exornandi provinciam aggreſsi, Commentarios, Scholia, Notas in illud edidere; ipſumque in epitomen contraxere. Quamobrem Græcorum Philoſophi Academiarum valvis lemma illud præfigere ſolebant: *Nemo Scholam noſtram adeat, qui* EUCLIDIS *Elementa non priùs calluerit.* Scripſit etiam eo in genere EUCLIDES Librum *Datorum*, Librum *Opticorum*, Librum *De Muſica*, alioſque.

„ EUCLIDES ergo, ut refert *Jacobus* ISAACI FILIUS ALCHENDUS, Geometra ævi ſui præclariſsimus, tùm ex Commentariis, quos in Libros II. APOLLONII *De Conicis* edidit, tùm ex Prolegomenis ad *Quinque Solidorum* cognitionem adjectis, Libros XIII. qui ipſi inde adſcribuntur, conflavit. His etiam duos alios quidam adjunxere, ubi plura ſanè occurrunt APOLLONIO haud memorata. Sunt & qui hoſce Libros Euclidi adjudicent.

„ EUCLIDIS *Elementorum* verſio Arabica duplex prodiit operâ HEGIAGI BEN JOSEPHI: prior *Haronea* appellata; poſterior, quæ accuratior eſt, *Mamonea*: illa *Haronis*, hæc *Maimonis* Calipharum juſſu elaborata. ISAACI BEN HONAINI verſionem THABETUS BEN CORA *Harranenſis* caſtigavit. Aliquot etiam *Elementorum* libros Arabicè con„ ver-



(1) *Initium*: ✡ ة ——— النقط   *Finis*: ✡ نبيـن ماأردنا وذلك والرؤيا

„ vertit *Abu Othman Aldamaschi*, *Syrus*, quorum decimum ipſe in urbe *Muſela* in Bibliotheca *Ali Ben Ahmad Alomrani* anno Egiræ 370. vidiſſe ſe teſtatur. Præterea difficiliora hujuce Libri loca explanavit *Iranus* (forte *Hero* Philoſophus Græcus *Alexandrinus*, in Arabica Philoſophorum Bibliotheca, *fol.* 82. memoratus). Illum quoque inter Arabes commentati ſunt *Alnairizi*, *Alkarabisi*, *Algiauhari*, cujus Commentarius integer eſt & abſolutus; at *Almohani* nonniſi in *Librum V.* edidit Commentarium. *Nadhiphus* Medicus *Libri X.* exemplar Græcum ſe vidiſſe tradit, in quo plus quadraginta figuræ, quæ in vulgatis editionibus minimè occurrunt, quibus quidem centum & novem omnino continentur: unde illud in Arabicum ſermonem tranferre conſtituit. Figuram etiam illam, cujus inventum oſtentat *Thabet Ben Cora*, ſe in *Lib.I.* aſpexiſſe ait *Joannes Sacerdos Kas*: qui addit, illius exemplar Græcè penès ſe extare, illudque *Nadhipho* hujus rei etiam teſti oſtendiſſe. Præter *Euclidis* Explanatores ſuprà laudatos, recenſentur *Abi Haphs Perſa Choraſanus*, & *Abilvapha Albugiani* (Mathematicus inſignis, qui anno Egiræ 348. claruit, ac *Diophantem* illuſtravit). Illius tamen Commentarius imperfectus eſt. Omnes *Euclidis* Libros expoſuit *Abulcassem Antiochenus*; *Sendus* autem *Ben Ali* Libros IX. & aliquam Libri X. partem illuſtravit: quem Librum X. egregiè explanavit *Abu Joseph Razæus* ad uſum *Ben Amidi*. Refert etiam *Alchindus* in Euclidis operis Propoſito, *Geometriæ Elementa*, de quibus ſermo, ab *Apollonio* conſcripta eſſe, eademque in Libros XV. digeſta. Quum autem hujuſmodi operis ſtudium ſucceſſu temporis nonnihil intermiſſum eſſet, quidam ex Alexandrinis Regibus ad Geometriæ cognitionem ſibi comparandam, promovendamque excitatus, Euclidem, ea tempeſtate notiſsimum, laudatum opus caſtigare atque illuſtrare juſsit: cui poſteà ex eodem opere Libri XIII. quos expoſuit, adjudicati ſunt. Inde poſteriores duo Libri, id eſt Liber XIV. & Liber XV. quos *Hypsicles*, *Euclidis* auditor, *Alexandriæ* vulgavit, Regique obtulit, ceteris acceſſerunt. In horum Librorum Prolegomena Commentarios habet *Abi Ali Alhassenus Ben Alhaitem Baſrenſis*, Ægypti incola, qui & loca difficiliora recenſet, & ad dubia reſpondet. Commentarium, quem edidit *Balis* (*Valens*) in Librum X. Arabicè converſum vidi: cujus exemplar ab *Ebn Katem Hakim* exaratum penès me eſt. Vidi & Commentarium in eundem Librum X. à Judice *Abi Mohamad Abdelbaki Bagdadenſi* jam pridem editum, ubi erudita ac præclara quidem ratione figuræ Geometricæ numeris exprimuntur: cujus autographum apud me extat. Denique aliquos Arabes Hiſpanos *Euclidis* Libros exornaſſe mihi retulit *Abu Alhassanus Alcaschairi Hiſpanus*, idque in ſancta & nobili æde (id eſt *Hieroſolymæ*) anno Egiræ 595. illorum tamen nomina mihi ab ipſo relata, in præſens minimè ſuccurrunt.

„ Itaque *Euclidi*, præter Elementa, complura adſcribuntur opera, Liber ſcilicet *Locorum ad ſuperficiem*; Liber *Opticorum*; Liber *Datorum*; Liber *De Iſagoge Harmonica*, ſuppoſitus; Liber *De Diviſionibus*, à *Thabeto* quidem emendatus; Liber *De Utilitate*, ſuppoſitus; Liber *De Canone Muſico*; Liber *De Gravi, & Levi*; Liber *De Compoſitione*, ſuppoſitus; Liber *De Analyſi* (id eſt

„ *De*

,, *De quinque Corporibus ſolidis regulari-* ,, *bus*) æquè ſuppoſitus. (a)

Co-

(a) اقليدس ابن نوفطرس ابن زنبيقس ويعرف بصاحب جومطريا حكيم قديم العهد يوناني الجنس شامي الدار صوري البلد له يد طولي في علم الهندسة ۞ وكتابه المعروف بالاركان اي الاصول هو كتاب جليل القدر عظيم النفع ۞ اصل في هذا النوع لم يكن ليونان قبله كتاب جامع في هذا الشان ولاجا بعده الا من دار حوله وقال قوله ۞ وقد عني به جماعة من رياضي يونان والروم والاسلام فمن بين شارح له ومشكل عليه ومخرج لفوايده ۞ ولقد كانت حكما يونان يكتبون علي ابواب مدارسهم لا يدخلن مدرستنا من لم يكن مرتاضا يعنون بذلك لا يدخلها من لم يقرا كتاب اقليدس ۞ ولاقليدس ايضا في هذا النوع كتاب المفروضات ۞ كتاب المناظر ۞ كتاب تاليف اللحون ۞ وغير ذلك ۞

قال يعقوب بن اسحق الكندي كان اقليدس اعلم اهل زمانه بالهندسة فبسط كتابين منسوبين الي ابولونيوس في المخروطات ثم وضع صدرا للوصول الي معرفة هذه المجسمات الخمس فقام من ذلك المقالات الثلاث عشرة المنسوبة الي اقليدس ۞ ووصله بعد اقليدس من وصله بمقالتين ذكر فيهما ما لم يذكره ابلونيوس ۞ ومنهم من ينسب هاتين المقالتين الي اقليدس ۞

واما كتابه في اصول الهندسة فقد نقله الحجاج بن يوسف بن مطر الكوفي في نقلين احدهما يعرف بالهاروني وهو الاول والنقل الثاني هو المسمي بالماموني وعليه يعول ۞ ونقله اسحق بن حنين واصلحه ثابت بن قرة الحراني ۞ ونقل ابو عثمن الدمشقي منه مقالات ۞ قال ابن النديم رايت منها العاشرة بالموصل في خزانة علي بن احمد العمراني في سنة سبعين وثلثماية ۞ وحل شكوك هذا الكتاب ايرن وشرحه النيريزي والكرابيسي ۞ للجوهري شرح هذا الكتاب من اوله الي اخره ۞ وللماهاني شرح المقالة الخامسة من الكتاب ۞ وذكر نظيف المطبب انه راي المقالة العاشرة من اقليدس رومية وهي تزيد علي ما في ايدي الناس اربعين شكلا ۞ والذي بيدي الناس ماية وتسعة اشكال ۞ وانه عزم علي اخراج ذلك الي العربي ۞ وذكر يوحنا القس انه راي الشكل الذي ادعاه ثابت في المقالة الاولي وزعم انه له في اليوناني وذكر نظيف انه اراه اياه ۞ وشرح كتاب اقليدس ابي حفص الخراساني ۞ وابي الوفا البوجاني ولم يتممه ۞ وفسر ابو القاسم الانطاكي الكتاب كله ۞ وكان سند ابن علي قد فسره واتي منه علي تسع مقالات وبعض العاشرة ۞ وفسر العاشرة ابو يوسف الرازي وجوده لابن العميد ۞ ذكر الكندي ايضا في اغراض كتاب اقليدس ۞ ان هذا الكتاب الفه رجل يقال له ابلنيس وانه رسم

خمسة

## CMIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, foliis conſtans 229. quo continetur Opus egregium *Mohamedi Ben Giaber*, vulgò *Albategni*, Aſtronomico-Chronologico-Geographicum, capita LVII. complectens. (1)

Ibi Tabulæ occurrunt Chronologicæ Regum Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, & Calipharum, quorum ſeriem ad ſua uſque tempora quàm accuratiſsimè perducit Auctor: Tabulæ celebriorum Epocharum Græcorum, Aſſyriorum, Arabum & Perſarum, cum mutua earundem reductione, ac deductione, præſcriptis ad illarum cognitionem & uſum pluribus regulis: Tabulæ Aſtronomicæ experimentis comprobatæ: poſtremò Tabulæ Geographicæ, locorum tùm longitudine, tùm latitudine aſsignata.

Is autem rariſsimus Codex, maximi licet, ut mox patebit, ſit pretii; ob Numerorum tamen notas perperam expreſſas ambiguitate ut plurimùm laborat. Inde eſt, quòd accuratæ ex illo Tabulæ confici non poſsint, niſi conſultis aliis exemplaribus, quorum ope interpres numerales, præcipuè longitudinum & latitudinum, literas, ubi puncta diacritica aut luxata, aut depravata, caſtiget.

Itaque ſecundùm *Albategni* rationem *Egiræ* initium incidit, ut plerique Orientis Scriptores tradunt, in feriam

5.

خمسة عشر قولا ۞ فلما تقادم عهد هذا الكتاب فاهمل تحرك بعض ملـــوك الاسكندرانين لطلب علم الهندسة ۞ وكان على عهده اقليدس فامره باصلاح هـــذا الكتاب وتفسيره ففعل وفسر منه ثلاث عشرة مقالة فنسبت اليه ۞ ثم وجد بعد ذلك اسقلاوس تلميذ اقليدس مقالتين وهما الرابعة عشر والخامسة عشر فاهداهما الـــى الملك فانضافتا الى الكتاب وكل ذلك بالاسكندرية ۞ ولابي علي الحسن بن الهيثم البصري نزيل مصر شرح مصادرات هذا الكتاب وله ايضا ذكر شكوك هـــذا الكتاب والجواب عن الشكوك ۞ رايت شرح المقالة العاشرة لبليس وقد خرجـــت الى العربي وملكتها بخط ابن كاتب حكيم وهي عندي ۞ رايت شرح العاشـرة للقاضي ابي محمد بن عبد الباقي البغدادي شرح جميل حسن مثل فيه الاشكال بالعدد وعندي هذا النسخة بخط مولفها ۞ ثم ذكر ابو الحسن القشيري الاندلســي ان لبعض الاندلسيين شرحا لهذا الكتاب وسماهم وانسيته وكان قوله هذا لي فـــي البيت المقدس الشريف في سنة خمس وتسعين وخمسماية ۞ ولاقليدس كتـــب متعددة صنفها منها غير هذا الكتاب كتاب الظاهرات ۞ كتاب اختلاف المناظـــر كتاب المعطيات كتاب النغم منحول ۞ كتاب القسمة اصلاح ثابت ۞ كتـــاب الفوايد منحول ۞ كتاب القانون ۞ كتاب الثقل والخفة ۞ كتاب التركيـــب منحول ۞ كتاب التحليل منحول ۞

(1) *Initium*: ان من اشرف العلـــوم ۞ *Finis*: فما بقي فهو سنين القمـــر ۞

5. ac diem 15. Julii, anno Alexandri 933.

*Æra Ægyptiaca* ducitur à morte Alexandri: quæ & *Æra Philippi* dicitur. Romæi & Syri Æram ſuam ducunt ab Alexandri *Bicornis* annis, ita ut una ab altera annis diſtet XII. Ægyptiacis, qui è trecentis ſexaginta quinque diebus cum quadrante diei omnino conſtant; annus verò embolimæus, qui ſingulis quatuor annis accidit, conficit dies 366. Ex dictis, ut liquidò apparet, Epocha *Ægyptiaca* annis XII. *Alexandrinam*, ſive *Seleucidarum* Æram præcedit.

Inter Hiſpaniarum urbes, quarum longitudines & latitudines recenſet laudatus Albategnus, memoratur *Tadmir*, cujus longitudinem, latitudinemque ob literas numerales pravè exaratas aſsignare non auſim; quantùm tamen conjectare licet, videtur collocanda ſub longitudinis gradu 10. min. 15. ſub latitudinis autem gradu 37. min..... Urbem *Tadmir*, præter Albategnum, memorant complures recentioris ævi Scriptores Arabes Hiſpani, quos ego in multis Bibliothecæ Eſcurialenſis exemplaribus Arabicis legi.

Longitudines locorum Albategnus Græcorum veſtigiis inſiſtens, ab *Inſulis Fortunatis*, tanquam à certo, fixoque limite exorditur. Eandem prorsùs rationem Arabes, præſertim antiquiores, ſequuti. Ceterùm *Abulpheda*, aliique recentiores non ab Inſulis hiſce, ſed ab ultimo promontorio, quod mari Atlantico alluitur, longitudines locorum dimetiuntur.

* * * * * * * * * * * *

## *ALBATEGNI VITA & SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol.* 311.

„ Mohamad Ben Giaber Ben Senan Abu Abdalla, *Aſſyrius* „ *Harranita*, vulgò Albategnus, ex op„ pido *Batan*, Aſtronomicis obſervatio„ nibus clariſsimus, inter principes Ma„ thematicos, qui de Geometria, de „ Sphæra, de Aſtronomia ac de Aſtrolo„ gia tractarunt, profectò numerandus, „ edidit Tabulas præclariſsimas, quæ So„ lis & Lunæ motus ab ipſo diligenter „ obſervatos ſecundùm Almageſti pro„ bationes exhibent: ubi præcereà quin„ que Siderum errantium motus deſcri„ buntur, ac Aſtronomico calculo, quàm „ fieri poteſt, diligentiſsimè computan„ tur. Haſce autem obſervationes in Ta„ bulis memoratas partim anno Egiræ „ 269. partim anno 287. confecit. Ne„ que alterum extitiſſe ſub *Islamiſmo* con„ ſtat, qui illum aut accuratis Aſtro„ rum obſervationibus, aut eorum mo„ tibus indagandis adæquaverit. Ille, in„ quam, erat origine *Harranita*, pro„ feſsione *Sabæus* (id eſt Stellarum cul„ tor). Giapharus Ben Almoktaphi, ut „ ab Albategno accepit, refert ſuas „ illum obſervationes anno Egiræ 264. „ inchoaſſe, eaſque anno Egiræ 306. „ abſolviſſe; fixarum autem Stellarum „ motus obſervaſſe ad annum uſque „ 299. Bagdadum venit cum quibuſ„ dam *Racca* (Latinè *Aractæ*) incolis, „ *Beni Alzeiat* dictis, lecticâ vectus. In„ de redux, in itinere ſupremum diem „ obiit in quodam oppido cui nomen „ *Ges*, anno ſcilicet Egiræ 317. (Chriſti „ 929.)

„ Tabulam Aſtronomicam condi„ dit duplicem. Vulgavit etiam Tracta„ tum *De Aſtrorum ortu*, ſeu *De Signo*„ *rum*

„ *rum aſcenſionibus*; Tractatum *De Con-* „ *junctionum tempore*; & Commentarium „ in Librum *Quadripartitum* PTOLEMÆI. (a)

*ALBATEGNI* meminit Abulpheda in ſua *Hiſtoria Univerſali*, ad Annum CCCXVII. & Gregorius Abulpharagius in *Hiſt. Dynaſt. pag.* 191.

## CMIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine anni nota, conſtans foliis 64. quo continentur:

1.° Opus inſcriptum *Via patens ac Regia Curioſorum* (1), in XX. capita diſtributum, Tabulas Aſtronomicas complectens, quas *ABULABBAS AHMAD BEN MOHAMAD EBN OTHMAN ALAZADI* (2) *Hiſpanus* compoſuit *Marochi* anno Egiræ 619. Chriſti 1222. aptavitque ad Occidentis gradus XXI. ducto ſcilicet principio à feria 5. unde Æra Egiriana occœpit. (3)

2.° Opus *De Aſtronomia* cum ſuis Tabulis, carmine conſcriptum ab *ABULHASSAN ALI BEN ABI ALI* CONSTANTIENSI GRANATENSI (4), qui anno Egiræ 653. floruiſſe perhibetur. (5)

3.° Poema *De Aſtrologia judiciaria*, quod edidit *ALI BEN ALRAGIAL* CORDUBENSIS (6): adjectis in idem Commentariis *AHMADI BEN ALCONPHUD* (7) *Conſtan-*

(a) محمد بن جابر بن سنان ابو عبد الله الحراني المعروف بالبتاني احد المشهورين برصد الكواكب والمتقدمين بعلم الهندسة وهية الافلاك وعلم النجوم وصناعة الاحكام ۞ له زيج جليل ضمنه ارصاد النيرين واصلاح حركاتهما المثبتة في كتاب بطلميوس المعروف بالمجسطي ۞ وذكر فيه حركات الخمسة المتحيرة علي حسب ما امكنه من اصلاحها وساير ما تحتاج اليه من حساب الفلك ۞ وكان بعض ارصاده التي سماها في زيجه في سنة تسع وستين ومايتين من الهجرة ومن ذلك في سنة سبع وثمانين ۞ ولا يعلم احد في الاسلام بلغ مبلغه في تصحيح ارصاد الكواكب وامتحان حركاتها ۞ وكان اصله من حران صابيا ۞ وابتدا الرصد علي ما ذكر جعفر بن المكتفي عن لسانه في سنة اربع وستين ومايتين الي سنة ست وثلاثماية ۞ واثبت الكواكب الثابتة في زيجه لسنة تسع وتسعين ومايتين ۞ وورد الي بغداد مع بني الزيات من اهل الرقة في ظلامات كانت لهم ۞ فلما رجع مات في طريقه بقصر الجص سنة سبع عشرة وثلثماية ۞ وله من الكتب كتاب الزيج نسختان ۞ كتاب مطالع البروج ۞ كتاب اقدار الاتصالات ۞ كتاب شرح مقالات الاربعة لبطليموس ۞

(1) *Titulus*: كتاب منهاج الطالب لتعديل الكواكب ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو العباس احمد بن محمد ابن عثمان الازدي الاندلسي ۞

(3) *Initium*: فاني وضعت هذا الزيج ۞
*Finis*: قوس التيسير ۞

(4) *Auctor*: نظم ابو الحسن علي بن ابي علي القسنطيني الغرناطي ۞

(5) *Initium*: خذ ما تريد ۞
*Finis*: من غير تحديد ۞

(6) *Auctor*: نظم علي بن ابي الرجال القرطبي ۞

(7) *Commentator*: شرح احمد بن القنفود ۞

*ſtantienſis Hiſpani*, qui ſeptimo Egiræ ſeculo enituit.

CMV.

Codex nitidè exaratus, anni notâ prætermiſsâ, quo continetur Opus *Elementa Aſtronomica* complectens, in IX. Partes, ſive Tractatus diſtributum: auctore Mathematico præſtantiſsimo *Abi Mohamad Giaber Ben Aflah Hispalensi* (1), quinto Egiræ ſeculo nobili (2). Is quidem ex Græcis *Menelaum*, *Theodosium* & *Ptolemæum* laudat, præter *Autolycum*, *Aristarchum*, *Hypsiclem*, *Hipparchum* & alios, quorum ſcripta Arabicè olim converſa fuiſſe novimus, teſtaturque Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* luculentis hiſce verbis:

„ *Menelaus* (*fol.* 360.) Mathematicus ille eſt, cujus meminit Ptolemæus in *Magna Syntaxi*. Hic *Alexandriæ* diſciplinarum Mathematicarum ſtudia diligenter excoluit. Hujus opera primùm Syriacè, poſtremùm Arabicè prodierunt, videlicet Liber *De Figuris Sphæricis* (*Sphæricorum* Libros III. teſte Fabricio *Biblioth. Græcæ Lib. III. Tom. I. pag.* 93. ex Arabico Latinè edidit interpres quidam, ut notat in *Synopſi Mathematica* Marius Merſennus), & Liber *De Quantitate & diſtinctione Corporum mixtorum.* (a)

„ *Theodosius* (*fol.* 92.) inter inſignes Mathematicos & Geometras celebratiſsimus, præclaros elucubravit Libros de Scientiis Mathematicis & Geometricis: in his memoratur præſtantiſsimus *Sphæricorum* Liber, qui inter *Euclidis Elementa* & *Almageſtum Ptolemæi* interjectus occurrit. (b)

*Sphæricorum* Libri III. ex Arabica verſione Latinè redditi ſunt à Platone Tiburtino, excuſique Venetiis 1518. teſte Fabricio.

„ *Autolycus* (*fol.* 82.) Geometra ac Mathematicus ſuo ævo clariſsimus, egregia ſcripſit opera viris doctis abundè celebrata: quorum ex numero Liber *De Sphæra mota*, quem *Alchindus* exornavit, & *De vario Siderum inerrantium ortu & occaſu* Libri III. (Fabricius II. tantùm memorat; Abulpharagius III.) (c)

„ *Aristarchus* (*fol.* 79.) *Samius*



„ Za-

(a) منالاوس الرياضي ذكره بطلميوس في كتاب المجسطي ۞ كان متصدرا في مدينة الاسكندرية لعلم الهندسة ۞ خرجت كتبه مرة الي السرياني ثم الـــي العربي ۞ من تصانيفه كتاب الاكر ۞ كتاب معرفة كمية الاجرام المختلطة ۞

(b) ثاودسيوس من الحكما الرياضيين والمهندسين المشهورين له تصانيف حســان في الرياضة والهندسة منها الكتاب المشهور الذي هو اجل الكتب المتوسطات بيــن كتاب اقليدس والمجسطي وهو كتــاب الاكر ۞

(c) اوطلقوس مهندس رياضي يوناني مشهور في وقته مصنف تصانيف مشهــــورة متداولة بين العلما ۞ فمن تصانيفه كتاب الكرة المتحركة اصلاح الكنـــدي ۞ كتاب الطلوع والغروب ثلاث مقالات ۞

(1) *Auctor*: تاليف الشيخ ابي محمــد جابر بن افلح الاشبيلي ۞

(2) *Initium*: ولنبدا بشرح الاسمــا ۞
*Finis*: في هذين البرجيـــن ۞

„ *Zaphæus* (legendum *Zenonis Sectator*). „ Inter illius opera extat Liber *De Arithmetica*; Liber *De magnitudinibus & diſtantiis Solis & Lunæ*, quem Arabicè vertit *Abulvapha Mohamad Ben Mohamad Calculator*, Commentariiſque & Mathematicis demonſtrationibus illuſtravit, auxitque; Liber denique „ *De Numerorum diviſione*. (a)

„ *Hypsicles* (*fol.* 8.) Philoſophorum ſuæ ætatis nulli ſecundus, Mathematicarum diſciplinarum peritus ac magiſter, poſt Euclidis obitum claruit. De hujuſmodi ſcientiis egregia ſcripſit opera, ac utiles reliquit animadverſiones: ex quibus recenſentur Liber *Anaphoricus*, ſeu *De Aſcenſionibus*, vel *de Ortu & Occaſu*, & Liber *De Corporum cœleſtium magnitudine & diſtantia*. Præterea Libros *Euclidis*, „ nempè XIV. & XV. exornavit. (b)

Fabricius *Biblioth. Græc. Lib.III. pag.* 91. *Hypsiclis* ſcripta recenſens, ſolùm *Anaphoricum* Librum memorat; ſubditque illum Libri XIV. & XV. *Euclidis* auctorem, non commentatorem credi poſſe.

„ *Hipparchus* (*fol.* 78.) Mathematicus abſolutus ac pernobilis, Chaldæorum diſciplinis inſtitutus, in ſpeculandis Aſtris diligens, aſsiduuſque, „ Inſtrumenta invenit plurima, quorum ope veras edidit Obſervationes Aſtronomicas, Sidera ſolertiùs inveſtigavit, eaque certis demonſtravit argumentis. Claruit poſt *Menthonem* (ſcribendum *Metonem*) & *Euctemonem* Aſtronomos CCC. circiter annis. Illius fundamentis innixus *Claudius Ptolemæus*, ſuas in *Magna Syntaxi* Obſervationes digeſſit. Extat inter illius ſcripta Liber *De Siderum Secretis*, ubi Dynaſtiarum, „ Gentium & Genealogiarum notitia: qui quidem Liber Arabicè converſus eſt (cujus etiam meminit Abulpharagius *pag.* 67.). Eum autem qui legerit, opus noverit egregium, auctoremque operis magnum Siderum contemplatorem. Enimverò licet Babylonios motibus Aſtrorum obſervandis exæquaverit nemo; nihil tamen ad nos de eorum Syſtemate & Obſervationibus pervenit, præter illas quas *Ptolemæus*, utpote ad errantia Sidera idoneas, neque alias apud Græcos ſuos ſolidiores nactus, in *Almageſtum* „ retulit. (c)

Co-

(a) ارسطيقوس الشامي الزفني وله من الكتب المصنفه كتاب الجبر ۞ كتاب القدر والحدود نقله واصلحه ابو الوفا محمد بن محمد الحاسب وله ايضا شرحه وعلله بالبراهين الهندسية ۞ وكتاب قسمة الاعداد ۞

(b) ابسقلاوس حكيم في وقته خبير بالرياضة قايم بها وهو بعد زمن اقليدس وله تصانيف شريفه في هذا النوع وتنبيهات مفيدة ۞ فمن تصانيفه كتاب المطالع وهو الطلوع والغروب مقالة ۞ كتاب الاجرام والابعاد مقالة ۞ واصلح من كتاب اقليدس المقالة الرابعة عشر والخامسة عشر ۞

(c) ابرخس الفاضل الكامل في علم الرياضة اخذ من حكما الكلدانيين ۞ كان فيما بعلم الارصاد وعمل الاتها ورصد الرصد الحقيقي وبحث فيه المباحث الصحيحة ۞

## CMVI.

Codex literis Cuphicis exaratus *Cordubæ*, abſque anni nota, in quo habetur Opus clariſsimi Philoſophi *Abi Nasser Mohamad Ben Mohamad Alpharabi*, cujus Vitam ſupra enarravimus, inſcriptum *Muſices Elementa* (1), in tres partes diviſum: in quarum primâ de hujuſce Artis principiis; ſecundâ de Compoſitione tùm Vocum, tùm Inſtrumentorum; tertiâ de vario Compoſitionum genere diſſeritur: adjectis notis Muſicis & Inſtrumentorum figuris plus triginta.

Hunc Codicem ex alio pervetuſto Philoſophi graviſsimi *Cæſarauguſtani Abi Baker Ben Alsaiegh Ebn Bageh*, vulgò *Aven Pace*, deſcripſiſſe ſe teſtatur *Abilhassanus Ben Abi Kamel Cordubenſis*, ejuſdem *Aven Pace* Auditor. Quare Codicem hunc intra annum Egirianum 525. exaratum fuiſſe propius verò eſt; quum eo ipſo anno *Aven Pace* deceſsiſſe memoriæ proditum ſit.

## CMVII.

Codex nitidè exaratus, citra anni notam, quo continetur Tomus prior Operis Muſici, quod *Magna Tonorum Collectio* (2) inſcribitur. Id *Abulpharagius Ali Ben Alhassani Ben Mohamad Hiſpahanenſis*, rei Muſicæ peritus, anno Egiræ 313. compoſuit, diſtribuitque in Tomos duos, quorum prior hic centum & quinquaginta Cantiunculas (*Ariette* vocant Itali) complectitur: inſertis tùm quatuordecim præſtantium Muſicorum, tùm quatuor inſignium Cantatricum Caliphis gratiſsimarum Vitis.

## CMVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Cordubæ* feriâ 3. die ultima menſis Rabii prioris anno Egiræ 745. qui ad annum Æræ Sapharenſis, ſive Hiſpanæ 1382. diemque X. Auguſti omnino reſpondet, foliis conſtans 160. Ibi occurrunt *Ptolemæi Quadripartiti* Libri IV. ſcilicet I. II. III. & IV. in quorum primum edidit Commentarios tres *Ali Ben Redhuan* nobis ſupra memoratus, totidem in ſecundum ac tertium; in quartum verò unum.

Extant etiam in extremo Codice tres ejuſdem *Ali Ben Redhuani* in eundem Librum IV. Commentarii Arabico ſermone, literis Rabbinicis.



الصحيحة ۞ واقام الحجج والبراهين الحكمة ۞ كان بعد زمن منطن وافطيمن
الراصدين بقريب ثلاثماية سنة وعليه اعتمد بطلميوس القلوذي في ارصاده في كتاب
المجسطي ۞ له من التصانيف كتاب اسرار النجوم في معرفة الدول والملل والملاحم
وقد خرج هذا الكتاب الي العربي ۞ ومن وقف عليه راي كتابا جليلا يشهد لمولفه
بتبحر في هذا النوع ۞ وان كان مذهب البابليين في حركات النجوم لم يصل الي
من بعدهم علي الوجه ۞ فلا علم من ارائهم غير الارصاد التي نقلها عنهم بطلميوس في
كتاب المجسطي فانه اضطر اليها في تصحيح حركات الكواكب المتحيرة ان لم
يجد لاصحابه اليونانيين في ذلك ارصاد ايثق بها ۞

(1) *Titulus*: اسطقسات علم الموسيقي ۞

(2) *Titulus*: الجزء الاول من الاغاني الكبير ۞

*Quadripartitum*, ſive *De Apoteleſmatibus & Judiciis Aſtrorum Libros IV.* Latinè pridem verterat Ægidius Tebaldinus ex Hiſpanica verſione, *Alphonſi* Caſtellæ Regis juſſu ex Arabico facta, quæ lucem vidit Venetiis anno 1493. in fol. In hoſce Libros Commentarii *Ali Ben Redhvani* Latinè verſi ſunt, typiſque vulgati, teſte Fabricio *Biblioth. Græcæ Lib. IV. pag.* 420.

## CMIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continentur *Almageſti* Liber V. VI. VII. VIII. & IX. Arabicè redditi. (1)

Ad extremum Codicis hæc occurrit Nota: *Ex libris Domini Franciſci Gormandi Toletani.*

## CMX.

Codex literis Cuphicis exaratus feriâ 6. die 4. Septembris anno Æræ Sapharenſis 1314. conſtans foliis 148. quo continentur Ptolemæi *Syntaxis*, ſeu *Almageſti* Liber X. XI. XII. & XIII. Arabicè verſi, iique integri, cum ſuis Tabulis; occurritque prætereà Libri VII. primum caput cum IV. capitibus Libri VIII.

Ex Arabica verſione prodiit Latina, quæ extat Oxoniæ in Collegio omnium Animarum, teſte Fabricio *ibid. pag.* 417. In Catalogo MSS. Reg. Bibliothecæ Pariſienſis, *Tom. I. Num.* MCVII. recenſetur in ejuſdem Ptolemæi *Almageſtum* Commentarius *Mohieddini Ben Jahia Ben Abi Schaker Hiſpani*, cùm ob ſinceritatem ac fidem, tùm ob ſtili perſpicuitatem, elegantiamque planè commendabilis.

# *PTOLEMÆI*
## *VITA & SCRIPTA*
### *EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol.* 106.

„ Claudius Ptolemævs, *Almageſti*, ſeu *Magnæ Syntaxis* auctor, „ Mathematicorum Princeps & conſummatus Scriptor, claruit Antonino Imperatore, poſt *Hipparchi* tempora annis CCLXXX. Ille ſanè ad „ ſummam, reconditioremque Aſtrorum & Sphæræ cognitionem pervenit; „ hujuſque ſcientiæ Obſervationes, quæ „ Græcorum manibus circumferebantur „ diſperſæ, in unum coegit. Nec mihi compertum eſt alium quempiam „ Ptolemæo poſteriorem opus *Almageſto* „ ſimile aggreſſum. Id verò alii Commentariis illuſtrandum, ut vir perdoctus *Ben Hatem Alnairizi*; alii „ in epitomen redigendum ſuſcepere, „ ut *Mohamad Ben Giaber Albategnus*; *Abilrihan Albiruni Khurezmita*, auctor *Canonum Geographiæ*, quos „ Regi *Maſſudo Ben Mahmud Ben Sabketkin* nuncupavit; & *Cuschiar Labani filius Algili*, Tabularum Aſtronomicarum conditor. Enimverò neque „ ex vetuſtis, neque ex recentioribus „ monumentis conſtat aliud extitiſſe de „ aliqua ſcientia opus, quod totam illam „ in ſe complecteretur, niſi tria Opera, „ videlicet *Almageſti* Librum *De Sphæra & Siderum motu*; *Aristotelis* Librum *De Dialectica*; atque *Saibviæ* „ Librum *De Grammatica Arabica.*

„ *Ptolemævm* Adriani & Antonini temporibus floruiſſe, ſuaſque Obſervationes Aſtronomicas ævo illo inſtituiſſe, eumque primum Planiſphærium, & alia id genus Inſtrumenta ex- „ co-

(1) *Initium:* اما ما يحتاج اليه لاتصالات القمر بالشمس ۞ *Finis:* بالرصد علي الجزء والسدس ۞

„ cogitaſſe auctor eſt *Mohamad Ben* „ *Isac Alnadim*.

„ *Almageſti* Libri XIII. quos *Jahia* „ *Ben Khaled Barmacida* ( vir qui „ doctrinæ laude ac bellica virtute *Ha-* „ *runi Raſchidi* Imperatoris ævo cla- „ ruit ) primus Arabicè transferri cura- „ vit. Quum autem illa translatio , cujus „ negotium quibuſdam non ſatis peritis „ creditum , viſa fuiſſet minùs accurata; „ is *Abu Hianum* , & *Salamam* , utrum- „ que doctrinâ conſpicuum , acciri juſsit, „ qui alteram priore meliorem concin- „ narent. Translatio alia Arabica ſtudio „ *Alhagiagi Ben Mathari* prodiit. Ce- „ terùm *Nairizi* , & *Isaaci Ben Ho-* „ *naini* verſiones recognovit , caſtiga- „ vitque *Thabetus Ben Corrah*. Jam „ verò ex celebratis Ptolemæi ſcriptis „ Arabicè converſis percenſetur Liber „ *Ad Syrum auditorem ſuum* ( quadripar- „ titus ) ab *Abrahamo Ben Alsalat* „ primùm Arabicè translatus , inde ab „ *Honaino Isaaci filio* emendatus. „ Priorem *Quadripartiti* Librum exorna- „ vit *Antharchius* ( fortè *Eutocius* , vel „ *Eutropius* ) . Illum in compendium „ redegit *Thabetus*; Commentariis ve- „ rò illuſtrarunt *Omarus Ben Farkhan*, „ *Abrahamus Ben Salat* , *Alnairizius*, „ & *Albategnus* , qui etiam exorna- „ runt Librum *De Genethliacis* ; Librum „ *De Bello & Pugna* ; Librum *De Sorti-* „ *legio* ; Librum *De Annorum revolutioni-* „ *bus* ; Librum *De Morbo ac de Medi-* „ *camentorum potione* ; Librum *De Motu* „ *ſeptem Siderum* , ſeu *Planetarum* ; Li- „ brum *De Captivis & carcere detentis*; „ Librum *De Felicitate ſibi comparanda*, „ *& Uter hoſtium victurus ſit* ; Librum „ *De Sorte per Tabulas* ; Librum *De* „ *Aſtrorum hiſtoria* , *ac de eorum ſtatu*; „ Librum *De Geographia* , quem *Al-* „ *chindus* in Arabicam linguam accu- „ ratè vertit: cujus & Syriaca extat ver- „ ſio. (a)

Co-

(a) بطلميوس القلوذي صاحب كتاب المجسطي امام في الرياضة كامل فاضل كان في زمن انطونينوس وبعد ابرخس بمايتين وثمانين سنة ۞ والي بطلميوس هذا انتهي علم حركات النجوم واسرار الفلك ۞ وعنده اجتمع ماكان متفرق من هذه الصناعة بايادي اليونانيين ۞ وما اعلم احد بعده تعرض لتاليف مثل كتابه المعروف بالماجسطي بل انما تناوله بعضهم بالشرح كالفاضل بن الحاتم النيريزي ۞ وبعضهم بالاختصار والتقريب كمحمد بن جابر البتاني ۞ ابي الريحان البيروني الخوارزمي مصنف كتاب القانون المسعودي الفه لمسعود بن محمود بن سبكتكين ۞ وكذلك كوشيار بن لبان الجيلي في زيجه ۞ ولايعرف كتاب الف في علم من العلوم وقديمها وحديثها فاشتمل علي جميع ذلك العلم غير ثلاثة كتب احدها كتاب المجسطي هذا في علم هية الفلك وحركات النجوم ۞ الثاني كتاب ارسطو في علم صناعة المنطق ۞ والثالث كتاب سيبويه البصري في علم النحو العربي ۞

قال محمد بن اسحق النديم في كتابه بطلميوس كان في ايام ادريانوس وانطونيوس وفي زمانهما رصد الكواكب وهو اول من عمل الاصطرلاب الكري والالات النجومية ۞

## CMXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° *Ali Ben Redhvani* Commentarii in *Ptolemæi Tetrabiblum De Aſtrorum Judiciis* : alterum nempe exemplar.

2.° Opuſculum *De Apoteleſmatibus* nobilis & perantiqui Aſtrologi *Abv Jahiæ Almervzi*, cujus meminit Scriptor Arabicæ *Philoſophorum Bibliothecæ*, adjunctis *Ahmedi Ben Confvdi Conſtantienſis* Commentariis : exaratum die 28. Rabii poſterioris anno Egiræ 998.

Ex Regia Bibliotheca Marochana.

3.° Opuſculum de eodem argumento, inſcriptum *Apparentiæ & ſignificationes Planetarum* (1) : ubi plura de Horoſcopis diſſerit *Abv Hassan Ali Ben Haidvr*. (2)

4.° Libellus de Infortuniorum judicio, inſcriptus *Chiromantia* (3), cujus auctor *Alsaied Ben Ali Mohamad Cordubenſis*, qui ſeculo Egiræ quinto jam declinante in Ægypto claruit.

5.° Libellus *De Pluviarum & Annonæ judicio*, tripartitus, ubi de rerum venalium pretio : auctore *Abv Abdalla Ben Albocar*. (4)

## CMXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ anni notâ, quo continetur Opus *De Aſtrologia Judiciaria*, Libris IX. comprehenſum, & capita xcvi. complectens. (5) Ejus auctor *Abi Maschar*, vulgò *Albvmasar* dictus.

*ABVL-*

النجومية ۞ فاما كتاب المجسطي فهو ثلاثة عشر مقالة واول من عني بتفسيره
واخراجه الي العربيه يحيي بن خالد بن برمك وفسره له جماعة فلم يتقنوه ولم يرض
بذلك فندب لتفسيره ابا حيان وسلما فاتقناه ۞ ونقله الحجاج بن مطر ۞ وما نقله
النيريزي اصلح ثابت الكتاب كله ۞ ونقل اسحق هذا الكتاب واصلحه ثابت ۞
ومما اشتهر من كتب بطلميوس وخرج الي العربيه كتاب كتبه الي سوري تلميذه
نقله ابرهيم بن الصلت واصلحه حنين بن اسحق ۞ فسر المقالة الاولي انطرقيوس
جمع المقالة الاولي ثابت ۞ فسره عمر بن الفرخان ۞ ابرهيم بن الصلت ۞ النيريزي
والبناني كتاب المواليد ۞ كتاب الحرب والقتال ۞ كتاب استخراج السهام ۞
كتاب تحويل سني العالم ۞ كتاب المرض وشرب الدواء ۞ كتاب سير السبعة ۞
كتاب الاسري والمحبسين ۞ كتاب في تفسير اشترا السعود واصطناعها ۞ كتاب
الخصمين ايهما يفلح ۞ كتاب القرعة مجدول ۞ كتاب اقتصاص احوال
الكواكب ۞ كتاب الجغرافيا ۞ وهذا الكتاب نقله الكندي الي العربي
نقلا جيدا ويوجد سريانيا ۞

(1) *Titulus* : الاعتبارات النظرية في الاحكام النجومية ۞

(2) *Auctor* : تاليف ابو علي حسن بن هيدور ۞

(3) *Titulus* : كتاب القواطع ۞

(4) *Auctor* : تاليف ابي عبد الله بن البقار ۞

(5) *Initium* : ان عامة المتقدمين ۞
*Finis* : والله اعلم ۞

## *ABULMASARIS VITA & SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol. 170.*

„ GIAPHAR BEN MOHAMAD BEN „ OMAR, *Perſa Balkhenſis*, præ„ſtantiſsimus operum de Aſtrologia ju„diciaria & Aſtronomia ſcriptor, in re„bus Perſarum, aliarumque nationum „geſtis abundè verſatus, vir fuit inge„nioſus; ſed vini aſsiduus potor. Quum „is rei cujuſdam eventum prædixiſſet, „& *Almoſtaini* Caliphæ juſſu fuiſſet fla„gris multatus, dixiſſe traditur: *Verum* „*attigi, & pœnas dedi.* Obiit in urbe „*Vaſetha*, centenario, ut fama eſt, ma„jor (anno Egiræ 272.)

„ Ejus de Aſtrologia Judiciaria „Scripta ſunt: Liber *De Aſtrorum natu*„*ra*; Liber *Millenarius* (ubi de Mundi „initio & fine ex Planetarum motu di„ſputat); Liber *Introductio Major ad* „*Aſtrologiam* inſcriptus; Liber *De Con*„*junctionibus*; *Recenſio Chronologica Re*„*gum omnium ferè nationum*, Liber I. *De* „*Certamine* Liber I. *De Regionum Clima*„*tibus* Liber I. *De Oneirocritica* Liber I. „*Ad Baziari filium de Genethliacis* Li„ber I. *De Aſtrorum ſignis & veſtigiis* „Liber I. *De Nativitatum revolutionibus* „Liber I. *De Tabulis Aſtronomicis*, quæ „*Majores* dicuntur, Liber I. *De Tabulis* „*Minoribus*, quæ & *Tabulæ Conjunctio*„*num* vocantur, Liber I. ubi momen„ta Conjunctionum Saturni & Jovis à „Diluvii tempore demonſtrantur. Ad „memorata hactenus Scripta accedunt „Liber *Minoris Introductionis ad Aſtrono*„*miam*; *Tabulæ De Annonæ inopia &* „*fraudibus*, Liber I. ſexaginta & ultra „capita complectens; *De Nativitatibus* „Liber *Major* dictus, non abſolutus; *De* „*Sphæra* Liber I. *De Electionibus* Liber I. „*De Electionibus ex Lunæ manſionibus* „Liber I. *De Aſtrorum viribus & effecti*„*bus* Liber I. *Major* inſcriptus; *De Sor*„*te duplici, deque Dynaſtiarum reſtauratio*„*ne & ornamento* Liber I. *De conjunctio*„*ne Saturni & Martis in Signo Cancri* „Liber I. *De Planetarum figuris, & ex* „*iis Judicium*, Liber I. *De Temperamen*„*tis* Liber I. *De Sideris occaſu* (unde plu„vias ac tempeſtates prænoſcunt Aſtro„logi) Liber I. *De Quæſitis* Liber I. *De* „*Aſtrologiæ veritate* Liber I. *De Apoteleſ*„*matibus* Liber I. *Encyclopædia* dictus, „necdum expletus; *De Nativitatibus* Li„ber I. Aſtrologorum hac de re ſenten„tias complectens; *De Aſtronomiæ Ele*„*mentis* Liber I. *Leo* dictus; *De Oneiro*„*critica ex Aſtris* Liber I. *De Rerum hu*„*manarum eventibus ex Oneirocritica no*„*ſcendis* Liber I. Tractatus *Genethliacus* „*Minor*, Libris II. comprehenſus; *Ta*„*bulæ Conjunctionum & rerum evitanda*„*rum*, Liber I. *De Horis faſtis & ne*„*faſtis per XII. Sidera*, ſeu *Signa Zodia*„*ci*, Liber I. *De Ciborum & Veſtium* „*ſortibus* (videlicet quis victus, quis „veſtitus ſingulis menſibus conveniat, „idque per XII. Cœli ſimulacra); *De Re*„*gionum natura & proprietatibus* Liber I. „*De Pluviis & Ventis* Liber I. (a)

Co-

(a) جعفر بن محمد بن عمر ابو معشر البلخي صاحب التواليف الشريفة في صناعة الاحكام وعلم التعديل وكان اعلم الناس بسير الفرس واخبار ساير الامم ۞ كان فاضلا حسن القريحة ۞ الا انه مدمنا علي شرب الخمر ۞ وضربه المستعين اسواطا لانه اصاب في شي خبر به قبل وقته ۞ وكان يقول اصبت فعوقبت وجاوز الماية

## CMXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, quo continentur:

1.° *Albumasaris* Tractatus de Aſtrologia Apoteleſmatica, titulum præferens *Simulacra cœleſtia, eorumque in Corpora ſublunaria influxus* (1): adjectis variorum Notis.

2.° Tractatus de Annis climactericis, inſcriptus *Tabula Vitæ & Mortis Philoſophi Alchindi* (2), cujus & Vitam & Scripta ſumus infra relaturi.

3.° Ejuſdem Opuſculum *De Planetarum Conjunctionibus*, in VII. capita diviſum.

4.° Ejuſdem Libellus *De Judiciis ex Eclypſibus*.

5.° Excerpta de eodem argumento Aſtrologi *Abilabbas Ben Othman Ben Albanna* (3) *Granatenſis*.

6.° Ejuſdem *Albumasaris* Tractatus *De Aſtrorum Secretis*, cum Tabulis Aſtronomicis & variis Quæſitis.

7.° Opus de Sciothericis, feriâ 4. die 6. menſis Rabii prioris anno Egiræ 762. *Hiſpali* exaratum, titulo *Scientia ex Umbra deſumta* (4): ubi Problemata XLIV.

المايئة من عمره ومات بواسط فيما قيل ۞ فمن كتبه في صناعة الاحكام كتـــاب
الطبايع ۞ كتاب الالوف ۞ كتـاب المدخل الكبير ۞ كتاب القرانات ۞ كتـــاب
الدول والملل ۞ كتاب الملاحم ۞ كتاب الاقاليم ۞ كتاب الهيلاج الي ابــــــن
البازيار ۞ كتاب المقالات في المواليد ۞ كتاب النكت ۞ كتاب تحاويــــــل
المواليد ۞ كتـاب الزيج الكبير ۞ كتاب الزيج الصغير وهو الزيج المعـــــروف
بالقرانات يتضمن معرفة اوقـات اقتران زحل والمشتري منذ عهد الطوفان ۞ وله مـــن
التصانيف غير ما تقدم ذكره ۞ كتاب المدخل الصغير ۞ كتـاب زيج الهزارات نيـف
وستون بابا ۞ كتـاب المواليد الكبير ولم يتممه ۞ كتاب هيئة الفلك ۞ كتـــاب
الاختيارات ۞ كتـاب الاختيـارات علي منازل القمر ۞ كتاب الطبايع الكبيـــر ۞
كتاب السهمين واعمار الدول ۞ كتاب اقتراب النحسين في برج السرطان ۞ كتاب
الصور والحكم عليها ۞ كتاب المزاجات ۞ كتاب الانوا ۞ كتاب المسايـــــل ۞
كتاب اثبات علم النجوم ۞ كتاب الكامل والشامل لم يتممـــــــــــــــــــه ۞
كتاب الخبرة جمع فيه اقوال الناس في المواليد ۞ كتاب الاصول وادعاه ابـــــو
العنبس ۞ كتاب تفسير المنامات من النجوم ۞ كتاب القواطع علي الهيلاجـــات ۞
كتـاب المواليد الصغير مقالتان ۞ كتاب زيج القرانات والاحترامـات ۞ كتـــاب
الاوقات علي اثني عشرية الكواكب ۞ كتاب سهام الماكولات والملبوســـــات ۞
كتاب طبايع البلدان ۞ كتاب الامطار والرياح ۞

(1) *Titulus*: علم الاشخـاص العلويـــــة وتاثيراتها في السفلية ۞

(2) *Titulus*: مقالة تحاويل السنيـــــــن للكندي ۞

(3) *Auctor*: منتقطات ابي العباس بـــن عثمن بن البنا ۞

(4) *Titulus*: رسـالة في علم الظـــــلال ۞

XLIV. & ſciothericæ figuræ LIII. occurrunt, auctor eſt *Abi Abdalla Mohamad Hiſpanus*, dictus *Arithmeticus*, qui Sphæram alio quidem modo ac Ptolemæus deſcripſit, ut ipſe in Prologo fatetur; plurima etiam exhibet ſciotherica Inventa, demonſtratque. (1)

8.° Tractatus de Tabulis Sinuum, earumque in Trigonometria uſu, inſcriptus *Sufficiens* (2). Hujus auctor *Abdelaziz Massudus Hiſpalenſis*, ſexto Egiræ ſeculo clarus, qui ſuas Aſtronomicas Obſervationes *Cairi* inſtituit, ſubjunctis Epochis nationum celebrioribus.

## *ALCHINDI*
## *VITA & SCRIPTA*
### *EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol. 413.*

„ Jacobus Ben Isaac Ben Alsabah, „ vulgò *Abu Joseph Alchindus*, „ omnigenæ diſciplinæ Græcæ, Perſicæ, „ Indicæ peritiâ inter Mahometanos, ut „ & Regia *Alchindorum* ſtirpe, claruit. „ *Alchindus*, inquit Ben Giolgiol, „ ſcriptor *Hiſpanus*, illuſtri fuit genere. „ Baſoram ſe contulit, inde Bagdadum, „ ubi literis eſt inſtitutus. Medicus fuit „ & Philoſophus, Arithmeticæ etiam ac „ Dialecticæ, Muſicæ, Geometriæ, at- „ que Aſtronomiæ ſciens. Pleroſque „ Philoſophorum libros illuſtrandos ſu- „ ſcepit. Illius ſcriptorum titulos, qua „ fas erit, brevitate recenſebimus.

### *OPERA PHILOSOPHICA.*

„ *Curſus Philoſophicus*, Liber I. *Quòd* „ *Philoſophiæ ſcientia ſine Matheſeos ſtu-* „ *dio comparari minimè poſſit*, Liber I. *Ad-* „ *hortatio ad Philoſophiæ ſtudium*, Liber I. „ *De Aristotelis Propoſito in Prædica-* „ *mentis* Liber I. *Aristotelis Librorum* „ *Ordo*, Liber I. *Scientiarum humanarum* „ *Diviſio*, Liber I. *Quòd omnia Dei opera* „ *ſint juſta*, Liber I. *De eſſentia rei infinitæ* „ Liber I. *De Mundi æternitate* Liber I. „ *De cauſa activa & paſſiva Phyſica* Li- „ ber I. *De Univerſalibus intellectualibus* „ *Quæſtiones*, Liber I. *Problemata Ma-* „ *thematica ſibi propoſita*, Liber I. *De So-* „ *cietate Artium inſtituenda* Liber I. *De* „ *Canonum diviſione* Liber I. *De Intellectûs* „ *eſſentia* Liber I. *Tabulæ Philoſophicæ ad* „ *Calipharum & Vizirorum uſum deſcriptæ*, „ Liber I.

### *LOGICA.*

„ *Introductio ad Logicam uberior*, Li- „ ber I. *Epitome iſagogica in Logicam*, Li- „ ber I. *Decem Prædicamenta*, Liber I. „ *Commentarius in Aristotelis Analyti-* „ *ca*, Liber I. *Animadverſiones in Artem* „ *Sophiſticam*, Liber I. *De Dialecticæ de-* „ *monſtrationibus* Liber I. *De quinque Præ-* „ *dicamentis*, *ſeu de Aristotelis Organo*, „ Liber I. *De Phyſica auſcultatione* Liber I. „ *De Arte Topica*, *ſive de Locis Logicis*, „ *unde argumenta quæque ſunt petenda*, Li- „ ber I.

### *ARITHMETICA.*

„ *Opus iſagogicum in Numerorum di-* „ *ſciplinam*, Liber I. *De Arithmetica Indica* „ Liber I. *De Numeris harmonicis à Pla-* „ *tone in Timæo memoratis* Liber I. *De* „ *Numerorum compoſitione* Liber I. *De* „ *Unitate numerali* Liber I. *De Numeris* „ *abditis extrahendis* Liber I. *De Omine* „ *ex Numerorum ſupputatione* Liber I. *De* „ *Nu-*



(1) *Initium*: انه كان ظهر لي ان ابسط للكرة بسطا سهلا خلاف البسط الذي بسطه بطلميوس ☼ *Finis*: ☼ وفي اي بلد شيت

(2) *Titulus*: ☼ كافية في العمل بالجيب

„ *Numeris per lineas & grana hordeacea* „ *multiplicandis* Liber I. *De Quantitate re-* „ *lativa* (id eſt de numeralibus Fractioni- „ bus, ac de earum ad integrum redu- „ ctione, quam Arabes poſterioris ævi „ *Algebram* vocitarunt) Liber I. *De re-* „ *bus Genealogicis & Chronologicis* Liber I. „ *De Arithmeticæ induſtria & arcanis* Li- „ ber I.

## *SPHÆRICA.*

„ *Quòd Mundus univerſus ſit ſphæ-* „ *ricus*, Liber I. *Quòd prima Elementa, &* „ *remotiſsima quæque corpora ſint ſphæri-* „ *ca*, Liber I. *Quòd Figura ſphærica om-* „ *nium ſit capaciſsima*, Liber I. *De Sphæris,* „ *Globiſque cæleſtibus* Liber I. *De Lineæ* „ *verticalis ſuper Sphæram deſcriptione* Li- „ ber I. *Quod Maris ſuperficies ſit ſphæri-* „ *ca*, Liber I. *De Planiſphærio* Liber I. *De* „ *Armillarum ſex deſcriptione & uſu* Li- „ ber I.

## *MUSICA.*

„ *De Muſices compoſitione* Liber I. „ *De Iſagoge Harmonica* Liber I. *Intro-* „ *ductio Muſica*, Liber I. *De Tonis* Liber I. „ *De Muſicæ Hiſtoria* Liber I. *De Mu-* „ *ſica Rhythmica, ejuſque Scriptoribus* Li- „ ber I.

## *ASTROLOGICA.*

„ *Quòd Lunaris phaſis momentum non* „ *poſsit certis calculis comprehendi, ſed ve-* „ *riſimiliter ſolùm ſtatui*, Liber I. *Quæſita* „ *de Aſtrorum ſtatu*, Liber I. *De viribus &* „ *affectibus Aſtrorum* Liber I. *De Radio-* „ *rum ſitu* Liber I. *De utraque Anni tem-* „ *peſtate, æſtiva videlicet & autumnali*, Li- „ ber I. *Quibus Signis cæleſtibus, quibuſve* „ *Sideribus Regio quæque ſit obnoxia*, Li- „ ber I. *De Horoſcoporum figuris* Liber I. „ *Deſcriptio Tabularum Nativitatum*, Li- „ ber I. *De priſcorum perinde ac recentio-* „ *rum Hominum ætate, tùm de utriuſque* „ *diſcrimine* Liber I. *De Aſtrorum revolu-* „ *tionibus* Liber I. *De cæleſtium Simula-* „ *crorum differentiis* Liber I. *De celeri Si-* „ *derum motu in Horizonte ac de tardiori* „ *eorum, quò altius efferuntur, gradu* Li- „ ber I. *De diſcrimine quod inter Annos in-* „ *tercedere ſolet*, Liber I. *De Aſtrorum in-* „ *dole ac proprietatibus* Liber I. *De cæle-* „ *ſtium Simulacrorum analogia & natura* „ Liber I. *De Meteorologicis* Liber I. *Cur* „ *quibuſdam locis non pluat*, Liber I.

## *GEOMETRICA.*

„ *De* Euclidis *Librorum inſtituto* Li- „ ber I. *Commentarius in* Euclidis *Li-* „ *bros* Liber I. *De Parallaxibus* Liber I. „ *De Speculorum differentiis* Liber I. *De* „ *Figuris conicis* Liber I. *De Lineis pa-* „ *rallelis proximè ductis* Liber I. *De ſe-* „ *ptem Lineis parallelis proximè in Sphæra* „ *ductis* Liber I. *Architectura*, Liber I. *De* „ *Trianguli & Quadranguli diviſione* Li- „ ber I. (ſive de Anguli rectilinei tri- „ ſectione & quadriſectione). *Quomodo* „ *Circulus ſit deſcribendus æqualis Plano da-* „ *tæ Columnæ*, Liber I. *De Siderum ortu &* „ *occaſu* Liber I. *De trina Circuli diviſione* „ Liber I. *Commentarius in* Euclidis *Li-* „ *brum* XIV. *& in Librum* XV. Liber I. „ *Demonſtrationes Geometricæ*, Liber I. „ *Commentarius in Librum* Hypsiclis *de* „ *Aſtrorum ortu, vel de Aſcenſionibus* Li- „ ber I. *De Aſtrolabii conſtructione* Liber I. „ *De invenienda Linea meridionali & Pun-* „ *cto verticali Auſtrali* Liber I. *De Geo-* „ *metrica Horologii ſciatherici deſcriptione* „ Liber I. *De Horologio conſtruendo ſuper* „ *laminam erectam ad Planum Horizonti* „ *æquale, quòd ceteris ſit præſtantius*, Li- „ ber I. *De Hora ex media Sphæra Geo-* „ *metricè invenienda* Liber I. *De fauſtis* „ *Auguriis* Liber I.

## *DE ORBE COELESTI OPERA.*

„ *Quòd Cælum ultimum, ſive primum* „ *Mobile Geometricè dimetiri non poſsimus,* „ Liber I. *Quòd Cælum naturâ ſit quintâ* „ *præ-*

„ *prædītum* , *proindeque ab Elementis ſit* „ *prorsùs aliud*, Liber I. *De exteriori Cœli* „ *parte* Liber I. *De ultima Mundi parte* „ Liber I. *Mundum eſſe infinitum repugnat*, „ Liber I. *De Cœlorum figuris* Liber I. *De* „ *cœleſtibus Apparentiis* Liber I. *De Ma-* „ *gna* PTOLEMÆI *Conſtructione, ſeu de Al-* „ *mageſto*, Liber I. *De Cœli eſſentia, ac de* „ *cyaneo ejus colore* Liber I. *Cœli motus de-* „ *monſtrantur*, Liber I. ubi de Lucis ac „ Tenebrarum eſſentiâ.

## MEDICA.

„ *De Medicina Myſtica* Liber I. *De* „ *Medicina Hippocratica* Liber I. *De Ali-* „ *mentis & Medicamentis* Liber I. *Quòd* „ *Terræ exhalationes Aërem depurgent*, „ *illumque à peſtilentia vindicent*, Liber I. „ *De Remediis noxium odorem expellenti-* „ *bus* Liber I. *De Medicamentis cathar-* „ *ticis , eorumque proprietatibus* Liber I. „ *De Sanguinis profuſione & fluxu* Li- „ ber I. *De regenda Sanitate* Liber I. „ *De Antidotis* Liber I. *De Morborum* „ *Criſibus* Liber I. *De præcipuo Hominis* „ *membro* Liber I. *De Cerebri qualitate* „ Liber I. *De Elephantiaſi, ejuſque cauſa* „ Liber I. *De morſu Canis rabie correpti* Li- „ ber I. *De Ventriculi doloribus, ac de Po-* „ *dagra* Liber I. *De Accidentibus quæ ori-* „ *ri ſolent ex Pituita, ac de Morte inopina* „ Liber I. *De Febrium differentiis* Liber I. „ *De Corporum Animalium corruptione* Li- „ ber I. *De Splenis morbi curatione* Liber I. „ *De Artis Medicæ utilitate* Liber I. *De* „ *Arte immutandi Sapores* Liber I. *De Me-* „ *dicamentis compoſitis* Liber I.

## ASTROLOGICA.

„ *Prolegomena in Scientiam Aſtrologi-* „ *cam*, Liber I. *De Apoteleſmatica peritia* „ Liber I. *Opus iſagogicum in Aſtrologiam,* „ *per Quæſita digeſtum* , Liber I. *De duo-* „ *rum maleficorum Planetarum* ( id eſt Sa- „ turni & Martis ) *in Cancri Signo pro-* „ *gnoſi* Liber I. *De Electionum utilitate* Li- „ ber I. *De Artis Apoteleſmaticæ commodo*, „ ubi quis jure Aſtrologus ſit dicendus, „ Liber I. *De Horoſcopis definiendis, ſta-* „ *tuendiſque* Liber I. *De Annorum revolu-* „ *tionibus* Liber I. *De Cœli , ſive Aëris* „ *mutationum Prognoſticis ex Eclipſibus ca-* „ *piendis* Liber I.

## PROBLEMATICA.

„ *Animadverſiones in Sophiſticas Ca-* „ *villationes* Liber I. *Hæreticorum argu-* „ *menta refelluntur*, Liber I. *De Sanctorum* „ *Apoſtolorum veritate* Liber I. *Primi Agen-* „ *tis , ſive Dei exiſtentia demonſtratur*, Li- „ ber I. ubi de ſecundo Agente analogi- „ cè dicto. *De Hominis poteſtate & libero* „ *arbitrio* Liber I. *Quòd Corpus primo* „ *ſuæ exiſtentiæ puncto motûs , quietiſque* „ *ſit expers*, Liber I. *De Dei unitate* Li- „ ber I. *De Corporis principiis* Liber I. *De* „ *Puncto indiviſibili* Liber I. *De variis Se-* „ *ctarum placitis quoad Dei unitatem* Li- „ ber I. *De Demonſtrationibus* Liber I.

## DE ANIMA.

„ *Quòd Anima ſit ſubſtantia ſimplex &* „ *immortalis*, Liber I. *De Hominis eſſen-* „ *tia*, ubi de præcipua illius parte con- „ ſtitutiva , Liber I. *Quòd Anima memoriâ* „ *ac intellectu ex ſe prædita ſit antequam* „ *in Corpus infundatur*, Liber I. *De Phi-* „ *loſophorum placitis circa Myſteria* Li- „ ber I. *De Somni & Somniorum cauſa* „ Liber I.

## POLITICA.

„ *De Politico Regimine* Liber I. *De* „ *Virtutum via facilè ſternenda* Liber I. „ *De Mœroris expulſione* Liber I. *De Ethi-* „ *cis* Liber I. *De Republica* Liber I. *Mo-* „ *nita de Virtutibus*, Liber I. *De* SOCRATIS „ *virtutibus & dictis* Liber I. *Diſceptatio-* „ *nes* SOCRATEM *inter &* ARSVESIVM ( for- „ tè ÆSCHINEM ) *habitæ*, Liber I. SO- „ CRATIS , *& pertinacium illius Accuſato-* „ *rum* ( ANITI , LYCONIS & MELITI )

„ *Hiſtoria*, Liber I. *De* Socratis *morte Hiſtoria*, Liber I. *De Intellectu* Liber I.

## *METEOROLOGICA.*

„ *De cauſa proxima efficiente Generationis & Corruptionis* Liber I. *Quod Elementa, videlicet Ignis, Aër, Aqua, & Terra corruptibilium ſint cauſa*, Liber I. *De quatuor Anni tempeſtatibus*, in quibus quatuor primæ Elementorum Qualitates cum ſuis viribus quàm maximè probantur, Liber I. *De Tempore, Ævo & Sæculo* Liber I. *De cauſa, quæ in Aëre frigidam habet vim, & tamen ſublunaria corpora calefacit*, Liber I. *De Phænomenis, quæ in Horizonte interdum apparent, indeque evaneſcunt*, Liber I. *De Stella crinita, ſive De Cometa*, Liber I. *De Frigoris cauſa in Vetulæ diebus* (id eſt *brumalibus*) Liber I. *De Nebularum cauſa* Liber I. *De Phænomeni maximi, quod anno Egiræ* 222. *in aëre viſum eſt, obſervationibus* Liber I.

## *OPTICA.*

„ *De Inſtrumentis quibus Stadiorum numerus & Corporum magnitudo intelligatur*, Liber I. *De Climatum longitudinibus & latitudinibus* Liber I. *De Climatum habitabilium cognitione* Liber I. *De Corporum diſtantia* Liber I. *De Lunæ centri diſtantia à Terra* Liber I. *De Inſtrumenti deſcriptione, quo corpora oculis noſtris objecta, quantum diſtent, dignoſcamus*, Liber I. *De Montium verticis diſtantia* Liber I.

## *PROLEGOMENA.*

„ *De rebus futuris Prologus*, Liber I. *De Prædictionibus Prologus*, Liber I. *Prolegomena in Aſtrologiam*, Liber I.

## *MISCELLANEA.*

„ *De octo Gemmis* Liber I. *De Lapidum natura & ſpeciebus* Liber I. *De Tincturis & Coloribus* Liber I. *De Gladiorum ſpeciebus* Liber I. ubi etiam de Ferro. *De arte Ferri ita parandi, ut cujuſvis Gladii acies nec infringi, nec hebetari poſsit*, Liber I. *De Avi humana* Liber I. *De Columbarum miſtione, ſive coitu* Liber I. *De Ovorum incubatione* Liber I. *De Apium ſpeciebus ac nobilitate* Liber I. *De Turture cantore* Liber I. *De Chemia* Liber I. *De Succorum ſtillatione, ejuſque generibus* Liber I. *De Arte coquinaria ac de ejus apparatu* Liber I. *De Nominibus ænigmaticis & hieroglyphicis* Liber I. *De Alchymiſtarum fraude & erroribus* Liber I. *De duabus Aquæ proprietatibus ſub ſenſum cadentibus* Liber I. *De Maris æſtu* Liber I. *De Automatis & Thaumaturgicis* Liber I. *De iis quæ Aquis innatant*, (id eſt *de Hydroſtatica*) Liber I. *De iis quæ Aquis ſubmerguntur* (ſeu *de Planis æquiponderantibus*) Liber I. *De Speculis uſtoriis* Liber I. *De Vocibus* Libri III. *De extrema Judicii die* Liber I. *De Spiritibus intra terræ viſcera incluſis, unde Terræmotus plerùmque erumpunt*, Liber I. *Reſponſa ad* XIV. *Quæſita Phyſica ſibi ab amicis propoſita*, Liber I. *De cauſa Tonitrûs, Fulguris, Nivis, Fulminis, & Pluviæ* Liber I. *De taciturni Philoſophi virtute* Liber I. *Refelluntur qui Auri & Argenti conficiendi artem jactant*, Liber I. *De Equis ac de Arte Veterinaria* Liber I.

Abulpharagius in *Dynaſt. Hiſtor. pag.* 179. ad Annum CCLXXIX. hæc de Alchindo habet: „ Quod ad Jacobum Alchindium autem, illuſtris proſapiæ fuit, *Baſorenſis*. Pater ipſius fuit Isaac Alcufæ nomine, *Almohdi & Alraſchidi* præfectus. Jacobus verò Medicinæ, Philoſophiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ, Muſicæ, Geometriæ & Aſtronomiæ peritus fuit; ac in pleriſque harum ſcientiarum Libros celebres & uberiores Tractatus compoſuit; nec

„ fuit

„ fuit inter Mahometanos, qui Philoſo-
„ phiæ ſtudio apud homines adeo cla-
„ ruerit, ut *Philoſophus* nominaretur, præ-
„ ter *Jacobum* iſtum. (a)

Co-

(a) يعقوب بن اسحق بن الصباح ابو يوسف الكندي المشتهر في الملة الاسلامية بالتبحر في فنون الحكمة اليونانية والفارسية والهندية احد ابنا ملوك كندة ۞ قال ابن جلجل الاندلسي الكندي كان شريف الاصل نزل البصرة وانتقل الي بغداد وهناك تادب ۞ كان عالما بالطب بالفلسفة بعلم الحساب بالمنطق بتاليف اللحون بالهندسة والهية ۞ ترجم من كتب الفلاسفة الكثير ۞ اسما مصنفاته حسب ما امكن حصره ۞

كتبه الفلسفيات ۞ كتاب الفلسفة ۞ كتاب في انه لا تنال الفلسفة الا بعلم الرياضة ۞ كتاب الحث علي تعلم الفلسفة ۞ كتاب قصد ارسطو في المقولات ۞ كتاب ترتيب كتب ارسطو ۞ كتاب اقسام العلم الانسي ۞ كتاب في ان افعال الباري كلها عدل ۞ كتاب في ماهية الشي الذي لا نهاية له ۞ رسالة في الابانة ان لا يكون جرم العالم بلا نهاية ۞ كتاب في الفاعلة والمنفعلة من الطبيعيات ۞ كتاب في اعتبارات الجوامع الفكرية ۞ كتاب في مسايل سيل عنها في الرياضيات ۞ كتاب في الرفق في الصناعات ۞ كتاب في قسمة القانون ۞ رسالة في مايية العقل ۞ رسالة في رسم رقاع الي الخلفا والوزرا ۞

كتبه المنطقيات ۞ كتاب المدخل المنطقي المستوفي ۞ كتاب المدخل المختصر ۞ كتاب المقولات العشر ۞ شرح ارسطو في انولوطيقا ۞ كتاب في الاحتراس عن خدع السوفسطائية ۞ كتاب في البرهان المنطقي ۞ رسالته في الاصوات الخمسة ۞ رسالته في سمع الكيان ۞ رسالة في الة مخرجة للجوامع ۞

كتبه في الحسابيات ۞ رسالة في المدخل الي الارثماطيقي ۞ رسالته في الحساب الهندي ۞ رسالة في الاعداد التي ذكرها افلاطون في كتاب السياسة ۞ كتاب في تاليف الاعداد ۞ رسالة في التوحيد من جهة العدد ۞ رسالة في استخراج الخبي والضمير ۞ رسالة في الزجر والفال من جهة العدد ۞ رسالة في الخطوط والضرب بعدد الشعير ۞ رسالة في الكمية المضافة ۞ رسالة في النسب الزمانية ۞ رسالة في الحيل العددية وعلم اضمارها ۞

كتبه الكريات ۞ رسالة في العالم وكل ما فيه كري ۞ رسالة في ان العناصر الاولي والجرم الاقصي كرية ۞ رسالة في ان الكرة اعظم الاشكال الجرمية ۞ رسالة في الكريات ۞ رسالة في عمل السمت علي كرة ۞ رسالة في ان سطح ماء البحر كري ۞ رسالة في تسطيح الكرة ۞ رسالة في عمل الحلق الست واستعمالها ۞

كتبه

كتبه الموسيقيات ۞ كتاب في التاليف ۞ كتاب ترتيب النغم ۞ كتاب المدخل الي الموسيقي ۞ رسالة في الايقاع ۞ رسالة في الاخبار عن صناعة الموسيقي ۞ كتاب في خبر صناعة الشعرا ۞

كتبه النجوميات ۞ رسالة في ان روية الهلال لا تضبط بالتحقيق وانما القول فيها بالتقريب ۞ رسالة في السوال عن حال الكواكب ۞ رسالة في كيفيات نجومية ۞ رسالة في مطرح الشعاع ۞ رسالة في الفصلين ۞ رسالة في ما ينسب اليه كل بلد من البلدان الي برج او كوكب ۞ رسالة في صور المواليد ۞ رسالة في تصحيح عمل هونارات المواليد ۞ رسالة في اعمار الناس في الزمن القديم وخلافها في هذا الزمن ۞ رسالة في رجوع الكواكب ۞ رسالة في اختلاف الاشخاص العالية ۞ رسالة في سرعة ما يري من حركة الكواكب في الافق وابطايها كلما علت ۞ رسالة في فصل ما بين السنين ۞ رسالة في الاوضاع النجومية ۞ رسالة في انساب الاشخاص العالية وطبايعها ۞ رسالة في علل القوي المنسوبة الي الاشخاص العلوية ۞ رسالة في علل احداث الجو ۞ رسالة في علة ان بعض الاماكن لا تمطر ۞

كتبه الهندسيات ۞ كتاب اغراض كتب اقليدس ۞ كتاب اصلاح اقليدس ۞ كتاب اختلاف المناظر ۞ كتاب اختلاف مناظر المراة ۞ كتاب في عمل شكل الموسطين ۞ كتاب في تقريب وتر الدايرة ۞ كتاب في تقريب وتر السبع ۞ كتاب مساحة الابنيات ۞ كتاب تقسيم المثلث والمربع ۞ كتاب كيف تعمل دايرة مساوية لسطح اسطوانة مفروضة ۞ رسالة في شروق الكواكب وغروبها ۞ كتاب قسمة الدايرة بثلاثة اقسام ۞ رسالة في اصلاح المقالة الرابعة عشر والخامسة عشر من كتاب اقليدس ۞ كتاب البراهين المساحية ۞ كتاب تصحيح قول انقلاوس في المطالع ۞ كتاب صنعة الاصطرلاب ۞ كتاب استخراج خط نصف النهار وسمت القبلة ۞ كتاب عمل الرخامة بالهندسة ۞ كتاب عمل الساعات علي صفيحة تنصب علي السطح الموازي للافق خير من غيرها ۞ رسالة في استخراج الساعات علي نصف كرة بالهندسة ۞ كتاب السوانح ۞

كتبه الفلكيات ۞ كتاب في امتناع مساحة الفلك الاقصي ۞ كتاب في ان طبيعة الفلك مخالفة لطبايع العناصر وانها خامسة ۞ كتاب في ظاهريات الفلك ۞ كتاب في العالم الاقصي ۞ كتاب في انه لا يجوز ان يكون جرم العالم بلانهاية ۞ كتاب في الصور ۞ كتاب في المناظر الفلكية ۞ كتاب في صناعة بطلميوس الفلكية ۞ كتاب في مايية الفلك واللون اللازوردي المحسوس من جهة السما ۞ كتاب في البرهان علي الجسم السايرو مايية الاضواء والاظلام ۞

كتبه الطبيات ۞ كتاب الطب الروحاني ۞ كتاب الطب البقراطي ۞ كتاب في الغذا والدواء ۞ كتاب الابخرة المصلحة للجو من الاوبا ۞ كتاب الادوية المشفية من الروايح

الروايح المودية ۞ كتاب كيفية اسهال الادوية ۞ كتاب في علة نفث الدم ۞ كتاب تدبير الاصحا ۞ كتاب اشفية السموم ۞ كتاب في بحارين الامراض ۞ كتاب نفس العضو الرييس من الانسان ۞ كتاب كيفية الدماغ ۞ كتاب في علة الجذام ۞ رسالة في عضة الكلب المكلب ۞ رسالة في وجع المعدة والنقرس ۞ رسالة في الاعراض الحادثة من البلغم وموت الفجاة ۞ كتاب في اقسام الحميات ۞ كتاب في اجساد الحيوان اذا فسدت ۞ كتاب علاج الطحال ۞ رسالة في منفعة صناعة الطب ۞ كتاب في صنعة تغيير الاطعمة ۞ كتاب في القرابادين ۞

كتبه الاحكاميات ۞ كتاب تقدمة المعرفة بالاشخاص العالية ۞ كتاب رسايله الثلاث في صناعة الاحكام ۞ كتاب مدخل الاحكام علي المسايل ۞ كتاب في دلايل النحسين في برج السرطان ۞ رسالة في منفعة الاختيارات ۞ رسالة في منفعة صناعة الاحكام ومن المسمي منجما بالاستحقاق ۞ كتاب حدود المواليد ۞ كتاب تحويل سني العالم ۞ كتاب الاستدلال بالكسوفات علي حوادث الجو ۞

كتبه الجدليات ۞ رسالة في الاحتراس علي خدع السوفسطايية ۞ كتاب نقض مسايل الملحدين ۞ كتاب تثبيت الرسل عليهم السلام ۞ كتاب في اثبات الفاعل الحق الاول والفاعل الثاني بالمجاز ۞ رسالة في الاستطاعة والارادة ۞ كتاب في الجسم وانه لا ساكن ولا متحرك في اول ابداعه ۞ كتاب في التوحيدات ۞ رسالة في اوايل الاجسام ۞ كتاب في الجزء الذي لا يتجزا ۞ كتاب في افتراق الملل في التوحيد ۞ كتاب البرهان ۞

كتبه النفسيات ۞ كتاب في ان النفس جوهر بسيط غير داثر ۞ كتاب في ماهية الانسان والعضو الرييس منه ۞ رسالة فيما للنفس ذكره وهي في عالم العقل قبل كونها في عالم الحس ۞ رسالة في اجتماع الفلاسفة علي الرموز ۞ رسالة في علة النوم والرويا ۞

كتبه السياسيات ۞ رسالة في الرياسة ۞ رسالة في تسهل سبل الفضايل ۞ كتاب دفع الاحزان ۞ رسالة في الاخلاق ۞ رسالة في سياسة العامة ۞ رسالة في التنبيه علي الفضايل ۞ كتاب في فضيلة سقراط وفي الفاظه ۞ كتاب في المحاورة بين سقراط وارسوايس ۞ رسالة فيما جري بين سقراط والحرانيين ۞ رسالة في خبر موت سقراط ۞ رسالة في العقل ۞

كتبه الاحداثيات ۞ كتاب العلة الفاعلة القريبة للكون والفساد ۞ كتاب العلة في ان النار والهوا والما والارض عناصر الكاينات الفاسدات ۞ كتاب في اختلاف الازمنة التي تظهر فيها كيفيات الاربع الاولي وقواها ۞ رسالة في ماهية الزمن والحين والدهر ۞ رسالة في العلة التي لها تبرد اعلي الجو وتسخن ماقرب من الارض ۞ رسالة في الاثر الذي يظهر اياما ويضمحل ۞ رسالة في كوكب الذوابة ۞

رسالة

## CMXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus bipartitum *De Aſtrologia Judiciaria*, ubi de illius principiis, ac de Horoſcopis diſſerit magni nominis Aſtrologus SAHEL BEN BASCHAR, genere *Hebræus*, qui tertio Egiræ ſeculo jam ineunte claruit, ut refert Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *fol.* 214. ubi integrum illius nomen ita perſcribitur : *SAHL BEN BASCHAR BEN HABIB BEN HANI ABU OTHMAN.* (1)

## CMXV.

Codex nitidè exaratus die 15. Gemadi poſterioris anno Egiræ 765. Chriſti 1363. quo continetur Tractatus de Aſtronomia, in Partes V. & in capita LVI. diſtributus, hunc præferens titulum:

رسالة في علة برد ايام العجوز ۞ كتاب في علة الضباب ۞ كتاب فيما رصد من الاثر العظيم في اثنين وعشرين ومايتين من الهجرة ۞

كتبه الاثقاربات ۞ كتاب الالة التي يستخرج بها الابعاد والاجرام ۞ كتاب في ابعاد مسافات الاقاليم ۞ كتاب في معرفة الاقاليم المعمورة ۞ رسالة في ابعاد الاجرام ۞ رسالة في استخراج بعد مركز القمر من الارض ۞ رسالة في عمل الة يعرف بها بعد المعاينات ۞ رسالة في معرفة ابعاد قلل الجبال ۞

كتبه التقدميات ۞ رسالة في تقدمة المعرفة بالاحداث ۞ رسالة في تقدمة الخبر ۞ رسالة في تقدمة المعرفة بالاستدلال بالاشخاص السماوية ۞

كتبه الانواعيات ۞ كتاب انواع الجواهر الثمانية ۞ كتاب في انواع الحجارة ۞ كتاب فيما يصبغ فيعطي لونا ۞ كتاب في انواع السيوف والحديد ۞ كتاب فيما يطرح علي الحديد والسيوف حتي لا ينثلم ولا يكل ۞ كتاب الطاير الانسي ۞ كتاب في تمزيج الحمام ۞ رسالة في الطرح علي البيض ۞ رسالة في انواع النحل وكرايمه ۞ رسالة في عمل القمقم الصياح ۞ كتاب كيميا العصر ۞ رسالة في العصر وانواعه ۞ رسالة في صنعة الاطعمة وعناصرها ۞ رسالة في الاسما المعماة ۞ كتاب التنبيه علي خدع الكيمايين ۞ رسالة في الاثرين المحسوسين في الماء ۞ كتاب في المد والجزر ۞ كتاب اركان الحيل ۞ رسالة في الاجرام الغايصة ۞ رسالة في الاجرام الهابطة ۞ كتاب في عمل المرايا المحرقة ۞ رسالة في المراة ۞ رسالة في اللغظ وهي ثلثة اجزا ۞ كتاب في العشرات ۞ كتاب في حدوث الرياح في باطن الارض المحدثة كثرة الزلازل ۞ كتاب في جواب اربع عشرة مسالة طبيعيات سالها بعض اخوانه ۞ كتاب في علة الرعد والبرق والثلج الصواعق والمطر ۞ رسالة في فضل المتفلسف بالسكون ۞ كتاب في ابطال من يدعي صنعة الذهب والفضة ۞ كتاب في الخيل والبيطرة ۞

(1) *Auctor* : سهل بن بشر بن حبيب بن هاني ابو عثمان ۞

lum : *Introductio in Aſtronomicam diſciplinam* (1), cujus auctor ABULHASSAN ABDELRAHMAN *Ben* OMAR, *Suphita*, qui in gratiam Regis *Adhadeldaulæ* id opus cum Tabulis eleganter deſcriptis, & Conſtellationum figuris compoſuit, illique nuncupavit.

Ejuſdem tria extant exemplaria in Reg. Bibliotheca Pariſienſi, *Num.* MCX. MCXI. MCXIII.

## *ABULHASSANI* *VITA* & *SCRIPTA*

### *EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol.* 256.

„ ABDELRAHMAN BEN OMAR BEN „ MOHAMAD BEN SAHL ABUL- „ HASSAN *Razæus*, *Suphita*, vir ingenioſus „ & doctrinæ famâ clarus, Regi Buidi- „ tarum *Adhadaldaulæ* familiaris, cha- „ ruſque, eximia de ſcientia Sphæræ edi- „ dit opera. Quamobrem Rex *Adhadal-* „ *daula*, doctrinam ac præceptores ja- „ ctans, dicere ſolebat : *Grammaticam* „ *me docuit* ALI PERSA NESSAITA (in ur- „ be *Neſſa*, vel *Niſſa* in Choraſana or- „ tus) *Aſtronomicas Tabulas* ALSCHARI- „ PHUS EBN ALALAM ; *Stellarum verò fi-* „ *xarum loca & motus* SUPHITA.

„ Inter hujus opera numerantur „ Opus *De Stellis fixis* cum figuris; Opus de „ eodem argumento verſibus ſcriptum, „ cum figuris ; & Opus memorabile „ *De Radiorum projectione*. Obiit laudatus „ ABULHASSAN ABDELRAHMANUS, ut refert „ in ſua *Hiſtoria* Halal Ben Almohſenus, „ anno Egiræ 376. (Chriſti 986.) die „ 13. Moharami, feriâ 3. quum natus „ fuiſſet in urbe *Raia* die 14. Mohara- „ mi feriâ 3. anno 291. (a)

### CMXVI.

Codex nitidè exaratus *Cairi* feriâ 3. die 18. Gemadi poſterioris anno Egiræ 761. Chriſti 1359. in quo habetur APOLLONII Opus quinquepartitum *De Aſtrologia Apoteleſmatica*, Arabicè, ut habet inſcriptio, ab HONAINO BEN ISAAC tranſlatum, hoc titulo (2): APOLLONII *Philoſophi Liber de cæleſtium Simulacrorum in Corpora*



(a) عبد الرحمن بن عمر بن محمد بن سهل الصوفي ابو الحسن الرازي الفاضل الكامل النبيه النبيل صاحب الملك عضد الدولة بن بويه ومصنف الكتب الجليلة في علم الفلك ۞ كان عضد الدولة يقول اذا افتخر بالعلم والمعلمين ۞ معلمي في النحو ابو علي الفارسي النسوي ۞ ومعلمي في حل الزيج الشريف ابن الاعلم ۞ ومعلمي في الكواكب الثابتة واماكنها وسيرها الصوفي ۞

من تصانيفه كتاب الكواكب الثابتة مصور ۞ كتاب الارجوزة في الكواكب الثابتة مصور ۞ كتاب التذكرة ومطارح الشعاعات ۞ قال هلال بن المحسن في كتابه في سنة ست وسبعين وثلثمائة في الثالث عشر من المحرم يوم الثلثا توفي ابو الحسين عبد الرحمن وكان مولده بالري في الليلة التي صبيحتها يوم الثلثة الرابع عشر من المحرم سنة احدي وتسعين ومايتين ۞

(1) *Titulus*: كتاب مدخل علم النجوم ۞

(2) *Titulus*: رسالة بولنياس الحكيم في تاثير الروحانيات في المركبات واعمال الصور ودفع الامراض ۞

*pora ſublunaria influxu ac poteſtate* ; *item de Simulacrorum efficiendorum* , *Morborumque expellendorum arte* : ubi plura Siderum aſpicias depicta ſimulacra , ex variis nempe lapidibus & metallis Aſtrorum naturas ac proprietates exprimentibus confecta. Hanc Jatromathematicam diſciplinam mirum quantum Arabes venditent ; eam verò maximè omnium exercent ac profitentur *Ægyptii*, qui ex Lunæ per Signa Zodiaci curſu , ex Aſtrorum inerrantium meatu , virtute ac ſimilitudine dijudicant quodnam ſit auſpicatiſsimum itineris ſuſcipiendi , contrahendarumve nuptiarum tempus ; qui futurus ſit exitus morbi ; quando ſectio venæ , aut alia Chirurgica adminiſtratio ſaluberrimè adhibenda ; quando ſervi commodiſsimè conducendi , pueri optimè inſtituendi , ager excolendus feliciſsimè ; quando è vinculis & captivitate liberatio , aut rei furto ablatæ ſperanda ſit reſtitutio , aliaque id genus ſuperſtitioſa , ridicula , inania.

Quis autem ſit *Apollonius* hic , cujus Libri V. modò recenſiti Arabicè ſunt converſi , definire facile eſt , ſi *Apolloniorum* , qui complures fuere, ſeriem & ſcripta perpendamus. *Apollonium* ergo *Laodicenſem* , non verò *Apollonium Pergæum* Geometram , hujus Operis ſcriptorem eſſe hoc innixi argumento aſſerimus , quòd illum , non hunc *Libros quinque de Aſtrologia Apoteleſmatica* edidiſſe Paulus Alexandrinus in *Iſagoges* Præfatione teſtetur. Vide Fabricium in *Biblioth. Græcæ Lib. III. pag.* 511. *De Aſtrologis Græcis ineditis.*

## CMXVII.

Codex nitidè exaratus , carens anni notâ , quo continetur Opus de Aſtrologia Apoteleſmatica , in CL. capita diſtributum , ex Græcorum & Chaldæorum libris excerptum , hoc titulo : *Elementa Aſtrologica* Omari Thabrestanensis Abu Haphs Ben Pharkhan (1) , qui ſecundo Egiræ ſeculo , imperitante Calipha *Almamuno* , & doctrinæ famâ & Græcorum Scriptorum interpretatione claruit. Ejus vitam deſcribit Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* , *fol.* 221. Librorum ejuſdem Elenchum his referens verbis:

„ Ipſe ad uſum Imperatoris *Amamuni* multa elucubravit opera. Varia „ reliquit Judicia Aſtrologica , quæ ad „ hanc uſque diem in Regiis Bibliothecis „ aſſervantur , præter alia plura Aſtro„ logica & Philoſophica , quæ in ejuſ„ dem gratiam elaboravit : ex quorum „ numero recenſentur *Commentarius* in „ *Librum Quadripartitum* Ptolemæi , ex „ verſione Arabica *Abi Jahia Albathrici* ; Liber *De Viris benemeritis*; „ Liber *De Philoſophorum conſenſu & diſ*„*ſenſu* cum Notis interlinearibus. (a)

## CMXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus , iſque mutilus , quo continetur Tractatus amplior de Aſtrologia Genethliaca tetrabiblus , inſcriptus *Liber ceteris arte præ-*

(a) فترجم للمامون كتبا كثيرة وحكم باحكام موجودة الي اليوم في خزاين السلطان ۞ والف له كتبا كثيرة في النجوم وغير ذلك من فنون الفلسفة ۞ منها كتاب تفسير الاربع مقالات لبطلميوس من نقل ابي يحيي البطريق ۞ كتاب المحاسن ۞ كتاب اتفاق الفلاسفة واختلافهم في خطوط ۞

(1) *Titulus:* كتاب الاصول بالنجوم لابن الفرخان عمر الطبري ابو حفص ۞

*præſtans* (1), auctore *Abilhassano Ben Abi Alragelo* (2) *Hiſpalenſi*, Aſtrologorum ætatis ſuæ principe: quod opus, ut Sectæ Mahometanæ diſſonum, & Regibus maximè injurium, ex Regis Marochani *Zaidani*, atque Antiſtitum decretis proſcriptum eſt *Marochi* die 3. Gemadi poſterioris anno Egiræ 905. Chriſti 1499. Prædixerat enim Aſtrologus ille Mahometanam Sectam & Monarchiam ad annos vix mille perventuram: unde ingens inter Marochanos tumultus excitatus eſſe memoratur. Ibi præthereà varia infortunia Mahometanis eventura prænunciantur.

## CMXIX.

Codex nitidè exaratus, quo videlicet continentur:

1.° Libellus de Arte Geomantiæ, inſcriptus *Doctoris Alzanati Judicium Scientiæ arenariæ* (3): ubi & multa hujuſce Artis traduntur Præcepta, & varia Quæſita per Tabulas diſtributa enodantur. Porrò Artis hujus fundamenta ſexdecim tantùm figuris inſiſtunt, quæ ſingulæ certo punctorum numero variè diſpoſito conſtantes, tùm ad Literas, tùm ad Signa Zodiaci ac Planetas referuntur. Hinc fit ut illarum vel conjunctione, vel disjunctione multa dubia, occulta & remota cognoſci poſſe falsò exiſtiment. Plures de hoc argumento ſcripſere, quos inter Tripolitanus, Albarki, Alkairi, Barbari, Ahmedi, Alhamdanus & alii *Africani* & *Ægyptii*, qui nugaciſsimæ hujus Artis inventum & ſtudium à Cham *Noe* filio, Hermete *Triſmegiſto*, Thomthono *Indo*, atque aliis profluxiſſe fabulantur.

2.° Poema de eadem Arte, ab Abulkhairo (4) conditum, ingenioſum quidem ac ſententiis crebrum.

3.° Anonymi Poemation *De Lunæ manſionibus*, ubi Solarium Menſium & Dierum cognitio ex illis petenda, tùm quid ſingulis Lunæ diebus ſit agendum, traditur. Opus partim ad Diſciplinam ruſticam, partim ad ſuperſtitionem de horis & momentis felicibus ad rem quamlibet inchoandam eligendis accommodatum.

4.° Poema adeſpotum *De cognitione quatuor Anni tempeſtatum, ac de Signorum Zodiaci & Lunæ manſionum diviſione*; idque ut Diei & Noctis horæ ac momenta, quibus ſuæ Mahometanis preces peragendæ, faciliùs innoteſcant.

5.° *Aſtronomicæ Inſtitutiones* cum Tabulis, ubi de Puncto verticali, de Sciothericis & Aſtrolabiis: auctore Ali Ben Abdelrahman Ben Junes Ben Abdlellala (5), qui anno Egiræ 369. Chriſti 979. *Cairi* floruit, ubi Aſtronomicas Tabulas condidit & *Hakimo* Ægypti Regi nuncupavit. Illum & Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *fol.* 260. *Mathematicum ſummum* appellat ac *diligentem Aſtronomum*; & clariſsimus Golius in ſuis *ad Alferganum Notis* frequenter laudat.

Hujuſmodi Inſtitutiones ac Tabulæ, quæ *Hakemeticæ* vocitantur, diviſæ ſunt in Tomos quatuor, quorum ſecundum ſupra recenſuimus. Harum verò alium extat exemplar in Reg. Bibliotheca Pariſienſi *Num.* mcxliv.

## CMXX.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Mecca* die 25. Moharami anno Egiræ 873. Chriſti 1468. quo conti-

*Tom. I.* Zz 2 ne-

(1) *Titulus*: كتاب البارع في المواليد ۞
(2) *Auctor*: تاليف ابي الحسن بن ابي الرجال ۞
(3) *Titulus*: حكم علم الرمل للزناتي ۞
(4) *Auctor*: ابو الخير ———— ۞
(5) *Auctor*: علي بن عبد الرحمن بن يونس بن عبد الاعلي المصري ۞

netur Opus apud Mahometanos celeberrimum, *Scientiarum Sol* (1) inſcriptum. Ejus auctor *Abul-Abbas Ahmad Ben Abilhassan Ali Ben Joseph Coraſita*, vulgò *Albuni* (2), qui de Nominibus & Attributis Dei, deque Literarum, è quibus conſtant, ſive ad natalitias prædictiones, ſive ad Amuleta conficienda, vi ac poteſtate latiùs ediſſerit. Agit quoque de Planetarum & Orbium cœleſtium influxu in ſingulas Alphabeti Notas lineis, circuliſque variè ductis diſtinctas, ac vario inter ſe ordine diſpoſitas. Credunt enim Mahometanorum plerique, his ſemel probè cognitis, nullo negotio futura divinari; earumque multiformem copulationem non ad ſenſus modò reconditos aperiendos, ſed & ad mira quædam perpetranda omnino valere. Poſtremò de Philoſophia occulta, ſeu Cabbaliſtica tractat, cujus ope veram Alchymiæ cognitionem obtineri poſſe confidit.

Ibi paſsim occurrunt *Taliſmani* & Amuleta, quæ tùm ad avertendos, curandoſque morbos, tùm ad conciliandas amicitias, aliaſque res plurimas efficaciſsima prædicantur. Opus planè ſuperſtitioſum, quod Mahometani pro locupletiſsimo Artis Divinatoriæ, Medicæ, Chymicæ theſauro habent inſanè creduli. Ea mente à ſe conſcriptum ait Auctor, ut quæ in ceteris libris videbantur obſcuriùs dicta, majori luce donaret. *Abdelrahmanus Albasthamius*, Arabicæ *Philoſophorum Hiſtoriæ* Scriptor, ducentorum & amplius Auctorum meminit, qui de eodem argumento Commentarios edidere.

## CMXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, principii & finis expers, complectens Librum Anonymi de Arte conficiendi Simulacra quædam Aſtrorum motus, figuras & proprietates deſignantia, cui titulus *Scientia Taliſmanica* (3). Ibi characteres varii occurrunt, plerique tamen commentitii, ut ſolent illi eſſe quibus Medici, Alchymiſtæ, Aſtrologi ad celanda ſuarum Artium myſteria utuntur.

## CMXXII.

Codex pereleganter exaratus, anni notâ defectus, continens Tabulas Aſtronomicas, hoc titulo inſignes: *Tabulæ Mamonicæ* (4), quas *Almamonis* Imperatoris juſſu condidit, vulgavitque *Jahia Ben Abi Mansor*, nobiliſsimus Aſtronomus.

## CMXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 3. menſis Dilhagia, anno Egiræ 862. quo continetur Tomus I. Operis longè celeberrimi, cui titulus *Literatorum Societas* (5): ubi Tractatus de multiplici diſciplinarum genere occurrit. Auctor eſt *Moslema Ben Ahmad Ben Cassem Ben Abdalla Matritenſis*, qui omnium Philoſophorum placita in unum collecta Hiſpanorum Scholis proponit.

# MATHEMATICI
## *IN QUARTO.*

## CMXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 2. Rabii prioris anno Egiræ 767. Chriſti 1365. habens folia 700. quo continetur Opus tripartitum, *Analecta Geo-*

(1) *Titulus*: شمس المعـــــــــارف ☼
(2) *Auctor*: ابو العباس احمد بن ابـــي الحسن علي بن يوسف القرشي البوني ☼
(3) *Titulus*: علم الطلسمـــــــــات ☼
(4) *Titulus*: الزيج المامونـــــــي ☼
(5) *Titulus*: رسايل اخوان الصفـــــا ☼

*Geometrica Superficierum* (1), cum figuris: ubi de Figuris in ſuperficie conſideratis, ac de Corporibus ſolidis, eorumque ſectione, diviſione, productione diſſeritur; aliqua etiam traduntur Artis Architectonicæ & Mechanicæ præcepta: quare Tractatum hujuſmodi non immeritò Superficierum Geometriam ac Proportionum Geodæſiam dixeris. Auctor ejus *Abulthaher Mohamad Ben Abdelaziz Ben Joseph Almoradi*, vulgò *Ebn Algiab* (2), *Hiſpalenſis*, qui ſexto Egiræ ſeculo, ut ipſe innuit in poſtremo capite, vixit. (3)

## *EXCERPTA QUÆDAM* EX HOC CODICE *DE MENSURIS & PONDERIBUS* *apud Arabas Hiſpanos Scriptoris noſtri tempore uſitatis.*

,, Geodæſiam quod ſpectat, Occi-
,, dentalis Hiſpaniæ partis incolæ
,, *Funem* XL. Cubitorum, qui *Raſcha-*
,, *ſchia* dicuntur, adhibuere: ita ut ex Cu-
,, bito toties multiplicato, expanſoque
,, menſura conſtiterit, quam *Funem* ap-
,, pellarunt. Majorem tamen illo *Funem*
,, in demetiendo Orientalis Hiſpaniæ ha-
,, bitatores uſurparunt. Alii prætereà *Fu-*
,, *nem* Cubitorum *Raſchaſchia* X. inſti-
,, tuerunt: qua in re nihil profectò certi
,, decernas, quum id ex diverſa Regio-
,, num conſuetudine omnino pendeat.
,, Itaque dicimus *Funem* in noſtra regio-
,, ne uſu receptum longitudinem habe-
,, re XL. Cubitorum *Raſchaſchia*: ad
,, cujus modulum una ex columnis Tem-
,, pli *Cordubenſis* dimenſa eſt. Cubitus er-
,, go *Raſchaſchia* (à *Situla*, cujus magni-
,, tudinem æquat, ita dictus) ex VI. *Pu-*
,, *gnis* conſtat; *Brachium* verò ex V.
,, *Pugnis*: quare Cubitus *Raſchaſchia* con-
,, tinet *Brachium* unum & quincuncem.
,, Ex quo fit ut dictus *Funis* ſecundùm
,, hanc rationem XLVIII. *Brachia* com-
,, prehendat. *Pugnus* autem *Digitos* IV.
,, continet, quorum ſinguli æquantur
,, granis triticeis VI. ventre ac tergo ſeſe
,, contingentibus.

,, *Makuk*, ſeu *Gomor* menſuræ genus
,, eſt, continens III. *Kailegiata*; *Kaile-*
,, *giatum* autem quodque unam continet
,, *Minam* & VII. octavas partes *Minæ*;
,, *Mina* duarum *Librarum* pondus eſt;
,, *Libra* continet *Uncias* XII. *Uncia* verò
,, *Staterem* unum & trientem; *Stater* IV.
,, *Siclos* cum ſemiſſe; *Siclus* *Drachmam*
,, unam & III. ſeptimas partes. *Dra-*
,, *chma* VI. *Daneka*; *Danekum* II. *Kera-*
,, *tia*, id eſt *Siliquas* II. *Keratium* II. *Se-*
,, *thugia*; *Sethugium* II. *Grana*; *Granum*
,, poſtremò eſt $\frac{6}{8}$ *Drachmæ* pars, id eſt
,, pars una ex XLVIII. *Drachmæ* parti-
,, bus. Ceterùm ex Aridorum menſuris
,, maximus eſt *Cyathus*, qui VI. continet
,, *Modios*. (a)

Atque hæc doctus & accuratus Scri-
,, ptor

(a) لمساحة الارض وضع في غرب الاندلس حبلا طوله اربعون ذراعا من الذراع الرشاشية ۞ ثم ضرب هذا الحبل في نفسه فصار واحدا سطيحا سموه مرجعا الحبل واحدة الخطي واصطلحوا في شرقها على حبل اطول منه ۞ واصطلحوا غيرهم ايضا على

(1) *Titulus*: التقييد في مساحة السطوح ۞

(2) *Auctor*: ابو الطاهر محمد بن عبد العزيز بن يوسف المرادي المشهور بابن الجياب ۞

(3) *Initium*: اعلم انه لما وجب ۞ *Finis*: الاختلاف في الذراع ۞

ptor de Geodæſiæ Inſtrumentis in Hiſpania ſuo ævo uſitatis. De Aſiaticis verò diſſerens, hæc notatu digna, adeoque hîc etiam inſerenda, tradit: quæ diligentiſsimus Golius, quum in Oriente ageret, ex Auctore noſtro excerpſit, ac Latinè in citatis Notis *pag.* 73. ut videre eſt, ita reddidit.

„ Inſtrumenta Geodæſiæ tria ſunt: „ *Cubitus*, *Canna*, ſeu *Pertica* & *Schœnum*, „ ſeu *Funis*. *Cubitus* quidem ille *Haxemius* dicitur, atque etiam *Regius*; quia „ tempore Perſarum inſtitutus, & ab „ eorum Rege denominatus fuit. *Haxemius* autem appellatur, quòd *Haxemidarum* piæ memoriæ Duces eum ad„ hiberent ad Geodæſiam: unde & ab „ iis nomen obtinuit. Valet ille *Manûs* „ *juſtæ*, ut vocant, *Cubitum* unum, & „ trientem. Continet autem hic *Manûs* „ *juſtæ* Cubitus *Pugnos* ſex: *Pugnus* quiſ„ que *Digitos* quatuor, nempe Indicem, „ Medium, Annularem, & Auricula„ rem: unde conficiuntur *Digiti* qua„ tuor & viginti: eorum ſinguli æquan„ tur granis hordeaceis ſex, crenarum „ atque dorſorum mutuo contactu ap„ plicatis..... Atque ita *Haxemius* erit „ Pugnorum octo, ſeu Digitorum tri„ ginta duorum. *Cubitus* autem *Niger* „ ille eſt, quo menſuratur byſſus & pre„ tioſæ merces in civitate *Pacis*, nempe „ *Bagdad*. Centena quoque cubita terræ „ quadrata pro *ſorte*, id eſt *jugeri ſcru„ pulo*, habent. Et *Niger* cognomina„ tus fuit, propterea quòd Cubitorum „ omnium modulis coram *Almamone* „ glorioſæ memoriæ expenſis, haud „ exiſtebat ullus major quàm ſervi cu„ juſdam ipſius *Nigri*, id eſt *Æthiopis*. „ Itaque Imperatoris mandato ille ad „ uſum adhibitus fuit, continens Pu„ gnos VI. & Digitos III. id eſt Digitos „ XXVII. *Canna*, ſeu *Pertica*, quæ & *Bab*, „ id eſt *Portæ* nomen habet (fortè quòd „ urbium Portæ ad hanc quaſi altitudi„ nem extolli ſolent) eſt Cubitorum „ *Haxemiorum* VI. qui ſunt *Manûs juſtæ* „ Cubiti VIII. & Cubiti *Nigri* VII. cum „ parte nona. Denique *Funis* Cubitorum „ *Ha-*

علي المساحة بحبل طوله عشر ذراعا رشاشية ۞ وهذا كله لايتفق عند حد معلوم وانما هو بحسب عادة كل اقليم ۞ اقول ان الحبل المصطلح عليه في بلادنا طوله اربعون ذراعا رشاشية وعلي قياسها سايرة من سواري جامع قرطبة ۞ فالذراع الرشاشية من ست قبضات ۞ وذراع اليد من خمس قبضات ۞ فاذا الذراع الرشاشية ذراع وخمس ذراع من ذراع اليد ۞ فالحبل المذكور يكون علي هذا التقدير من ثمانية واربعين ذراعا من ذراع اليد ۞ واما القبضة اربعة اصابع ۞ والاصابع ست حبات قمح بطن واحدة الي ظهر اخرة ۞

المكوك مكيال وهو ثلثت كيلجات ۞ والكيلجة منا وسبعة اثمان منا ۞ والمنا رطلان ۞ والرطل اثنا عشرة اوقية ۞ والاوقية استار وثلث استار ۞ والاستار اربعة مثاقيل ونصف مثقال ۞ والمثقال درهم وثلاثة اسباع درهم ۞ والدرهم ستة دوانق والدانق قيراطان ۞ والقيراط سطوجان ۞ والسطوج حبتان ۞ والحبة سدس ثمن درهم وهو جزء من ثمانية واربعين جزا من درهم ۞ واكبر الاوعية في المكيل من الطعام هو القدح الذي هو ست امداد ۞

„ *Haxemiorum* LX. cujus menſuræ uſus „ obtinuit tempore Perſarum. In ejus „ locum ſubſtituerunt *Catenam*, quò „ caverent ne cui injuria fieret: propte- „ reà quòd *Funis* ſiccescens extenditur, „ humeſcens verò contrahitur. (a)

## CMXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo nimirum continetur Tractatus inſcriptus *Liber de Sphæris* (1), auctore *Abi Mohamad Giaber Ben Aphlah Hiſpalenſi*, ſupra laudato: qui, præter Aſtronomicas obſervationes, ſive *Hiſpali*, ſive *Cordubæ* ſæpiùs ab ipſo inſtitutas, in Æquinoctiis & Solſtitiis obſervandis excelluiſſe memoratur. Præ ceteris *Ptolemæum*, quem paſsim illuſtrat, *Hipparchum*, *Eudoxum*, alioſque tùm Græcos, tùm Arabas citat. (2)

## CMXXVI.

Codex nitidè exaratus, quo videlicet continentur:

1.° Commentarius in Tractatum *De Aſtrolabio* præſtantiſsimi Mathematici *Badereldini*, vulgò *Almardini*, id eſt *Mardinenſis*: auctore *Abdelrahman Altagiuri Alepino* (3). Tractatus is agit de Aſtrolabii conſtructione, uſu, atque utilitate; dividiturque in capita XX. Commentarius autem exaratus eſt die 12. Dilcada, anno Egiræ 944. Chriſti 1537.

2.° Ejuſdem *Mardinenſis* Opus inſcriptum *Theſaurus Quadrantis Aſtrono-*

(a) الات المساحة هي ثلثة الذراع القصبة والاشل ۞ اما الذراع فهي المعروفة بالهاشمية وعرفت بالملكية ايضا سميت بالملك لانها وضعت في زمن الفرس فنسبت الي ملكهم وعرفت بالهاشمية لان الايمة من بني هاشم يستعملونها في المساحة فنسبت اليهم وهي ذراع وثلث ذراع بذراع اليد العادلة ۞ وذراع اليد العادلة ست قبضات كل قبضة اربع اصابع وهي المسبحة والوسطي والبنصر والخنصر فتكون اربع وعشرين اصبعا كل اصبع ست شعيرات مضمومات متلاقية البطون والظهور..... والذراع الهاشمية ثمان قبضات وهي اثنان ثلاثون اصبع ۞ اما الذراع السودا فهي التي يذرع بها البز واراضي العقار بمدينة السلام بغداد ۞ ويحسبون كل ماية ذراع من الارض مكسرة سهما وسميت بالسودا لان الاذرع اعتبرت بحضرة المامون رضي الله عنه فلم يكون اطول من ذراع خادم له اسود فامر باستعمالها وهي ست قبضات وثلث اصابع وهي سبعة وعشرين اصبعا ۞ واما القصبة وتسمي الباب فهي ستت اذرع بالذراع الهاشمية وهي ثمانية اذرع باليد العادلة وهي سبعة اذرع وتسع ذراع بالذراع السودا ۞ واما الاشل فهو حبل طوله ستون ذراع بالذراع الهاشمية كانوا يمسحون بها في زمن الفرس وجعلوا عوضه سلسلة احترازا من الظلم لان الحبل اذا يبس طال واذا ندا قصر ۞

(1) *Titulus*: كتاب الهيئة ۞

(2) *Initium*: فان الله تعالي شرف نوع الانسان وفضله علي جميع الحيوان ۞

*Finis*: وهي نهاية عرض القمر ۞

(3) *Auctor*: شرح عبد الرحمن التاجوري الحلبي ۞

*nomici uſum complectens* (1), in capita CLXXXV. diſtributum. (2)

3.° Opuſculum ejuſdem argumenti, quod *Quadrans perfectus* (3) inſcribitur. Ejus auctor *Abu Abdalla Abilphath Mohamad Suphita* (4) *Hiſpalenſis*, quinto Egiræ ſeculo notus.

4.° Ejuſdem Opuſculum aliud *De Puncto verticali*, titulo *Tractus Verticis* (5), qui *Zenith* pro *Semt* in Aſtronomorum Scholis corruptè dicitur. Ita quoque النظير *Nadir* appellatur Cœli Tractus oppoſitus, ſcilicet Vertici: qui etiam سمت القدم *Tractus Pedis* vocari ſolet.

5.° Ejuſdem *De Lunæ elevatione, latitudine, longitudine ac novilunio* Liber.

6.° Tractatus *De Aſtrolabio*, quàm elegantiſſimè exaratus die 18. Rabii prioris anno Egiræ 913. inſcriptus *Collectio Compendiorum* (6), id eſt Inſtitutio ad cognoſcendam Solis elevationem, ſeu altitudinem. Arabes Aſtronomi Circulos parallelos ad Horizontem vocant *Almocantharat*, Latini vocabulum ab Arabibus mutuati, *Almicantharas* dixere. Auctor hujus Operis *Badereldinus Mardinenſis*.

7.° Opus inſcriptum *Analecta pretioſa* (7), in capita VI. diſtributum: auctore *Abdalla Ben Khalil Almardini*, publicæ precationis in celeberrimo *Ommiaditarum* templo Præcone (8). Ibi Tabula dierum & noctium per ſingulas anni tempeſtates longitudinem exhibens, proponitur. Inflexio præthereà & obliquitas *Keble*, id eſt *Meridiei*, à Mahometanis inter orandum ſuperſtitioſè nimis obſervata, paſſim emendatur. Porrò hanc Quadrantis Sphæræ Tabulam Scriptor noſter ad latitudinem graduum 33. minutorum 30. quæ ex ipſius quidem ſententiâ vera urbis *Damaſci* latitudo eſt, condidit; quamvis *Nassireddinus Thusæus Damaſco* latitudinem grad. 33. & min. 20. *Ulugbeghus* verò 33. grad. & min. 15. tantummodò aſſignent. In eo autem Libro Auctori propoſitum eſt ſingula tempora, quibus ſuas Mahometani preces fundere debeant, quàm accuratiſſimè fieri poſſit, annotare.

8.° Tractatus, titulum *Curſus Aſtronomicus* (9) præferens, ubi Tabulæ occurrunt Aſtronomicæ unà cum Chronologicis, ad inveniendas Arabum, Perſarum, Græcorum, Coptorum Epochas expeditis. Auctor eſt *Abu Abdalla Alkhalili*, Scriptoris proximè laudati, ni fallit conjectura, pater, qui *Damaſci* eodem in templo (*Mezquitam* Hiſpani vocant à voce مسجد *Maſgiad*, quæ *adorationis locum* ſonat) publicarum ſupplicationum horis aſſignandis, prædicandiſque præfuit.

## CMXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, aliquot foliis in fine mutilus, Inſtitutiones complectens Aſtronomicas, Chronologicas & Geographicas, in capita C. diſtributas, eaſque Tabulis exornatas, hac

(1) *Titulus*: المطلب في العمل بالربـــع المجيب للمرديني ۞

(2) *Initium*: انه ليس فـــــــي الالات الفلكية اشرف من الربع ۞
*Finis*: منزها عن السكـــــــون والحركات ۞

(3) *Titulus*: رسالة ابي الفتح الصوفـــي في الربع الكامل ۞

(4) *Auctor*: ابو عبد الله ابي الفتـــــــح محمد الصوفـــــــي ۞

(5) *Titulus*: سمت الـــــــراس ۞

(6) *Titulus*: حاوي المختصرات في العمل برفع المقنطرات ۞

(7) *Titulus*: الدر المنثـــــــور ۞

(8) *Initium*: فقد سالني بعض اخواني ان اجعل له شيا في علم المواقيت ۞
*Finis*: المسايل في هـــــذه الالات ۞

(9) *Titulus*: كتاب الدابـــــــر ۞

hac inſcriptione: *Tabularum Corona & Theſaurus ſufficiens* (1), auctore *Abi Abdalla Mohamad Ben Abi Schaker Granatensi* (2), Aſtronomiæ peritiſsimo, qui ſeculo Egiræ ſeptimo enituiſſe memoratur.

Hoc in opere Scriptor *Ptolemæi* ſe veſtigiis inſiſtere profitetur, licet illum paſsim caſtiget, emendetque, præſertim in Geographicis, ubi & longitudinis & latitudinis gradus minùs accuratè aſsignantur, numeris Librariorum incuriâ interdum corruptis: quod etiam inter recentiores animadvertit Salmaſius in *Plinian. Exercitat. pag.* 1186. his verbis: „Nomina Urbium quaſi recentium „& extantium ubique recenſet, quæ „jampridem eſſe deſierunt. Sæpe vetus „ac recens ejuſdem oppidi vocabulum, „velut Urbium diverſarum appellatio-„nes, poſuit. Interdum Urbes jampri-„dem extinctas & everſas cum novis „commemorat, quæ in earum locum „ſucceſſere. *Perſepolin* inter Regias Per-„ſidis numerat, quam ab Alexandro „everſam fuiſſe, nec poſt illa tempora „unquam reſurrexiſſe, omnibus aucto-„ribus id aſſerentibus, conſtat.

Has tamen Geographicas Tabulas, ſicut alias, quæ in Reg. Bibliotheca Eſcurialenſi aſſervantur, utiliſsimas fore arbitror ad illuſtrandam *Geographiam Nubienſem*, maximè verò primam Climatis quarti partem, ubi accuratiſsima elucet Hiſpaniæ Deſcriptio; neglecta licet ubique Urbium longitudine & latitudine: adeo prorsùs, ut neque Oriens, neque Occidens, nec Meridies, nec Septentrio certò dignoſcantur.

## CMXXVIII.

Codex literis Cuphicis deſcriptus, quo continentur:

1.° Inſtitutiones Arithmeticæ, titulo *Iſagogica Numerorum Scientia* (3), auctore *Abi Alabas Ahmad Ben Mohamad Ben Othman Azadita*, vulgò *Ebn Albanna Granatensi* (4), qui *Marochi* ſumma cum ingenii laude Mathematicas diſciplinas docuit: ubi etiam Tabulas Aſtronomicas vulgavit, quas laudat Fabricius *Biblioth. Græcæ Lib. III. pag.* 479.

2.° Poema de Numerorum diſciplina, inſcriptum *Arithmeticæ Regulæ & Definitiones* (5), auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Gazi Alothmani* (6) *Mauritano*, qui, ut ad libri calcem annotatum invenio, natus in urbe *Meknaſa*, literis inſtitutus eſt *Feſſæ*, ubi plura reliquit poſteris ingenii & doctrinæ monumenta; obiitque tandem *Meknaſæ* inter meridianam precationem feriæ 4. die 9. Gemadi prioris anno Egiræ 919. Chriſti 1513.

3.° Ejuſdem in ſuum de rebus Arithmeticis Poema Commentarius, qui *Res curioſis expetita* (7) inſcribitur.

## CMXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 835. Chriſti 1431. ſecundum continens Commentariorum volumen, quos *Abi Zacharia Mohamad Hiſpalenſis* in ſupra laudati *Ebn Albanna* Arith-



(1) *Titulus*: تاج الازياج وغنية المحتاج ۞
(2) *Auctor*: تاليف العالم المعدل الراصد ابي عبد الله محمد بن ابي شاكر الغرناطي ۞
(3) *Titulus*: كتاب تلخيص الحساب ۞
(4) *Auctor*: تاليف ابي العباس احمد بن محمد بن عثمن الازدي المعروف بابن البنا الغرناطي ۞
(5) *Titulus*: بنية الحساب ۞
(6) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمد بن غازي العثماني ۞
(7) *Titulus*: بغية الطلاب في شرح بنية الحساب ۞

*Arithmeticorum libros* compoſuit. Multa in illo problemata invenias ad mercatorias computationes potiſsimùm ſpectantia.

## CMXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, iſque mutilus, quo continetur Opus de Algebra, jampridem editum ab *Abi Zaid Abdelrahmano Ali Ben Omar Aldalaili* (1) *Cordubenſi*, incertæ ætatis Scriptore, hoc titulo: *Operationum Arithmeticarum Analyſis* (2). Acceſſere *Abi Othaman Said Ben Mohamad Alocbani Granatenſis*, perdocti Commentarii. *Alocbani* gentis nomen eſt ex Africa oriundæ, quæ tandem in Hiſpania ſedem fixit: virorum ſanè & literis & armis præſtantiſsimorum ferax.

## CMXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tractatus tripartitus, exaratus die 11. Scheuali, anno Egiræ 744. Chriſti 1343. ubi de Logiſtica, Apologiſtica, & Analogiſtica diſſeritur, hac inſcriptione: *Algebræ & Comparationum Epitome* (3). Hujus auctor *Abi Abdalla Mohamad Ben Omar*, vulgò *Ben Badr* (4) *Hiſpalenſis*, egregius quidem, ſed incertæ ætatis Scriptor. (5)

2.° Poema ex hemiſtichiis conſtans, ejuſdem argumenti, quod *Mohamad Ben Alcassem Granatensis* (6), Tractatum de Algebra proximè memoratum illuſtraturus, condidit anno Egiræ 711.

*Algebra* vox Arabica eſt, Analyſin Mathematicam exprimens, Latinè *in integrum Reſtitutio.* Quum itaque partes Unitatis Arithmetici *Fractiones* كسورا vocitent: rectè quoque earundem *in unitatem integram Coitus* انجبار dicitur; utpote cujus præcipuum munus ſit comparationis terminos ad optatam æquationis formam, & ſpeciatim eorundem partes ad integra redigere. Hinc Morhofius *Polyhiſtor. Liter. Tom. II. Lib. IV. pag.* 465. de Algebræ inventione diſſerens, cenſuit cum aliis Arabas illam inveniſſe. *Algebram*, inquit, *Arabici inventi doctrinam*, *noſtro tempore illuſtrarunt viri doctiſsimi.* Joannes tamen Regiomontanus, quem & laudat Voſsius *De Scientiis Mathematicis*, *pag.* 71. in *Præfatione ad Alpherganum*, *Diophanto* Algebræ inventionem adſcribit. Ceterùm Arabes Scriptores hanc laudem, nec Græcis detrahunt, nec ſibi arrogant; quippe qui *Diophantum* Algebræ auctorem extitiſſe ingenuè profitentur. Arabicæ enimverò *Philoſophorum Bibliothecæ* Scriptor accuratiſsimus *pag.* 202. hæc de *Diophanto*, licet pauca, tradit:

,, *Diophantus Alexandrinus*, egre-
,, gius ac celebris ætate ſua ſcriptor Græ-
,, cus, laudatiſsimum de arte Algebrica
,, librum edidit, qui & Arabicè conver-
,, ſus eſt: adeo ut quotquot de Algebra
,, ſcripſere, illius fundamentis inſtite-
,, rint. Quamobrem quiſquis in hujuſ-
,, modi librum altiùs penetraverit, Occa-
,, num

(1) *Auctor*: تاليف ابي زيد عبد الرحمن علي بن عمر الدلايلي ۞

(2) *Titulus*: تلخيص في اعمـــال الحساب ۞

(3) *Titulus*: اختصار الجبر والمقابلة ۞

(4) *Auctor*: تاليف الشيخ ابي عبد اللـه محمد بن عمر المعروف بابن بـــدر البلنســـي ۞

(5) *Initium*: اعلم ان الجبر يدور علـــي ثلثة اشيا وهي اموال عدد وجذور ۞ *Finis*: ثم يخرج قيمة الشي من ذلك فافهم تصب انشاالله ۞

(6) *Auctor*: محمد بن القاســـم الغرناطي ۞

„ num hoc in genere inveniet. Eadem refert Abulpharagius in citata *Hiſtoria, pag.* 89. (a)

Illud tamen certiſsimum eſt, Algebræ ſpecimen, quod Diophantus poſteris adumbratum reliquit, Arabas deinde non parum illuſtraſſe, multa nova ac ingenioſa de ſuo addidiſſe, primum denique in ceteras nationes illius uſum importaſſe. Itaque omnium princeps, teſte Cazuinæo, Algebræ Artem Mahometanis tradidit *Mohamad Ben Musa Khuarezmita*, Mathematicus vel apud Latinos celeberrimus, cujus meminit Cardanus *De Subtilitate Lib. XIV.* eum *Algebræ Inſtauratorem* appellans, atque inter ſubtilia duodecim orbis Ingenia numerans octavum.

## CMXXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni notâ prætermiſsâ, quo *Albumasaris* continetur Tractatus, in VIII. diviſus partes, & LXIII. capita complectens, inſcriptus *Prognoſtica Simulacrorum cœleſtium* (1). Ibi de Regum & Regnorum ortu, atque interitu multa ex Aſtris prænunciantur: in iis vaticinium illud eminet Mahometanis celebratiſsimum: ſi Mahometana Religio ad annum Egiræ milleſimum permanſerit, Mahometanos Hiſpaniarum imperium haud dubiè recepturos, idque menſe Gemadi prioris anno Egiræ 1091. Chriſti 1680. ſed quàm irrita, quàm inanis extiterit prædictio, ipſe ſatis ſuperque demonſtravit eventus. (2)

## CMXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Ejuſdem *Albumasaris* Libellus de Aſtrologia Judiciaria, *Secretum* (3) inſcriptus.

2.° Anonymi Tractatus varia complectens Prognoſtica, ex plurimis Aſtrologis *Cordubenſibus* ad Doctorum Cordubenſium uſum excerptus: ubi de Annonæ, aliarumque rerum judicio ac pretio.

3.° Ejuſdem argumenti Opuſculum, auctore *Omaro Ben Alphorkhan*, Aſtrologo nobiliſsimo, cujus Vitam ſupra deſcripſimus.

## CMXXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo ſcilicet habentur:

1.° Opus inſcriptum *Arcanorum Clavis* (4), ubi de concipiendi, pariendique tempore agitur: cujuſmodi rei exhibentur etiam Tabulæ, ad Lunæ curſum & motum accommodatæ. Auctor eſt *Abilabbas Ahmad Ben Joseph Ben Alkomad*, incertæ patriæ atque ætatis



(a) ديوفنطس اليوناني الاسكندراني فاضل كامل مشهور في وقته له في صناعة الجبر كتاب مشهور خرج الي العربية وعليه عمل اهل هذه الصناعة ۞ واذا تبحره الناظر راي بحرا في هذا النوع ۞

(1) *Titulus*: كتاب في دلالات الاشخاص العلوية ۞

(2) *Initium*: هذا كتاب فيه جمل من دلالات ۞

*Finis*: كان الطالع علي دخول المسلمين للاندلس سنة الف احدي وتسعين في شهر جمادي الاول ۞

(3) *Titulus*: كتاب السر ۞

(4) *Titulus*: مفاتح الاسرار ۞

Scriptor, infra quintum Egiræ tamen ſeculum natus, quem Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* ita laudat, *fol.* 88.

„ *Ahmad Ben Joseph*, Aſtrologiæ „ peritiâ laudatiſsimus, Librum *De* „ *Chronologia, & Genealogia* conſcri- „ pſit; item Commentarium in Librum „ *Ptolemæi De Librorum ſuorum fructu.* „ (a)

2.° Libellus de Horoſcoporum conficiendorum ratione, *Exemplar* (1) inſcriptus, quem elucubravit *Abu Mervan*, *Hiſpanus Aſtigitanus*, ex urbe استجة *Aſtagi*, ſive *Aſtigi*, vulgò *Ecija*, cujus meminit Geographus Nubienſis *Part.* I. *Clim.* IV. *pag.* 165. his verbis: „ Eſt autem ſi- „ ta urbs *Aſtigi* prope flumen Gra- „ natæ, quod appellatur *Scenil* (vulgò „ *Xenil*).

3.° Opuſculum centum Aphoriſmos Aſtrologicos complectens, hoc titulo: *Aphoriſmi Mercurii Babylonici Secretorum cœleſtium computatoris* (2). Is nimirum *Hermes Trismegistus* eſt, cujus *Centiloquium* Stephanus de Meſſana Latinè primus vertit, teſte Voſsio *De Scientiis Mathem. pag.* 206.

4.° Opus *De Aſtrologia Genethliaca* (3), quod *Zaradascht* Perſarum Philoſopho, qui vulgò *Zoroastres* audit, adſcribitur: exaratum à quodam Scriba *Mohamad Ben Ali Albocari Hiſpalenſi* anno Egiræ 511. Chriſti 1117. Ad illius calcem occurrunt Anonymi *Tabulæ Signorum Zodiaci*, quibus Hiſpaniarum urbes, quarum longa hîc exhibetur ſeries, maximè ſubjacent: in his *Valentia*, *Setabis*, *Denia*, *Tadmir*, *Toletum*, *Almeria*, *Liberia*, *Granata*, *Carmona*, *Aſtigi*, &c.

De *Tadmir* urbe, cujus longitudinem, latitudinemque ex *Albategno* jam retulimus, qui longit. gradus X. & min. 15. latit. gradus XXXVII. & min..... illi tribuit, en iterum redit ſermo non importunus, ut rem nimirum antiquitatis tenebris immerſam, in lucem, ſi fieri poſsit, revocemus.

*Tadmir* Latinè ſonat *Palmiferam*: quo nomine *Palmyra*, urbs Syriæ, amœnitate loci, aquarum copiâ, rerum opulentiâ inſignis, appellata eſt, à Salomone, ſi Abulpharagio fides, condita; fortè hodie *Balbak*, olim *Heliopolis* dicta, ut ſentit Golius in *Notis*, *pag.* 281.

*Syro-Arabes*, perdomitâ Hiſpaniâ, ob loci fortè ſimilitudinem, palmarumque copiam, aut novam ibi urbem condiderunt, aut jam conditam *Tadmir* appellarunt: quod quidem & Provinciæ & Civitatis nomen olim fuit. *Albategnus* tertii Egiræ ſeculi, Chriſti verò noni ſcriptor cum antiquioribus Geographis Arabibus ſolùm de urbe *Tadmir* mentionem facit, eamque deſcribit; contra verò *Alscherif Aledrissi*, qui anno Egiræ 548. Chriſti 1155. ſcripſit, *Tadmir* tanquam Provinciam memorat. Fortè hujus Auctoris tempore illius fines adeò patebant, ut Provinciæ nomen etiam obtinuerit.

Quòd verò *Tadmir*, de qua nunc ſermo, ſit urbs *Palma*, quæ inter flumi-

(a) احمد بن يوسف المنجم رجل مشهور بهذا العلم ۞ فمن تصانيفه كتاب النسبة والتناسب ۞ وله في احكام النجوم كتاب شرح الثمرة لبطلميوس ۞

(1) *Titulus*: النمودج في اطلاع المواليد ۞

(2) *Titulus*: فصول لعطارد البابلي الحاسب في الاسرار السماوية ۞

(3) *Titulus*: كتاب زرادشت حكيم الفرس ۞

mina *Xenil* & *Guadalquivir* ſita eſt, ideoque *Cordubam* & *Hiſpalim* interjacet: in eo videtur & nomen & ſitus quàm maximè conſentire. Quòd ſi recentioris ævi Geographorum obſervationibus habenda fides, urbem *Tadmir*, eodem ſervato ſitu, *Ilipulam Magnam* eſſe veriſimile eſt.

## *ZOROASTRIS*
### *NOMEN, DOGMATA* & *SCRIPTA.*

EQuidem extra cancellos inſtituti mei egrediar, ſi ſingula, quæ de Zoroastre Perſæ, Chaldæi, Arabes, Græci ac Latini Scriptores tradidere, perſequi velim. *Zoroastres*, Perſis زردست [illegible] زردجت *Zaradast*, *Zaradascht*, Theodorito *Zarades* dictus, quaſi *Ignis amicus*; quia hic Religionis Magicæ, qua colebatur ignis, ſummus fuit Antiſtes & auctor Libri, ut refert, Abulpheda, quem Magi tanquam illi cælitùs demiſſum amplectuntur ac venerantur. Duo ille rerum principia, teſte Abulpheda, ſtatuit: alterum bonum, malum alterum; illud luci, hoc tenebris ſimile: utrumque Deum eſſe affirmat, meliorem *Ormazam*, pejorem *Arimanium* appellans. Ea ſententia impiæ Manichæorum ſectæ, cujus conditor *Manes* Perſa, Zoroaſtris doctrinæ addictus, exiſtimanda eſt origo. Plures extitiſſe Zoroaſtres Europæi Scriptores non pauci, ut Scaliger, Bochartus, Salmasius, Kircherus, & alii apud Fabricium *Biblioth. Græcæ Lib. I. cap.* xxxvi. contendunt. Inter Scriptores Orientales, alii *Jeremiæ*, *Eliæ* alii, quidam *Eliſæi* & *Esdræ* diſcipulum fuiſſe credunt. Verùm audiamus quæ de Zoroaſtre refert memoratu ſanè digniſſima Abulpharagius in citata *Dynaſt. Hiſt. pag.* 54. „ Porrò hoc tempore (regnante „ Cambyſe Cyri filio) *fuit* Zoradascht, „ præceptor ſectæ Magorum, oriundus „ regione *Aderbigian*, vel, ut dicitur, regione *Aſſyriæ*. Dicitur etiam fuiſſe „ illum è Diſcipulis Eliæ Prophetæ. Hic „ Perſas docuit de manifeſtatione Domini Chriſti, jubens eos illi dona „ afferre; indicavitque futurum ut ultimis temporibus conciperet Virgo fœtum abſque contactu viri; cumque „ naſceretur, apparituram ſtellam, quæ „ interdiu luceret, & in cujus medio „ conſpiceretur figura Puellæ virginis. „ Vos autem, ò filii mei, ante omnes „ gentes ortum ejus percepturi eſtis: „ cum ergo videritis ſtellam, abeuntes „ quò vos illa dirigat, natum iſtum adorate, offerentes ipſi munera veſtra; „ eſt ſiquidem ille Verbum quod cœlum „ condidit.

Jam verò ut de ſcriptis, quæ ad Zoroastrem veluti auctorem referuntur, paucis dicamus: ea videntur univerſa commodè diſtribui in *Aſtrologica*, *Phyſica*, *Magica*, *Chymica*, *Politica* & *Theologica*: quæ ſingula recenſet ordine Lambecius in *Prodromo Hiſt. Literar. cap.* 79.

*De Natura* Libri IV. Suidæ memorati. *De Lapidibus pretioſis* Liber I. cujus meminiſſe videtur Plinius *Natur. Hiſtor. Lib.* xxxvii. *cap.* x. ubi de Lapidibus pretioſis agens, Zoroaſtrem auctorem laudat. *Oracula Magica*, ſeu *Chaldaica*. *De Arte Magica* Libri plurimi. *De Arte Chemica* Libri varii, qualis eſt *Margarita Philoſophorum*, quam Arabicè extare Romæ teſtatur Labbeus. Libri *De ſacris Dogmatis & Religione Perſarum*, de quibus Arabum Scriptores duo apud Eduardum Pocokium in *Notis*, *pag.* 148. videlicet Algiannabius Ahmad Ben Joseph, & Abulpheda referunt „ eos XII. voluminibus, quorum ſingula corio taurino integro compingerentur, conſtitiſſe: eorum auctoritate permitti matrem, ſororem, filiam in uxorem ſumere... Ignis cultum præcepiſſe, & „ Keblam ejus cultoribus Orientem, unde

„ de luminarium ortus, ſtatuiſſe; ſimula„ cris tamen infeſtum fuiſſe „. Opus *De Aſtrologia judiciaria*, cujus habetur exemplar in Regia Bibliotheca Eſcurialenſi: de quo meminit etiam Labbeus in *Biblioth. MSS. pag.* 259. ut omittam ejuſdem complura *De Officio Medici* & *Viribus Herbarum* Opera.

## *DE HERMETE,*
### EJUSQUE SCRIPTIS
*Ex Abulpharagio & Arabica Philoſophorum Bibliotheca, fol.* 387.

MUlta ſanè, & quidem ſplendiſsima de HERMETE, qui ob eloquentiam *MERCURIUS*, ob multarum artium ac diſciplinarum peritiam TRISMEGISTI cognomen obtinuit, cùm Græci, tùm Latini ſcriptores literis prodidere. His verò prætermiſsis, quæ & apud Kircherum *Oedipi Ægypt. Vol.* 1. *pag.* 67. & 79. & in Fabricii *Biblioth. Græc. Lib. I.* à *cap.* VII. ad *cap.* XII. videre eſt; Arabum de illo ſententias ac placita proferamus. Ac primùm quidem Abulpharagius in *Hiſtor. Dynaſt. pag.* 6. hæc tradit:

„ Dicitur tres fuiſſe HERMETES, quo„ rum primus fuit HERMES ille qui *Saidam* „ Ægypti ſuperioris incoluit, ac primus „ omnium de ſubſtantiis ſuperioribus lo„ quutus eſt, & de diluvio præmonuit, „ veritusque ne perirent Scientiæ, atque „ obliterarentur Artes, Pyramides ex„ truxit, quibus omnia artificia & in„ ſtrumenta inſculpſit, & in iiſdem „ Scientiarum ordines delineavit, eas „ conſervatas poſteris tradere cupiens. „ Secundus HERMES *Babylonius*, qui in „ *Caluada* Chaldæorum urbe habitavit, „ ac poſt Diluvium floruit; atque primus „ urbem *Babelem* condidit poſt Nimro„ dem Cushi filium. Tertius demum „ HERMES *Ægyptius*, qui TRISMEGISTUS, „ id eſt *Sapientiæ tertias occupans*, voca„ tus eſt, quod HERMETUM ſapientum „ tertius fuerit, & translatum eſt è libris „ ipſius pauxillum quid, videlicet Ser„ mones ipſius ad diſcipulum ſuum TA„ TIUM, formâ interrogationum & re„ ſponſionum diſpoſiti, nullo connexio„ nis, vel conſequentiæ ordine; cum „ exemplar originarium vetuſtate exeſum „ fuerit. Extat autem exemplar apud nos „ linguâ Syriacâ. Ac fertur HERMETEM „ primum centum & octoginta urbes „ condidiſſe, quarum minima *Roha*; „ ipſumque hominibus cultum Dei, je„ junium, preces, eleemoſynam, utque „ feſta, deſcendentibus in domibus ſuis „ atque aſcendentibus planetis, agerent, „ præſcripſiſſe, necnon ſingulis novilu„ niis, & quotieſcunque Sol aliquod è „ duodecim Signis ingrederetur; utque „ ex omnibus frugibus primitias, & è „ ſuffitibus & vinis præſtantiſsima offer„ rent, necnon ebrietate & cibis illici„ tis interdixiſſe. *Sabii* autem autumant „ SETHUM Adami filium Agathodæmo„ nem Ægyptium eſſe, HERMETIS præ„ ceptorem; fuitque *Aſclepiades* Rex „ unus eorum, qui ab HERMETE ſapien„ tiam hauſerunt, quemque HERMES „ quartæ terræ tunc habitatæ parti præ„ fecit, ei nempe quam poſt Diluvium „ incoluerunt Græci. Cum autem Her„ metem ad ſe ſuſtuliſſet Deus, magno „ eum ob caſum mœrore affectus eſt „ *Aſclepiades*, eam quam paſsi ſunt „ terricolæ benedictionis & ſcientiæ ejus „ jacturam dolens, & ſimulacrum ſibi „ ad illius ſimilitudinem conflavit, quod „ in templo, ubi ſacra peragere ſolebat, „ ſtatuit: ita comparato ſimulacro, ut „ quantum fieri potuit, gravitatis appa„ ratum & majeſtatis ſpeciem præ ſe „ ferret. Deinde eundem in cœlum ſub„ latum effinxit, atque aliàs coram eo „ ſtans, aliàs ſedens, quædam ex ipſius „ ſapienter dictis & præceptis de cultu „ divino recitabat. Poſt Diluvium verò „ putarunt Græci ſimulacrum illud *As*-

„ CLE-

„ clepiadis ipſius fuiſſe, illudque maximo in honore habuerunt. Solebat enim Hippocrates, cum diſcipulos ſuos jurejurando adigeret, dicere: Adjuro vos per Deum creatorem mortis & vitæ, & patrem meum, patremque veſtrum *Aſclepiadem*, &c. Pinxit autem ipſum manu herbam *Althæam* tenentem, hoc eximiam ejus in rebus moderationem, lenitatem, manſuetudinem, & in converſatione facilitatem innuens...... Dico autem (præclara ſanè ſententia) quicquid narrationum de rebus ante Diluvium aſſertur, quod Prophetico ſermoni non innititur, meram eſſe conjecturam atque opinationem; quum nemo ſit qui eas memoriæ prodiderit.

Fuſiùs etiam de *Hermete* agit Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, *fol.* 2. 3. 4. & 5. ubi in primis illius leges ac inſtituta ad Dei cultum potiſsimùm ſpectantia, tùm ſcripta Aſtronomica, Medica, Politica, & varia Poetica referuntur; atque inter alia, omnium ille primus terrarum orbem in quatuor diviſiſſe partes, ſuoſque ſingulis Reges conſtituiſſe narratur. Quæ verò de ejus patria, ætate, doctrina ibi traduntur, en habes:

„ *Hermes Babylonius*, *Kaludæ* Chaldæorum urbis incola, poſt Diluvium claruit, cùm Medicæ Artis ac Philoſophiæ peritiſsimus, tùm Numerorum quoque diſciplina inſtructiſsimus. Porrò *Hermes* hic, ut auctor eſt Abulmaſar, Medicinam, Philoſophiam, Arithmeticam, quæ poſt Diluvium penitùs exoleverant, *Babylone* reſtituit. (a)

Præſtantiſsimi ac rariſsimi viri imaginem non tàm verbis, quàm coloribus ibidem depictam lege, aut potiùs aſpice.

„ Erat ille colore ſubniger, ſtaturâ commodus; capite calvo, facie pervenuſta; barbâ densa ac vibratâ; indole bona ac moribus optimis ornatus; manibus præditus juſtis, humeris patulus; corpulentus quidem, ſed macer; micantibus ac nigricantibus oculis; in dicendo nunquam præceps, ſilentii diligens, corpore quietus; oculos, cum incederet, humi defigens; animo ſemper aliquid agitans; vultu auſterus, in ira acer, in verbis denique faciendis indicem digitum movere ſolitus. (b)

Tria Opera *Hermeti Trismegisto* adſcripta recenſentur in Reg. Bibliothecæ Pariſienſis MSS. Codicum Catalogo, *Tomo* I. *Num.* 222. & 225. videlicet Liber *Judiciorum*, Liber *De Anima Aſtrorum*, Liber *Regulas complectens ad ea cognoſcenda quæ ſingulis annis evenire debent.*

Me-

(a) هرمز البابلي سكن مدينة الكلدانيين وهي كالوذا وكان بعد الطوفان ۞ وكان بارعا في علم الطب والفلسفة عارفا بطبايع الاعداد ۞ وهرمز هذا جدد من علم الطب والفلسفة وعلم العدد ما كان قد درس بالطوفان ببابل قال ابو معشر ۞

(b) كان رجلا ادم تام القامة اجلح حسن الوجه كث اللحية مليح الشمايل والتخاطيط ۞ تام الباع عريض المنكبين ۞ ضخم العظام قليل اللحم ۞ براق العين اكحلها ۞ متانيا في كلامه ۞ كثير الصمت ۞ ساكن الاعضا ۞ اذا مشي اكثر نظره الي الارض ۞ كثير الفكرة به عبسة ۞ واذا اغتاظ احتد يحرك سبابته اذا تكلم ۞

Meminit etiam Arabica *Philoſophorum Bibliotheca* Tractatûs cujuſdam Chymici de perfecto Magiſterio, cui titulus *Virga aurea*, magnæ apud Chymicos auctoritatis, qui in valle *Hebron* in Hermetis Sepulchro repertus eſſe dicitur. Hunc non puto alium ab illo eſſe, qui *Tabula Smaragdina* inſcribitur: cujus ſanè lapidis magnitudo in cauſa eſt cur plures de illius veritate meritò ambigant. Conſulesis Kircherum *Oedipi Ægypt. Tom. II. part. II. pag.* 247.

De *Kyranicis* Libris, in quibus *Hermes* agit de Gemmis XXIV. totidemque Herbis, Avibus & Piſcibus, ubi de ſingulorum virtute magica & medica; item de generibus XL. Animantium quadrupedum, de Avibus XLIV. ac de Piſcibus LXXIV. Ad hujus autem vocis etymon quod ſpectat, inter Scriptores non ſatis convenit. *Kyranum* vocem non Auctorem, nec aliquem Perſarum Regem, ſed Libri dumtaxat titulum indicari rectè à viris eruditis animadverſum. Ad quam verò linguam ea vox referenda ſit, hoc dubium, hæc lis eſt. Coringius *Ægyptiacam*, Jacobus Goar ad Georgium Syncellum *Græcam*, Scaliger *Arabicam* putat, cui adſtipulantur Salmaſius & Reineſius, eam *Collectiones* ſonare contendentes: quam ſententiam Lexicographi Arabes confirmant; tametſi hujuſmodi vox Arabicè uſurpata, alias etiam ſignificationes complecti videtur. Jamverò ſi vox *Kyranum*, vel *Kyranides* cum litera ق, ſcribatur ſic: قران, deſignat ex Lexico Arabico-Latino Golii *Rerum nexum*, *rerum ſeriem*; *Periodos nexas inter ſeſe & ſuccedentes*; *Carminis genus*; & linguâ Choraſamiâ *Imperatorem* ſignificat. Si autem cum litera ك efferatur ita: كران, ſonat *Chelym*, *Sambucam & Pſalterium*; *Globos ac Sphæras*; vel quòd hujuſmodi Libri tabulis, columnis & obeliſcis inſculpti fuerint; vel quòd eos carmine conſcriptos Hymnorum inſtar Ægyptii canere conſueverint. Utrumque profectò ab antiquorum more, maximè Orientalium, non abludit.

Inventa quoque plurima, & quidem præſtantiſsima HERMETI tribuunt Arabes perinde ac Græci & Latini: in his Alphabeti Ægyptiaci elementa, ſeu potiùs Hieroglyphicas notas; Eloquentiam, Numerorum diſciplinam; Leges, Dei cultum & ſacrificia; Inſtrumenta Geometrica & Muſica; Aſtrologiam, Medicinam, Chymiam, Menſium & Annorum numerum; Jejunia, Sacrificia, ac Dies feſtos.

## CMXXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 4. Februarii anno Æræ Sapharenſis 1433. Chriſti 1395. videlicet اثلاجصفر & اشعه للمسيح, quo continetur Tractatus uberrimus de Aſtrologia Genethliaca, titulo *Nativitates* (1), cujus auctor eſt *Ben Azria Alkhasibi Astrologus Toletanus* (2), genere *Judæus*, incertæ ætatis ſcriptor.

## CMXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis aliquot in fine mutilus, quo continetur Opus, *Calendarium* (3) inſcriptum, ubi Menſium ratio diligenter expenditur: auctore *Hassan Ben Ali Alamvi Cordvbensi* (4), qui vixiſſe videtur anno Egiræ 356.

Co-

(1) *Titulus*: كتاب المواليد ❁

(2) *Auctor*: تاليف بن عزري الخصيبي المنجم الطليطلي ❁

(3) *Titulus*: كتاب الحساب في الشهور ❁

(4) *Auctor*: تاليف حسن بن علي الاموي القرطبي ❁

### CMXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 7. Gemadi prioris anno Egiræ 742. Chriſti 1341. Tractatum complectens celeberrimi *Algazeli* tripartitum, in cujus prima parte, quæ manca eſt, de Aſtrorum natura & motu; in ſecunda de Dei exiſtentia, ejuſque attributis; in tertia de vera Religione diſſeritur.

### CMXXXVIII.

Codex nitidè exſcriptus anno Egiræ 860. Chriſti 1455. in urbe *Saphed*, quæ ad *Galilææ* regionem ſpectat. Eo continetur Tractatus *De Aſtrologia judiciaria*, ubi potiſsimùm de Literarum virtute, proprietatibus & myſteriis ad ſuperſtitionem uſque diſſerit vir pietatis ac doctrinæ laude apud ſuos clariſsimus, *Albuni*: cujus plura extant in hac noſtra Bibliotheca exemplaria ſub titulo *Scientiarum Sol.*

### CMXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo ejuſdem Operis alterum exemplar, ſed non integrum, habetur.

### CMXL.

Codex literis Cuphicis exaratus, idemque finis expers, quo continetur ejuſdem Libri tertium Exemplar, hoc titulo: *Manuductio ad vera Arcana* (1), ubi Dei nomina exponuntur, ex quibus varia conſiunt Amuleta & Taliſmani. Ibidem contendit Auctor multa & magna reſerare myſteria in Alphabeti literis latentia, quorum cognitione Alchymiæ ſcientia comparari facilè poſſit.

### CMXLI.

Codex non unâ literarum formâ exaratus, quo continentur:

1.° *Albuni* Commentarius, titulo *Exegeſis ſcientifica* (2), in ſuprà memoratum Librum *Scientiarum Solem*, à ſe ipſo jampridem editum.

2.° Opuſculum varia complectens Quæſita ad rem Taliſmanicam pertinentia, inſcriptum *Quæſita Abi Hazemi Modeni* (3), qui anno Egiræ 134. claruit, imperante ſcilicet *Abulabbaſo Saphaho*, primo ex *Abbaſiditis* Calipha.

3.° Anonymi Libellus de mira Literarum vi & proprietatibus, qui *Simiæ Scientia* (4) inſcribitur.

4.° Ejuſdem ferè argumenti Opuſculum adeſpotum, ubi Annulorum Inſcriptiones ad multiplicem ſuperſtitionis uſum accommodatas legere eſt.

5.° Tractatus pariter adeſpotus, variis characteribus myſticis & ænigmaticis frequens, titulo *Simiæ Scientia*: exaratus feriâ 1. die 26. Gemadi prioris anno Egiræ 889. Chriſti 1484.

6.° Opuſculum de Arte Cabbaliſtica, inſcriptum *Supplicis viri Theſaurus, ac viri idonei Studium* (5). Hujus auctor *Abdelhac Ben Abi Alcasam Ægyptius* (6), octavi Egiræ ſeculi ſcriptor.

*Simia* vox eſt Arabica à verbis سامة ۞ سمايا ۞ وسم ۞ سمة اسم ۞ سمت, quæ quidem vocabula Latinè ſonant *Nomen*, *Conjecturam*, *Signum*, *Notam*, *Auri*, vel *Argenti venas*, *Cæleſtia*, *Deſcriptionem Phyſiognomicam*, varium hujus nu-



(1) *Titulus*: كتاب علم الهدي واســرار الاهتدي ۞

(2) *Titulus*: تيسير العـــــــوارف ۞

(3) *Titulus*: مسايل ابي جـــــــازم المدني ۞

(4) *Titulus*: علم السيميــــــــا ۞

(5) *Titulus*: كتاب دخيرة المستمـــــد وذخيرة المستعد ۞

(6) *Auctor*: عبد الحق بن ابي القســـم المصري ۞

nugaciſsimæ Artis uſum indicantia: unde liquet *Simiæ* vocabulum Artem Chymicam aliquando innuere; licet frequentiùs futilem divinandi artem, quæ *Chiromantia* vocatur, exprimat. Circulatoriam atque impiam ejuſmodi Artem *Africani* & *Ægyptii* præ ceteris gentibus colunt; ejuſque ope malos Spiritus, ſive Dæmonas invocant ad mira & inſolita perpetranda, videlicet ad res diſsitas ac reconditas cognoſcendas, ad morbos curandos, ad theſauros inveniendos.

Dæmonum, quos illi compellant, nomina ſuper tria & viginti numerantur. Characteres verò quibus vaferrimi ac perditiſsimi id genus homines utuntur, complures ſunt, iique ab ipſis ad rudem & credulam plebem decipiendam conficti.

## CMXLII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Opus de Aſtrologia Taliſmanica & Medicina Hermetica, in quo varia Taliſmanorum ac Medicaminum ad morbos avertendos, ad amores conciliandos efficacia proponuntur. Ibi characteres diverſi, & figuræ LXVI. rudi manu delineatæ, quæ cœleſtium Simulacrorum, necnon Mulierum, Piſcium, aliorumque id genus Animalium formas exhibent. Auctoris nomen latet; qui tamen vixiſſe videtur anno Egiræ 223. ſub *Motaſemi* nimirum Caliphatu, ſicut ex Operis Prologo colligimus.

2.° Tractatus de Arte Chymica, in partes IV. diſtributus, titulum præ ſe ferens *Sapientis Scopus* (1), in Codice autem Arabico CMLXXIII. Reg. Bibliothecæ Pariſienſis, *Gradus Sapientis*: auctore *Moslema Magritenſi*, fortè *Matritenſi*, qui ut ipſe in Præfatione teſtatur, ultimam Tractatui manum impoſuit anno Egiræ 348. (2)

Eo in opere agitur de Philoſophorum Lapide, ſeu Magiſterio magno, quomodò videlicet Metalla imperfectiora in Aurum, Argentumve tranſmutari queant; ubi etiam de Ponderibus & Menſuris, de Gradationibus ignis, Coloribuſque & aliis ad opificia hujuſmodi Chymica pertinentibus. Dolendum tamen eſt, Characteres & Signa Chymica, quibus diligens & peritus Auctor uſus eſt, non explicari; adeoque nonniſi à Magiſtris ea in Arte verſatiſsimis, quippe allegoriarum, & ænigmatum plena, intelligi poſſe.

## *MOSLEMÆ*
### *MAGRITENSIS, ſive MATRITENSIS*
### *VITA & SCRIPTA*
*Ex Arabica Philoſophorum Bibliotheca, fol. 365.*

„ MOSLEMA BEN *AHMAD ABULCASSEM*, ortu *Matritenſis*, „ domicilio *Cordubenſis*, Mathematico„ rum & Aſtronomorum, qui ante „ illum in Hiſpania floruerunt, habetur „ facilè princeps. Is omnem curam & „ ſtudium in Aſtris obſervandis, tùm in „ *Almageſti* Libro intelligendo colloca„ vit. Adſcribitur ei egregius Tractatus „ *De Numerorum Fructu*, ad mercatu„ ram pertinens, Hiſpanis uſitatiſsimus: „ item Compendium Tabulas Aſtrono„ micas ex Tabulis *ALBATEGNI* excer„ ptas complectens. Tabulas quoque „ Aſtronomicas *MOHAMETI BEN MUSA* „ *Kuarezmitæ* illuſtravit, necnon ejuſ„ dem Tabulas Chronologicas Perſicas, „ quas ad Arabicarum normam exegit. „ Epo-

(1) *Titulus*: ☼ غاية الحكيم ☼

(2) *Initium*: ☼ ايها الطالبين ☼
*Finis*: ☼ بما اودعنا لك ☼

„ Epochæ Egirianæ initium inſtituit ſe„ cundùm motum Siderum medium: „ adjunctis præclaris Tabulis, quas qui„ dem accuratas condidit, ejuſdem ve„ ſtigia, non errores ſequutus. Obiit „ tandem *Moslema* anno Egiræ 398. „ Chriſti 1007. egregios ac nobiles diſcipulos relinquens (a). Illius tamen obitum *Ebn Pasqual* & *Ebn Alphardi*, Scriptores *Hiſpani*, ad annum Egiræ 353. referendum cenſent.

*Magrit*, unde originem duxit Auctor noſter, *Magritenſis* dictus, *Matritum* eſſe non levis eſt conjectura; ſiquidem *Ebn Elkhathib* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana* ait *Magrit* urbeculam eſſe Ab *Alcalá* non longè diſsitam. Huc accedit ipſius vocabuli conſonantis ratio.

## CMXLIII.

Codex non una manu exaratus, quo continentur:

1.° Scholia celeberrimi Calculatoris *Ebn Albanna Granatenſis* in *Scientiam Logiſticam*.

2.° Anonymi Poema *De Algebra*. (1)

3.° *Abu 'Isaac Abrahami*, vulgò *Alphardi*, nobilis *Granatenſis*, Poema *De Hæreditate*.

4.° Carmen *De Arithmetica*, cujus auctor *Abulphadhl Abdelaziz Ben Abi Giamaa*, *Hiſpalenſis*.

5.° Ejuſdem Carmen *De Sacrificiis*.

6.° *Ebn Jasmin* Mathematici Poema *De Arithmeticæ Regulis*.

7.° Alterum ejuſdem argumenti Poema *Mohameti Ben Algazi Meknaſenſis*.

8.° Carmen *De Temporum cognitione*, auctore *Ben Schariph Alzabdi*, qui in urbe *Ronda* natus anno ab Egira 601. anno ejuſdem Æræ 684. deceſsit.

9.° Ejuſdem Carmen *De Hæreditate*.

## CMXLIV.

Codex Cuphicis deſcriptus literis, abſque anni nota, continens nobiliorum Diſciplinarum Specimen, cui titulus *Viri curioſi Manuductio* (2): ubi Scientiæ LX. ſive theoricæ, ſive practicæ tractantur. Egregii Operis auctor *Mohamad Ben Ab-*

(a) مسلمة بن احمد ابو القاسم المعروف بالمجريطي القرطبي كان امام الرياضيين بالاندلس واعلم من كان قبله بعلم الافلاك وحركات النجوم ۞ وكانت له عناية بارصاد الكواكب وشغف بتفهم كتاب المجسطي ۞ وله كتاب حسن في ثمار العدد وهو المعني المعروف بالاندلس بالمعاملات ۞ وكتاب اختصر فيه تعديل الكواكب من زيج البتاني وعني بزيج محمد بن موسي الخوارزمي ونقل تاريخه الفارسي الي التاريخ العربي ۞ ووضع اوساط الكواكب لاول تاريخ الهجرة وزاد فيه جداول حسنة علي انه اتبعه علي خطايه فيه ولم ينبه علي مواضع الغلط فيه ۞ توفي مسلمة بالاندلس في سنة ثمان وتسعين وثلثماية وقد انجب له تلاميذ جلة ۞

(1) *Titulus*: ارجوزة في الجبر ۞

(2) *Titulus*: كتاب ارشاد القاصد الي اسني المقاصد ۞

*Abrahim Ebn Saed Alocbani*, qui *Cairi* floruit anno Egiræ 741.

## CMXLV.

Codex pereleganter exaratus die 11. menſis Ragebi, anno Egiræ 393. Chriſti 1002. in quo habetur Opus non tàm eruditum, quàm ingenioſum, in memoriæ opem, ſubſidiumque excogitatum, *Encyclopediæ* (1) titulo inſigne: ubi Scientiarum fermè omnium Regulæ, ductis quibuſdam lineis, atque circulis, mira, brevique arte traduntur. Id ſcribendi genus Arabum Scriptores *Artem Magnam* appellant. Auctor *Isaia Ben Fraigon* (2) *Cordubenſis*, *Abu Ali Ahmeti*, filii Regis *Cordubæ*, morum olim Magiſter. (3)

## CMXLVI.

Codex nitidè exaratus, prætermiſsâ anni notâ, complectens Opus operi paulò ante memorato haud diſsimile, *Ars Parva* inſcriptum: auctore *Assiuthæo* nobis ſæpiùs alibi laudato.

# MATHEMATICI
## *IN OCTAVO.*

## CMXLVII.

Codex nitidè exaratus, poſtremis aliquot foliis mutilus, ubi Commentarius occurrit in Geometriæ Tractatum, quem edidit *Schamseddinus Samarcandæus* anno Egiræ 593. illuſtravitque poſteà *Cadhi Saad Alrumi*, qui anno Egiræ 815. deceſsit. Is verò Tractatus, Theoremata & Problemata Geometriæ fundamentalis cum figuris XXXV. complectitur, hoc titulo *Problemata Geometrica ſecundùm Euclidis Elementa* (4).

## CMXLVIII.

Codex eleganter exaratus, in quo habentur videlicet:

1.° Tractatus de Arithmetica, cùm Theorica, tùm Practica, inſcriptus *Compendium Scientiæ ſupputandi*, auctore clariſsimo viro *Ben Albanna Granatenſi*, cujus ſupra retulimus non una exemplaria.

2.° In eundem Tractatum Commentarius Doctoris *Abdelaziz Ali Ben Davd Alhavari Almosarati* (5) *Hiſpani*, qui *Alhavari* cognomentum nactus ideo eſt, quòd ab una ex quinque primariis Barbarorum Tribubus, *Havara* nuncupata, genus duxit: exaratus feriâ 1. die 28. Saphari, anno Egiræ 867. Chriſti 1462.

„ *Barbari* (inquit Golius in ſuis *ad Alpherganum Notis*, *pag.* 91.) Græcis „ & Romanis generale nomen, exteros notans, quos non intelligunt, eſt „ quoque ſpeciale gentis nomen. Utrumque ab Orientalibus pervenit ad alios; „ nam Syris & Arabibus بر *extra* & *foris eſt*: unde facta duplicatione, ut & „ in aliis vocibus fit, بربر collectivè dicti „ ſunt, qui linguâ, vel loco erant diſsiti „ & peregrini.... Speciatim verò ita Arabibus dictæ gentes duæ extra patriæ „ fines longiùs digreſſæ, idiomate diſſerentes: una ad littus Æthiopiæ, quod „ occurrit extra Maris Rubri anguſtias, „ Ptolemæo, aliiſque antiquis cognita: „ altera, qui peculiariter *Barbari* vocantur, totum Africæ tractum occupavit, „ qui inde *Barbaria* nunc vulgò dicitur, „ &

(1) *Titulus*: كتاب جوامع العلـــوم ۞

(2) *Auctor*: شعيا بن فريغـــون ۞

(3) *Initium*: اللغة العربيـــة ۞

*Finis*: أنه ذو حنـــه ۞

(4) *Titulus*: اشكال التاسيس علـــي نسق اقليدس ۞

(5) *Auctor*: شرحه عبد العزيز علي بـــن داوود الهواري المصراتي ۞

„ & Atlantis inflexu à Barca ad Meſſam, „ ultimæ Mauritaniæ oppidum, protenſo, & Mediterraneo mari, Oceanique parte comprehenditur. Inſederunt etiam quoſdam Numidiæ & Lybiæ tractus; at nunc montanas ferè tantùm partes tenent, ab Arabibus „ ejecti campis. Amalacitæ & Philiſtæi „ habentur, qui partim eò fugati atque „ diſperſi, partim, coloniis eò deductis, „ Syris deinde, Arabibuſque *Barbari*, id „ eſt *Extranei*, *Peregrini* nominati fuerunt. Ita unanimi conſenſu tradunt „ Arabici antiquitatum Scriptores. Hoc „ ſenſu *Barbari* Oroſio & Procopio noti. Plinio *Sabarbares*, & Arnobio *Lingua Barbarica*, quam gens ipſa, Leone Africano teſte, اوال امازيغ, id eſt „ *Sermonem gratum*, ſeu *nobilem* denotat. „ Barbarorum primariæ ibidem Tribus „ quinque ſunt: ۞ صنهاجة ۞ مصمودة „ ۞ هوارة ۞ غمارة ۞ زناتة *Maſmudæ*, „ *Sanhagiæ*, *Zenatæ*, *Gomaræ*, *Huaræ*.

3.° Commentarius in Arithmeticæ Præcepta, quæ SCHABEDDINUS ABILABBAS AHMAD BEN ALMAGEDI inſcripſit *Arithmeticæ Molitiones* (1), publicavitque anno Egiræ 735. auctore NUREDDINO ALI ALPHARDI, qui anno ejuſdem Egiræ 866. Commentarium hunc, ut ipſe ibidem teſtatur, abſolvit: adjectis in fine variis & quidem ingenioſis Quæſitis ad Arithmeticam pertinentibus.

4.° Anonymi Opuſculum de Monetarum pretiis, inſcriptum *Funiculi Deſcriptio*, in quo Regulæ ad mutuum cujuſvis Monetæ pretium Commercii causâ ſtatuendum proponuntur. Hujuſmodi autem Regulæ in pondere potiſsimùm ſitæ.

## CMXLIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo habetur Commentarius ABDELAZIZI ALI BEN DAVD ALHAVARI *in Artem Numericam* BEN ALBANNA, cujus alterum exemplar in proximi Codicis *Num. I.* recenſitum. In hoc autem Codice accedit Oratio dedicatoria Viziri *Abu Mohamad Ben Omad*, Regi Granatæ *Abu Naſſar Iſmail* inſcripta anno Egiræ 761.

## CML.

Codex eleganter exaratus die 13. Dilcada anno Egiræ 720. Chriſti 1320. quo nempe continentur:

1.° Tractatus de Sphæra, *Certa Demonſtratio* (2) inſcriptus, in II. tributus partes, quarum prior agit de *Sphæra cœleſti*, complectens capita XXI. quorum tamen primum cum Prologo deſideres; altera *Spheram terreſtrem* capitibus XIV. perſequitur, occurrentibus utrobique Mathematicis figuris: auctore BAHAELDINO ABI MOHAMAD ALKHARAKI (3), incertæ ætatis & patriæ Scriptore; quem tamen, ſi dictionem & ingenii acumen ſpectes, *Perſam* credideris.

2.° Anonymi in eundem Tractatum Commentarius, titulo *Scholia* (4).

## CMLI.

Codex literis nitidis exaratus die 13. Gemadi poſterioris anno Egiræ 996. Chriſti 1587. quo continetur Commentarius Doctoris ALSAIED ALSCHARIPHI in Tractatum Coſmographicum, qui in duas partes diſtributus, inſcribitur *Sphæræ Syntagma* (5). Hujus auctor eſt

(1) *Titulus*: المفتكرات الحسابية ۞ تأليف شهاب الدين ابي العباس احمد بن المجيد ۞

(2) *Titulus*: التبصرة في الهيئة ۞

(3) *Auctor*: تأليف بها الدين ابي محمد الخرقي ۞

(4) *Titulus*: تعليق ۞

(5) *Titulus*: الملخص في الهيئة ۞

eſt *Abu Abdalla Mahmud Ben Mohamad Ben Omar Algiamini* (1), id eſt ex oppido *Giamin*, in Provincia *Khuarezmia*.

## CMLII.

Codex nitidè exaratus, carens anni notâ, in quo habetur Commentarius alter in eundem Tractatum, cum figuris, ſtudio (2) *Saphaeldini Alnahriri Schapheitæ* elaboratus (3).

## CMLIII.

Codex nitidè exaratus die 12. Gemadi poſterioris anno Egiræ 820. in quo habetur Tractatus tripartitus, cum figuris Mathematicis. Notas ad oram manu ſua adſcripſit Auctor, videlicet *Musa Ben Mohamad Ben Mahmud*, vulgò Cadhi Zadeh, qui poſtremam operi manum impoſuit anno Egiræ 814. Chriſti 1411.

## CMLIV.

Codex exaratus die 14. Ragebi, anno Egiræ 949. Chriſti 1542. Scholia complectens nobiliſſimi viri Senan Pascha in Tractatum Cadhi Zadeh *De Aſtronomia* ſupra memoratum. (4)

## CMLV.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur videlicet:

1.° Tractatus de Sphæræ ſuperficiebus, inſcriptus *Productiones quantitatum Superficierum Sphæræ* (5), cum Tabulis & Figuris: auctore *Abdalla Mohamad Ben Moad Cordubenſi*.

2.° *Eutocii* Commentarius *in Archimedis Librum ſecundum De Sphæra & Cylindro* (6).

3.° *Dioclis* Liber *De Speculis uſtoriis* (7).

4.° *Apollonii* Liber tertius *De Figuris Conicis* (8).

5.° *Simmeadis*, id eſt *Samii*, Liber *De Lineis ſpiralibus* (9).

Verùm hujuſmodi opera nonniſi excerpta quædam ſunt ex horum Scriptorum libris, à viro Arabe docto in unum Codicem ad ſuos fortè uſus coacta. Ibi enim aliqua duntaxat eorum Problemata recenſentur, exponunturque; tùm alia aliorum ad rem Mathematicam ſpectantia identidem proferuntur, quorum ex numero ſunt *Ammon* Geometra, *Theodosius*, *Aristones*, fortè *Aristarchus*, *Aimonius*, *Philemon* Aſtronomus, *Plato*, *Erhotus*, ſcribendum *Aratus*. Unde patet Græca hujuſmodi ſcripta Arabibus & nota & lecta, atque in eorum ſermonem translata rectè conjicias. Quæ etſi in Arabica *Philoſophorum Bibliotheca*, atque in Abulpharagii *Hiſtoria Dynaſtiarum* non omnia recenſentur; ſatis, ſuperque ſit ea in Arabicis Codicibus allegari, ut hæc atque alia permul-

(1) *Auctor*: تاليف ابو عبد الله محمود بن محمد بن عمر الجغميني ۞

(2) *Auctor*: شرح صفي الدين النحريري ۞

(3) *Initium*: فلا اقسم بمواقع النجوم ۞
*Finis*: على من له دربة بالحساب ۞

(4) *Initium*: قوله من حيث الكمية ۞
*Finis*: من دور الفلك ۞

(5) *Titulus*: كتاب استخراج مقادير القسي الواقعة على ظهر الكرة ۞

(6) *Titulus*: اوطوقيوس في تفسير المقالة الثانية من كتاب ارشميدس في الكرة والاسطوانة ۞

(7) *Titulus*: كتاب ديوقليس في المراي المحرقة ۞

(8) *Titulus*: المقالة الثالثة من كتاب ابولنيس في المخروطات ۞

(9) *Titulus*: كتاب سوميدس في خطوط اللولبية ۞

multa alicubi etiamnum deliteſcere nobis perſuadeamus.

## *EVTOCII SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol. 82.*

„ EVTHARCHIVS, (ſive, ut in hoc „ noſtro Codice rectiùs legitur, „ EVTOCIVS) *Alexandrinus*, Scriptor Græ- „ cus, Mathematicus celeberrimus ac „ præſtantiſsimus, poſt Archimedis & „ Ptolemæi tempora claruit. Inter edita „ illius opera habentur Commentarius „ *in* ARCHIMEDIS *Librum primum De* „ *Sphæra & Cylindro*, (EVTOCII verò „ Commentarium *in Librum ſecundum* „ ARCHIMEDIS *De Sphæra & Cylindro* „ recenſet laudatus modo Codex); Liber „ *De Duabus Lineis*: Commentarius *in* „ *Librum primum Quadripartiti* PTOLE- „ MÆI *De Apoteleſmatibus & Judiciis Aſtro-* „ *rum*„ (a). At hujus Commentarii non meminit Fabricius in EVTOCII Librorum Catalogo quem refert *Biblioth. Græc.Lib. III. pag.* 563.

## *ARCHIMEDIS VITA & SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol. 75.*

„ ARCHIMEDES, Mathematicus & „ Geometra Machinarius, com- „ plures Geometriæ diſciplinas, quas ab „ Ægyptiis acceperat, in Ægypto miris „ inventis comprobavit. Retulit mihi „ Orator *Amineddinus Abulhaſſan Ali Ben* „ *Ahmad Ben Giaphar Ben Abdelbak*, „ gente *Coptus*, vir ſanè inter ceteros „ quos vidi, pernobilis, eruditus atque „ eloquentiâ ornatus, Archimedem, ut „ ex unanimi Majorum ſuorum conſen- „ ſu ſibi conſtabat, aggeribus conditis, „ plerarumque Ægypti villarum vinxiſſe „ terras, & fundamenta poſuiſſe pon- „ tium, per quos è pago in pagum, ex- „ undante Nilo, trajicitur. Atque id „ ipſum in aliquot Ægypti Regum gra- „ tiam molitus eſſe narratur, eâ videli- „ cet impulſus causâ, quòd Ægypti in- „ colæ, excreſcente Nilo, ſubmerſionem „ veriti, pleraque oppida deſerere, at- „ que in montes è planitie confugere ſo- „ lerent, ubi, donec flumen decreſceret, „ immorabantur. Itaque ille plerarum- „ que villarum terras ad majorem Nili „ altitudinem dimenſus, aggeres conſti- „ tuit, villas ſuperſtruxit, in aggerum „ medio pontes erexit, unde aquæ per „ canales, ſive euripos de pago in pa- „ gum deducerentur. Hinc ad hujuſmo- „ di ædificiorum conſervationem, reſtau- „ rationemque ex ſingulis pagis annuos „ prædii unius fructus aſsignavit ac lege „ ſancivit: qui quidem reditus ad noſtra „ uſque tempora notiſsimi ſunt; & ſu- „ premus ad illorum adminiſtrationem „ extat in Ægypto Senatus, qui *Agge-* „ *rum Pretium* vocitatur.

„ Plura & egregia ſcripſit Archi- „ medes opera, cujuſmodi ſunt: Liber „ *De Septangulo in Circulo*; Liber *De Cir-* „ *culi dimenſione* (à PETRO DELLA VALLE „ Latinè redditus); Liber *De Sphæra &* „ *Cylindro*; Liber *De Circuli quadratura*; „ Li-

(a) اوطرقيوس مهندس يوناني اسكندراني فاضل في فنه مذكور مصنف بعد ارشميدس وبطلميوس ۞ له تصانيف منها شرح المقالة الاولي من كتاب ارشميدس في الكرة والاسطوانة ۞ كتاب في الخطين ۞ كتاب تفسير المقالة الاولي من كتاب بطلميوس في القضا علي النجوم ۞

„ Liber *De Circulis ſeſe invicem tangentibus*; „ Liber *De Figuris conoidibus*; Liber *De* „ *Lineis ſpiralibus*; *Aſſumtorum, ſive Lem-* „ *matum* Liber ( qui Latinè verſus à noſtro *Abrahamo Ecchellenſi*, cum *Joannis Alphonſi Borelli* Commentariis Florentiæ prodiit anno 1661. in fol. teſte Fabricio *Biblioth. Græcæ Lib. III. pag.* „ 548.); Liber *Datorum*; Liber *De An-* „ *guli rectilinei triſectione & proprietatibus*; „ Liber *De Inſtrumentis hydraulicis*, ubi „ de *Cochleis* ad aquas exhauriendas „ idoneis. (a)

Geometrica Archimedis Opera à multis Arabicè converſa, in compendium redegit Albategnus; Arabes item non pauci Notis, Scholiis, Commentariis illuſtrarunt, ut ex dictis conſtat, ſuoque loco dicendis luculentiùs patebit. Archimedis etiam *Mathematica Elementa* Hebraicè extare MSS. in Biblioth. Vaticana teſtatur Bartoloccius in *Bibliotheca Rabbin. vol. I.*

## *APOLLONII PERGÆI VITA & SCRIPTA*
### *EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol. 69.*

„ Apollonius, Geometra & Ma- „ thematicus, Euclide antiquior „ (quamvis Pappus & Heraclides illum „ hoc recentiorem eſſe tradiderint) „ edidit Librum *Conicorum* de Scientia „ proprietatum Linearum quæ nec re- „ ctæ ſunt, nec arcûs inſtar curvæ, ſed „ in-

(a) ارشميدس الرياضي النجار كان بمصر وبها حقق علمه واخذ عن المصريين
انواعا من فنون الهندسة ۞ حكي لي الخطيب امين الدين ابو الحسن علي بن
احمد بن جعفر بن عبد الباقي القفطي وكان اجمل من رايت نباهة فضلا وبلاغة
ادركت جلة المشايخ من اجلا بلادنا وهم مجمعون علي الذي اردم اراضي اكثر
قري مصر واسّس الجسورة المتوصل بها من قرية الي قرية في زيادة النيل هو
ارشميدس ۞ فعل ذلك لبعض ملوكها وسببه ان اكثر القري بمصر كان اهلها اذا جاء
النيل تركوها وصعدوا الي الجبال المقابلة لها فاقاموا بها الي ان يذهب النيل خوفا
من الغرق ۞ فقاس اراضي اكثر القري علي اعلاء مايكون من النيل واردم ردوما
وبني عليها القري وعمل الجسورة مابين القري وفي اوساط الجسورة قناطر ينفذ الماء
منها من ارض قرية الي اخري ۞ ووقف من كل ضيعة ارضا معينة يصرف مغلها في
كل سنة الي اصلاح هذه الجسورة ۞ فهي الي الان معلومة ولها ديوان مفرد
بمصر يعرف بديوان فدن الجسورة ۞
صنف ارشميدس مصنفات عدة جليلة في هذا النوع مثل كتاب المسبع في
الدايرة ۞ كتاب مساحة الدايرة ۞ كتاب الكرة والاسطوانة ۞ كتاب تربيع
الدايرة مقالة ۞ كتاب الدواير المتماسة مقالة ۞ كتاب المثلثات مقالة ۞ كتاب
الخطوط المتوازية ۞ كتاب الماخوذات في اصول الهندسة ۞ كتاب المفروضات
مقالة ۞ كتاب خواص المثلثات القايمة الزوايا مقالة ۞ كتاب ساعات الات الماء
التي ترمي بالبنادق مقالة ۞

„ inclinatæ , *ellipticæ* videlicet. Hujuſce „ autem Libri Tractatus ſeptem , etſi „ Proœmium octo indicet , *Almamone* „ imperitante , in ſermonem Arabicum „ tranſlati ſunt. Itaque Liber octavus „ nonniſi Librorum ſeptem Synopſis eſt, „ continetque Corollaria quædam , Hy- „ potheſes nimirum maximè utiles , ſci- „ tuque dignas. Is ab eo tempore ad hanc „ uſque diem à multis quidem hujus di- „ ſciplinæ peritis perquiſitus eſt ; nihil ta- „ men certi de illo compertum. Re cum „ quibuſdam ætatis noſtræ Mathemati- „ cis collatâ , ex iis unus librum hunc ſe „ vidiſſe mihi teſtatus eſt ; verùm ex li- „ bri deſcriptione , quam mihi ille ab „ Auctoris mente prorsùs alienam exhi- „ buit , eum libri argumentum neſcire „ probè intellexi : quare ab illo diſceſsi, „ hominem in ſua relinquens inſcitia. „ *Filii* MVSÆ BEN SAKER ( tres germa- „ ni fratres , ſummi Mathematici ) in „ *Prolegomenis ad Conicorum Librum* pro- „ didere APOLLONIUM *Alexandrinum* ejus „ auctorem eſſe , idque opus non una „ de cauſa depravatum : primò ob illius „ deſcribendi difficultatem , emendan- „ dique incuriam : ſecundò , quòd ſit „ detritus , deletaque illius inter homi- „ nes memoria ; adeo ut interpolatus, „ disjunctuſque ultrò , citróque vagare- „ tur , idque ad EVTOCII *Aſcalonis* inco- „ læ uſque tempora , qui diligentiâ , qua „ potuit , illius membra collegit & qua- „ tuor illius Tractatus caſtigavit. Præte- „ reà illi addiderunt , hunc Librum octo „ conſtare Tractatibus, quorum ſeptem, „ octavique partem Arabicè extare aſſe- „ runt. Quatuor priores Libros , quos „ emendavit *A*HMAD *B*EN *M*VSA , Ara- „ bicè convertit *H*ELAL *B*EN *H*ELAL „ *Emeſſenus* ; poſteriores verò tres operâ „ THABETI BEN CORRAH *Harranitæ* Ara- „ bicè prodiere. Ceterùm præter hos, „ ex Libro octavo quatuor Figuræ re- „ periuntur.

„ Illius autem ſcripta recenſentur „ hæc : *De Conicis* Libri VII. & aliqua „ octavi Libri pars. *De Linearum Sectioni-* „ *bus ſimilibus* Libri II. *De determinata Se-* „ *ctione* Libri II. quorum prior à THABE- „ TO emendatus eſt ; ſecundus , etſi Ara- „ bicè converſus, vix intelligitur ( hi duo „ deperditis annumerantur à Fabricio „ *Biblioth. Græcæ Lib. III. pag.* 561. ) *De* „ *Locis planis , eorumque Sectionibus ſimili-* „ *bus* Liber I. *De Circulis ſeſe invicem tan-* „ *gentibus* Liber I. *De duabus Lineis quæ* „ *extra angulos rectilineos aliquantulùm po-* „ *ſitæ , inter ſeſe occurrunt*, Liber , à THA- „ BETO BEN CORRAH memoratus. (a)

APOLLONII Liber V. VI. & VII. Co- ni-



(a) ابلونيوس النجار رياضي قديم العهد قبل اقليدس له كتاب المخروطات المولف
في علم احوال الخطوط المنحنية ليست بمستقيمة ولا مقوسة ☼ وفي عهد المامون
اخرج من هذا الكتاب سبع مقالات ودلت مقدمته علي انه ثماني مقالات وان
المقالة الثامنة تشتمل علي معاني المقالات السبع وزيادة واشترط فيها شروطا مفيدة
وفوايد يرغب فيها ☼ ومن ذلك الزمن الي يومنا هذا يبحث اهل هذا الفن عن هذه
المقالة فلا يطلعون لها علي خبر ☼ وكنت قد ذاكرت بعض من يعاني شيا من هذا
العلم في زماننا او يدعيه بامر هذه المقالة فقال لي قد وجدت واخذ في وصفها
وذكر مالم يطابق كلام مولفها فعلمت انه يجهل الاصل فاضربت عنه وتركته
بجهله ☼ ذكر بنو موسي بن شاكر في اول كتاب المخروطات ان ابلونيوس
كان

*nicorum*, qui Græcè nuſquam adhuc ſunt reperti, Ab *Abrahamo Ecchellenſi* ex MS. Codice Arabico Mediceo Latinè tranſlati ſunt, & cum *Joannis Alphonſi Borelli* Commentariis Florentiæ editi anno 1661. in fol. Altera Latina eorundem trium Librorum ex Arabico etiam concinnata eſt Translatio à *Chriſtiano Ravio*, ejuſque ſtudio vulgata Kiloniæ anno 1669. Vide Fabricium *Biblioth. Græcæ Lib. III. pag.* 559. & 560. Conſule item Abulpharagium in *Hiſt. Dynaſt. pag.* 41. & Herbelotium in *Bibliotheca Orient. pag.* 119.

3.° Menelai ad *Timotheum* Regem Liber *De Statica*: ubi de Corporum miſtorum quantitate & pondere. (1)

4.° *Thabeti Ben Corrah* Tractatus *De Horometria*: ubi de Horis diurnis ac nocturnis in quacumque regione cognoſcendis.

5.° Ejuſdem Opuſculum *De deſcriptione Trianguli rectilinei* (2).

## *THABETI BEN CORRAH VITA & SCRIPTA EX ARABICA PHILOSOPHORUM Bibliotheca, fol.* 127.

,, THabetus *Ben Corrah Ebn Meruan Ben Keraia Ben Abrahim Ben Marinos*, *Ben Salamanos*, *Abulhassan*, patriâ *Carrhæus*, re-
,, ligione *Sabæus*, qui vulgò *Thebit* ap-
,, pellatur, Bagdadum ſe contulit, ibi-
,, que ſedem fixit. Calipha *Motadhedo*
,, imperitante, claruit, ac plures de om-
,, ni ſcientiarum genere libros ſcripſit.
,, Natus eſt *Carrhæ* anno Egiræ 221.
,, (Chriſti 835.) ubi argentariam exer-
,, cuit. Illum *Mohamad Ben Musa*
,, *Ben Schaker*, è Græcorum regione
,, dudum redux, perſpectâ ejus elo-
,, quentiâ, in amicitiam accepit; eo-
,, que doctore, diſciplinis operam Tha-
,, betus dediſſe memoratur. Hinc illum
,, Mohamed Ben Muſa dignum judi-
,, ca-

كان من اهل الاسكندرية ۞ وذكروا ان كتابه في المخروطات فسد لاسباب
منها استصعاب نسخه وترك الاستقصا لتصحيحه ۞ والثاني ان الكتاب درس
وانمحي ذكره وحصل متفرقا في الناس الي ان ظهر رجلا بعسقلان يعرف بباوطيقوس
فلما ان جمع ما قدر عليه من الكتاب اصلح منه اربع مقالات ۞ وان الكتاب
ثماني مقالات والموجود منه سبع مقالات وبعض الثامنة فترجم الاربع المقالات
الاولي بين يدي احمد بن موسي هلال بن هلال الحمصي ۞ والثلاث الاواخر ثابت
بن قرة الحراني ۞ والذي يصاب من المقالة الثامنة اربعة اشكال ۞ فالذي
ذكر من كتبه كتاب المخروطات سبع مقالات وبعض الثامنة ۞ كتاب قطع
الخطوط علي نسبة مقالتان ۞ كتاب في النسبة للمحدود مقالتان اصلح الاولي ثابت
والثانية منقولة الي العربي غير مفهومة ۞ كتاب قطع السطوح علي نسبة مقالة ۞
كتاب الدواير المماسة ۞ وذكر ثابت بن قرة ان له مقالة في ان الخطين اذا
اخرجا علي قليل من زاويتين قايمتين يلتقيان ۞

(1) *Initium*: ايها الملك ۞
*Finis*: ك . ب . وم . ب متساويان هذا خلف لا يمكن ۞

(2) *Titulus*: في عمل مثلث مستقيم الخطوط ۞

„ cavit, qui Familiaribus & Aſtrono-
„ mis *Motadhedi* Imperatoris adſcribe-
„ retur: apud quem eò honoris ac faſti-
„ gii Thabetus pervenit, ut frequentem
„ præ ceteris Conſiliariis ac Familiaribus
„ apud Calipham aditum, ſedile, diu-
„ turnum colloquium & arcanorum ſo-
„ cietatem promeruerit.

„ Illius autem Operum Catalogus
„ manu *Abu Ali Almohseni Ben Abra-*
„ *him Ben Helal Alsabæi* exaratus,
„ eſt is qui ſequitur: *De Quiete inter*
„ *utrumque Arteriæ motum* Libri II. quos
„ *Thabetus* adversùs *Alchindum* Syriacè
„ conſcripſit. Hos *Issa Ben Asid*, ge-
„ nere *Chriſtianus*, in Arabicam linguam
„ convertit, quam verſionem caſtiga-
„ vit idem *Thabetus*: cujus poſt obi-
„ tum utrumque Librum inutili prorsùs
„ conatu impugnavit *Abu Ahmed Al-*
„ *hassenus Ben Isaac*, vulgò *Karnib*.
„ Ceterùm hujuſmodi Libros *Isaac Ho-*
„ *naini* filius, quos jampridem illi mi-
„ ſerat *Thabetus*, vehementer lauda-
„ vit, approbavitque; *Commentarius in*
„ *Aristotelis De Phyſica Auſcultatione*
„ *Librum*; *De Cylindri Sectione*, *ejuſque*
„ *Plano. Cur Maris aquæ ſalſæ ſint &*
„ *quorsùm*, Liber I. *Compendium Galeni*
„ *De Alimentis*, Libri III. *Quòd ſi duæ Li-*
„ *neæ rectæ extra duos Angulos rectili-*
„ *neos aliquantulùm diſcederent*, *ſibi invi-*
„ *cem occurrerent*, Liber I. *Appendix ad*
„ *eundem Librum*, Liber I. *De Locis unde*
„ *Quæſita Mathematica petuntur*, Liber I.
„ *De Quadratura Circuli*, *ejuſque diametro*
„ Liber I. *De Signis & Prognoſticis eclipſis*
„ *Lunæ* Liber I. *De cauſa eclipſis Solis &*
„ *Lunæ* Liber I. inter ceteros celeberri-
„ mus, quem maximam partem elabo-
„ ravit, ſed morte præreptus affectum
„ reliquit; pluresque ætatis noſtræ viri
„ perficere fruſtra ſunt aggreſsi; *De Me-*
„ *dicinæ & Philoſophiæ ſtudio Adhortatio ad*
„ *Filium*, Liber I. *De tempore ad Moha-*
„ *medum Ben Muſa Ben Schaker* Liber;

„ *De Quæſitis elegantibus*, *ſeu amatoriis*
„ Liber I. *Quomodo Pondera diſtincta &*
„ *ſeparata*, *uni palo appenſa*, *dato uno*
„ *pondere*, *ſuum ſingula quæque pondus*
„ *æqualiter habeant*, Liber I. *De dimenſione*
„ *Planorum omnium & Solidorum*, ubi
„ etiam de *Siderum natura & affectioni-*
„ *bus*, Liber I. *Ethicorum Epitome*, Li-
„ ber I. *Quæſita Medica*, Liber I. *De*
„ *cauſis cur Montes creati ſint*, Liber I.
„ *De Signorum motu tardiore*, *velociore &*
„ *medio in orbibus excentricis* Liber I.
„ *Almageſti Expoſitio Libris III. comprehen-*
„ *ſa*, quorum poſtremum, qui ceteris
„ profectò amplior & præſtantior eſt,
„ *Thabetus* non abſolvit. *De Sciathe-*
„ *ricis* Liber I. *Deſcriptio figuræ ſolidi*
„ *baſibus* XIV. *conſtantis*, *quod ſphæra de-*
„ *terminata ambit*, Liber I. *De extractione*
„ *æqualis curſûs Lunæ* Liber I. *De Æqui-*
„ *librio*, ubi de ejus differentiis & con-
„ ditionibus, Liber I. *De Muſica* Li-
„ ber I. *Epitome Librorum Nicomachi*
„ *De Arithmetica*, Libri II. *Diſſertatio de*
„ *Muſicæ Inſtitutionibus*, Liber I. *De va-*
„ *riis Machinamentorum figuris* Liber I.
„ *Compendium Libri primi Quadripartiti*
„ *Ptolemæi*, Liber I. *Epitome Libri Pe-*
„ *ribermenias*, Liber I. *De æqualibus &*
„ *ſimilibus Coni ſectionibus* Liber I. *De*
„ *Corporum æqualium dimenſione* Liber I.
„ *De Studiorum methodo & ordine* Liber I.
„ *De Anno Solari* Liber I. *De Neomeniæ*
„ *phaſi in tractu Auſtrali* Liber I. *De*
„ *Methodo cognoſcendæ phaſis Lunæ ex Ta-*
„ *bulis* Liber I. *Deſcriptio Sphæræ*, Li-
„ ber I. *Epitome Libri Galeni De Die-*
„ *bus criticis*, Libri III. *De Pulſu* Liber I.
„ *De Curatione* Liber I. qui quidem Li-
„ bri *Galeni De Arte curativa* epito-
„ me eſt; *De Figuris Linearum*, *quas*
„ *Gnomonometrum percurrit*, Liber I. *De*
„ *Inſtrumenti figura*, *quod* Secans *nuncupa-*
„ *tur*, Liber I. *De Geometria* Liber I.
„ *Ad Iſmaelem Ben Bolbol*, *De Chiragra &*
„ *Podagra* Liber I. *De Fœtus generatione*

„ Liber I. *De Partu ſeptimeſtri* Liber I. „ *Epitome Librorum* Hippocratis *De* „ *Aëre*, *Aqua & Regionibus*, Liber I. *De* „ *albicantibus Corporis maculis*, *ſeu de Vi-* „ *tiligine* Liber I. *Compendium Libri* Ga- „ leni *De Excrementis & de Medica-* „ *mentis vomitoriis*; *tùm De atra Bile*, *de* „ *Temperamentorum differentiis*, *ac de re-* „ *gimine Morborum Epidemicorum ad* Hip- „ pocratis *mentem*, Liber I. *Epitome Li-* „ *bri* Galeni *de Locis affectis*, Liber I. „ *De Renum*, *Veſicæ & Teſticulorum* „ *doloribus*, Liber I. *Epitome Analyticorum* „ *Priorum*, Liber I. *Dialecticæ Compen-* „ *dia III*. *De electionibus temporis ad Coi-* „ *tum* Liber I. *Aliqua de Anima fragmen-* „ *ta*; *De Syllogiſmorum figuris*, *earumque* „ *uſu* Liber I. *De Solaris & Lunaris* „ *eclipſis ſupputatione* Liber I. (ubi quæ „ à Theone in ſuo libro ſunt omiſſa, re- „ feruntur); *De Sideribus*, *eorumque occa-* „ *ſu ad Artis Nauticæ uſum accommodatis* „ Liber I. *De ratione Virtutis comparan-* „ *dæ* Liber I. *De Proportione compoſita* „ Liber I. *De Numeris polygonis* Liber I. „ *De generatione Ignis ex duobus lapidibus* „ *excuſſi* Liber I. *Theoremata de Anima*, „ Liber I. *De duplicis Aſtrolabii confe-* „ *ctione* Liber I. *De Linearum ſectione &* „ *dimenſione* Liber I. *De Inſtrumentis Mu-* „ *ſicis* Liber I. *Epitome Libri* Gale- „ ni *De Medicamentis ſimplicibus*, Li- „ ber I. *De Aſtronomicis obſervationibus Li-* „ *bri complures*, Arabicè & Syriacè con- „ ſcripti. *De Volucrum Anatomia*, ubi de „ Avi quadam aquatica, cui *Rex triſtis* „ nomen, Liber I. *De Medicamentorum* „ *ſpeciebus*, *eorumque diviſione* Liber I. „ *De Medicamentorum Ponderibus* Liber I. „ *Problemata Algebrica Geometricis demon-* „ *ſtrationibus comprobanda*, Liber I. *De* „ *Morbo icterico*, *ſeu Regio*, *ejuſque ſpe-* „ *ciebus & remediis* Liber I. Ille (Tha- „ betus ſcilicet) Arabicam verſionem „ Libri primi Apollonii *De Ratio-* „ *nis*, *ſive Proportionis ſectione determinata*

„ non modò accuratiſsimè caſtigavit, „ ſed etiam duobus Commentariis ex- „ ornavit, quorum ſecundum, qui vix „ intelligi poteſt, minimè correxit. *Alma-* „ *geſti* prætereà verſionem Arabicam „ ab Isaaco Ben Honain elaboratam „ recognovit & emendavit: qua qui- „ dem in re amicorum efflagitantium „ votis ſatis omnino fecit. Alteram in- „ de *Almageſti* verſionem Arabicam ag- „ greſſus eſt abſolutiſsimam, Commenta- „ riiſque illuſtravit: cujus Adverſaria ip- „ ſius manu exarata penès nos extant. „ Utiliſsimam rursùs *Almageſti*, præter „ poſtremum Librum, nempe XIII. Epi- „ tomen vulgavit. Librum quoque *Ma-* „ *gnæ Syntaxis* priorem ac poſteriorem „ ornavit: quam lucubrationem ætatis „ noſtræ Auctores nonnulli ſibi arroga- „ runt. Euclidis Librorum duplicem „ edidit verſionem Arabicam, cujus ta- „ men ſecunda prodiit accuratior; atque „ ex iis Librum XIV. & XV. Commen- „ tariis perſequutus eſt: id referente in „ Schedis ſuis *Almohasseno Abrahami* „ *Filio*, *Sabæo*. Præclaram etiam in eoſ- „ dem Libros edidit Introductionem. „ Plura ille tùm Aſtrologica, tùm Geo- „ metrica Compendia reliquit, quorum „ autographum Notis locupletatum ego „ ipſe vidi. Accenſentur & illi Codices „ duo foliis circiter ducentis conſtantes, „ qui varia Quæſita ipſi à Calipha *Mo-* „ *tadhedo* propoſita complectuntur. *De* „ *Numeris infinitè multiplicandis*, *ſive de* „ *Numeris Pythagoricis* Liber I. *Politico-* „ *rum* Liber I. *De Cauſa diſcriminis*, „ *quod inter Tabulas Ptolemæas*, *& illas* „ *quæ* Probatæ *dicuntur*, *intercedit*, Liber I. „ *De ſolutione Myſteriorum*, *quæ in* Pla- „ tonis *De Republica Libris occurrunt*, Li- „ ber I. *Epitome Categoriarum*, *Periherme-* „ *nias & Analyticorum*. Quæ autem ex „ una lingua in aliam ille tranſtulit, „ multa cenſentur. Adjudicantur & illi „ de ſuæ ſectæ ritibus Libri plures Syria-

„ cè

„ cè conſcripti, videlicet Liber *De Sa-* „ *bæorum Conſtitutionibus*, *Præceptis & Ri-* „ *tibus*; Liber *De Mortuis involvendis &* „ *ſepeliendis*; Liber *De Sabæorum Religio-* „ *ne*; Liber *De eorum Sacrificiis* ( ubi de „ Animalibus idoneis, vel ineptis; de „ Horis cultui divino aſsignatis, ac de Le- „ ctionis & Precationis ordine ). Scripſit „ etiam Librum *De Muſica*, foliis circi- „ ter quingentis comprehenſum. Obiit „ tandem feriâ 5. die 26. menſis Sapha- „ ri, anno Egiræ 288. Chriſti 900.

„ Hæc præterea de ſe ipſe refert: „ Vidi ego, quum forum olim pertran- „ ſirem, lanium quendam jecur conci- „ ſum ac ſale inſperſum comedere ſoli- „ tum. Rem, utpote ſordidam, primùm „ averſatus ſum; deinde illum in apo- „ plexiam brevi delapſurum animadver- „ ti: quapropter malum ejus exitum „ prævidens, adhibere lanio medicinam „ conſtitui. Itaque remedium adversùs „ apoplexiam efficax, mihi aſsiduè ge- „ ſtandum, confeci. Accidit verò ut, die „ quadam illac pertranſiens, clamorem „ audierim: occurrit ſtatim mors lanii; „ eaque de re curioſiùs mihi percon- „ tanti reſponderunt quidam, illum „ pridie fatis conceſsiſſe. Hinc lanium „ apoplexiâ correptum fuiſſe intellexi; „ adire tamen illum volui. Quum verò „ nullum arteriarum pulſum in eo per- „ ſenſiſſem, talum ejus baculo tandiu „ percuſsi, donec pulſus rediit. Deinde „ æger, hauſta potione medica, quam „ ei porrigendam protinus curavi, ocu- „ los aperuit; adeoque eſt recreatus, ut „ inſequenti die bene valens in publi- „ cum prodierit (a).

Thabeti Vitam & Scripta narrat Abul-

(a) ثابت بن قره ابن مروان بن كرايا بن ابرهيم بن ماريnوس بن سلامانوس ابو الحسن الحراني الصابي انتقل الى مدينة بغداد واستوطنها ۞ كان في دولة المعتضد ۞ وله كتب كثيرة في فنون العلوم ۞ مولده في سنة احدي وعشرين ومايتين بحران وكان صيرفيا بها استصحبه محمد بن موسي بن شاكر لما انصرف من بلد الروم لانه راه فصيحا وقيل انه تعلم في داره فوجب عليه حقه فوصله بالمعتضد وادخله في جملة المنجمين ۞ فبلغ مع المعتضد اجل المراتب واعلي المنازل حتي كان يجلس بحضرته في كل وقت ويحادثه طويلا ويضاحكه ويقبل عليه دون وزرائه وخاصته ۞

واما اسما مصنفاته فقد وجدت اوراق بخط ابي علي المحسن بن ابراهيم بن هلال الصابي فهي ۞ كتابه في السكون بين حركتي الشريان مقالتين صنف هذا الكتاب سريانيا ورد به علي الكندي ۞ ونقله الي العربي عيسي بن اسيد النصراني واصلح ثابت العربي ۞ وقد ردّ ابو احمد الحسين بن اسحق المعروف بابن كرنيب علي ثابت في هذا الكتاب بعد وفاته بما لا فايدة فيه ولاطايل ۞ وهذا الكتاب انفذه لما صنفه الي اسحق بن حنين فاستحسنه استحسانا عظيما ۞ كتاب في شرح السماع الطبيعي ۞ كتاب في قطوع الاسطوانة وبسيطها ۞ كتاب في السبب الذي له جعلت مياة البحر مالحة ۞ كتابه في اختصار كتاب

جالينوس

,, *Abulcassam Alsaraki*, *Aractenſis*, Aſtrologiæ judiciariæ & Aſtrono- ,, miæ doctrinâ, uti etiam Tabularum ,, & Sphæræ peritiâ haud ignobilis, in- ,, ter familiares atque intimos *Saiphel-* ,, *daulati Ali Ben Abdalla Ben Hamdan*, ,, per ea tempora Regis, habitus eſt, qui- ,, buſcum ſermones Academicos fre- ,, quens conferebat,, (b). (*Saipheldaulatus*, Syriæ Rex, anno Egiræ 356. obiit)

,, *Abu Olba Abi Corrah*, Prin- ,, cipis *Alalui*, *Baſoræ* Regis, Aſtrolo- ,, gus fuit: vir in prædicendo raro felix. ,, Illius inter opera recenſetur Liber *De* ,, *Eclipſi Solari & Lunari*, quem *Mut-* ,, *phezo Billah* dedicavit,, (c). (Is anno Egiræ 267. Caliphatum uſurpavit)

,, *Abulonbas Alsomairi*, Aſtrolo- ,, giæ Profeſſor, traditur gloriæ ſtimulis ,, exagitatus, aliorum ſcripta ſibi arro- ,, gaſſe. Ceterùm ex ejus ſcriptis nume- ,, rantur Liber *De Aſtrologia genethliaca*, ,, & Liber *Iſagogicus in Sideralem Scien-* ,, *tiam*. (d)

,, *Ahmad Ben Mohamad Ben Ka-* ,, *thir Alphargani Tranſoxanus*, ex *Al-* ,, *maimonis* Imperatoris Aſtronomorum ,, numero unus, auctor fuit *Iſagoges in* ,, *Elementa Aſtronomica*: qui liber mole ,, quidem perexiguus, utilitate maxi- ,, mus, in capita XXX. diſtributus, *Pto-* ,, *lemæi* Libros omnes adinſtar Summæ ,, complectitur. Ejus dictio pura, ſen- ,, tentiæ luculentiſsimæ. (e)



(a) ابو القسم القصري منجم حاذق مذكور في زمانه ومشهور ولم يزل فيما بصناعته الي ان توفي ببغداد في الرابع والعشرين من المحرم سنة ثلث عشر واربعماية ✿

(b) ابو القسم السرقي كان من اهل الرقة يعرف النجامة ويقوم بالاحكام ويعلم علم الحوادث ويتحقق بعمل الزيج وعلم الهيئة ✿ صحب الامير سيف الدولة علي بن عبد الله بن حمدان وخدمه واختص به وحضر مجالس انسه ✿

(c) ابو علي ابي قرة كان منجم العلوي الخارج بالبصرة وكان منجما لاحظ له في الاحكام وله من الكتب كتاب العلة في كسوف الشمس والقمر عمله للموفق ✿

(d) ابو العنبس الصميري كان يعلم النجامة وكان متهما بالاغارة علي تصانيف الناس باخذها ويدعيها لنفسه ✿ فمن تصانيفه كتاب المواليد ✿ كتاب المدخل الي علم النجوم ✿

(e) احمد بن محمد بن كثير الفرغاني احد منجمي المامون وصاحب المدخل الي علم هيئة الافلاك وحركات النجوم وهو كتاب لطيف الجرم عظيم الفايدة مضمن ثلاثين بابا احتوي علي جميع كتب بطلميوس باهذب لفظ وابين عبارة ✿

Eadem fermè tradit Abulpharagius in *Hiſt. Dynaſt. pag.* 161.

,, *Ahmad Ben Mohamad Perſa*, ,, *Saganenſis*, *Abv Hamed*, *Organopœus* ,, dictus, Geometriæ & Aſtronomiæ ,, ſcientiâ ac peritiâ nemini ſanè ſua ,, ætate ſecundus, *Bagdadi* Aſtrono- ,, mica Inſtrumenta quàm accuratiſsi- ,, ma effinxit, quæ per Aſtronomorum ,, manus circumferuntur, ævo noſtro ,, perinde atque illo celebratiſsima. Com- ,, plures ex illius ſchola prodiere viri, ,, qui ejus ſe auditores fuiſſe gloriantur. ,, Antiquis Mathematicorum Inſtrumen- ,, tis alia addidit præ ceteris optima. ,, Quum autem *Scharapheldaulatus*, filius ,, *Adhadhaldaulati* Regis, Planetas ſeptem ,, *Bagdadi* obſervari juſsiſſet; eam curam ,, *Vaigeno Ben Dostvm Alkvhi* cre- ,, didit, qui, Obſervationibus in angulo ,, horti Regii ad finem hunc conſtitu- ,, to factis, duo earundem Obſervatio- ,, num Compendia in acta retulit: quas ,, quidem Obſervationes & vidit & ſuo ,, nomine ſubnotavit *Ahmad Ben Mo-* ,, *hamad Alsagani*, Solis in duo Signa ,, ingreſſum cum ceteris Judicibus & ,, Teſtibus aſſeverans. Obiit tandem *Ba-* ,, *gdadi* menſe Dilcada anno Egiræ 379. ,, (a)

,, *Ahmad Ben Omar Alkarabisi* ,, inter Geometras & Arithmeticos ,, præſtantiſsimus fuit. De utraque diſci- ,, plina Arabicè ſcripſit. Ex ejus Scriptis ,, recenſentur *Commentarii in Euclidis* ,, *Libros*; Liber *De ratione Harmonica*; ,, Liber *De Arithmeticis Inſtitutionibus*; Li- ,, ber *De Planiſphærio*; Liber *De Indica* ,, *numerandi ratione*. (b)

,, *Ali Ben Ahmad Alomrani Mu-* ,, *ſelenſis* Arithmeticâ ſimul & Geome- ,, tricâ diſciplinâ fuit excultus. Scientia- ,, rum ſtudio flagrans, complures con- ,, quiſivit libros. Multi ad eum ſive ,, addiſcendi, ſive ſciſcitandi causâ è re- ,, gionibus, unde ſtudia exulabant, iter ,, ſuſcepere. Fatis tandem conceſsit anno ,, Egiræ 344. hæc poſteris relinquens ,, do-

(a) احمد بن محمد الصاغاني ابو حامد الاصطرلابي كان فاضلا في الهندسة وعلم الهيئة يسلم اليه ذلك في وقته وكان ببغداد يحكم صناعة الالات الرصدية غاية الاحكام ۞ والاته مذكورة بايدي ارباب هذا الشان معروفة في ذلك الزمن وفي هذا الاوان ۞ تبع له عدة تلاميذ ينتسبون اليه ويفتخرون بذلك ۞ وله زيادة في الالات القديمة فاز بها دون غيره من اهل هذا النوع ۞ ولما تقدم شرف الدولة ابن عضد الدولة ببغداد برصد الكواكب السبعة واعتمد في ذلك على ويجن بن رستم الكوهي وبني بيت الرصد في طرف بستان دار المملكة ورصد وكتب محضرين بصورة الرصد ۞ وكان ممن شاهد ذلك وكتب خطه بتصحيح نزول الشمس في برجين احمد بن محمد الصاغاني هذا في جملة من كتب من القضاة والشهود ۞ توفي في ذي القعدة سنة تسع وسبعين وثلثماية ببغداد ۞

(b) احمد بن عمر الكرابيسي من افضل المهندسين وعلما ارباب العدد ۞ صنف في ذلك التصانيف العربية منها كتاب شرح اقليدس كتاب حساب الدور ۞ كتاب الوصايا ۞ كتاب مساحة الحلقة ۞ كتاب الحساب الهندي ۞

,, doctrinæ monumenta, *Commentarium* videlicet in Libros *De Algebra* jam dudum evulgatos ab *Abi Kamelo Schagia Ben Aslam*, qui *Ægyptius Calculator* vocitatur; tùm Librum *De Electionibus*, cum aliis plurimis ad *Aſtrologiam* pertinentibus. (a)

,, *Ali Ben Ahmad Abulcassem Almogetabi Antiochenus*, urbem *Bagdadum*, donec deceſsit, incoluit. Ex præcipuis quidem Regis *Adadheldaulati* Buiditæ Familiaribus fuit, Arithmeticæ & Geometriæ peritiâ haud ignobilis. Præclara de utraque ſcientia edidit opera: vir ſanè cùm ſermonis eloquentiâ, tùm ſtyli elegantiâ commendandus, idemque in Reſponſis ad Quæſita non minùs perſpicuus quàm efficax: quod certè egregia ejus ſcripta ſatis, ſuperque teſtantur. Quorum è numero ſunt: Tractatus fuſior De Indica Numerorum Arte, *Tabula ratiocinatoria* inſcriptus; Liber *De Arte in Tabulis ſine litura numerandi. Paraphraſis Arithmetica*, Liber I. *Commentarius in Euclidis Libros*, Liber I. Liber *De Griphis Arithmeticis extrahendis, atque interpretandis*; Liber *De Ponderum ſupputationibus*; Liber *De Arte calculatoria, manu & ſine Tabula exercenda. Helaus* verò *Ben Abraham Sabæus* in ſua *Chronologia* prodidit *Abulcassemum Ali Ben Ahmad Antiochenum*, in Arithmeticis & Geometricis diſciplinis verſatiſsimum, deceſsiſſe feriâ 6. die 13. menſis Dilhagia anno Egiræ 376. (Chriſti 986.) (b)

,, *Ali Ben Alhassan Abulcassem Alida*, vulgò *Ebn Lalam* nuncupatus, vir nobilis, Aſtronomiæ ac Planetarum Theoriæ peritus, ſua ætate clarus & celebris extitit. Eâ ſanè apud Regem *Adadheldaulatum* gratiâ, ea auctoritate valuit, ut in Electionibus, ac variis Planetarum Judiciis multum illi Rex tribuerit. Aſtronomicas Tabulas ,, con-



(a) علي بن احمد العمراني الموصلي العالم بالحساب والهندسة ۞ كان فاضلا جماعا للكتب يقصده الناس للاستفادة منه ۞ ياتي اليه الطلبة من البلاد النازحة للقراة عليه توفي في سنة اربع واربعين وثلثماية ۞ وله من الكتب ۞ كتاب شرح كتاب الجبر والمقابلة لابي كامل شجاع بن اسلم الحاسب المصري ۞ كتاب الاختيارات ۞ عدة كتب في النجوم وما يتعلق بها ۞

(b) علي بن احمد الانطاكي ابو القاسم المجتبي استوطن بغداد الي ان توفي بها ۞ كان من اصحاب عضد الدولة بن بوية المقدمين عنده يقوم بعلم العدد والهندسة غير مدافع في ذلك وله من هذا النوع تصانيف جليلة ۞ فصيح اللسان عذب البيان اذا سيل ابان واتي بالمعاني الحسان ۞ له تصانيف شريفة منها كتاب التخت الكبير في الحساب الهندي ۞ كتاب الحساب علي التخت بلا محو ۞ كتاب تفسير الارثماطيقي ۞ كتاب شرح اقليدس ۞ كتاب استخراج التراجم ۞ كتاب الموازين العددية ۞ كتاب الحساب بلا تخت بل باليد ۞ وذكر هلال بن ابرهيم الصابي في كتابه في سنة ست وسبعين وثلثماية في يوم الجمعة الثالث عشر من ذي الحجة توفي ابو القاسم علي بن احمد الانطاكي الحاسب المهندس ۞

„ condidit, quas non illius temporis ſo-„ lùm, ſed & noſtræ ætatis Aſtronomi „ celebrant, ac veluti exemplar imitan-„ tur. Quum autem *Ali Ben Alhassan*, „ mortuo *Adadheldaulato*, ejuſque in lo-„ cum ſuffecto *Schamſamaldaulato* ejus „ filio, res ſuas apud ſucceſſorem decli-„ nare, ſeque jam gratiâ minùs valere „ intellexiſſet, ex illius ſeſe Aula ſubdu-„ xit. Inde Meccanam Peregrinationem „ aggreſſus, anno Egiræ 374. *Bagda-„ dum* rediit, ubi in loco *Oſaila* dicto „ diem obiit feriâ 1. die 8. menſis Mo-„ harami anno Egiræ 375. (Chriſti 985.) (a)

„ *Ali Abulhassan Ben Ismail* „ *Giauharæus*, *Fidei Doctor* cognomina-„ tus, & *Nobilis Eques* dictus, vir ſanè „ doctus & ingenioſus, Geometriæ & „ Matheſeos ſcientiâ inter *Bagdadenſes*, „ doctrinâ conſpicuos eminuit. Erat ille „ in Aſtronomicorum Inſtrumentorum „ confectione & uſu optimè verſatus, „ idemque in Geometria acutus ac ſo-„ lers. Teſtantur id tùm præclara illius „ opera omnibus nota, omnium mani-„ bus pertrita, tùm inſignes, egregiique „ libri, quos ſive ſolutâ, ſive ſtrictâ ora-„ tione compoſuit. (b)

„ *Alhassenus Ebn Ahmad Ben Ja-„ cob Abu Ahmad Hamdanita* (ex per-„ antiqua & nobili Arabum Tribu *Ham-„ dan* nominata), eſt auctor operis cui, „ *Diadema* titulus, ſummæ utilitatis, „ quod quidem in partes X. diviſum, „ agit de Regum *Hamairitarum* Genea-„ logia & Chronologia. Ibi etiam oc-„ currit Tractatus luculentiſsimus de Pla-„ netis, eorumque Conjunctionum tem-„ pore; de Principiis Aſtrologiæ judicia-„ riæ; de Phyſica; de veterum Philoſo-„ phorum placitis quoad Mundi æterni-„ tatem & contingentiam, de eorum „ diſſenſu circa illius periodum & viciſsi-„ tudinem; poſtremò de Hominum ge-„ neratione atque ætate. Huc accedunt „ alia ejuſdem egregia opera, videlicet „ Liber *Arcana Scientiæ* inſcriptus, in quo „ præ-

(a) علي بن الحسن ابو القاسم العلوي المعروف بابن الاعلم ۞ رجل شريف عالم بعلم الهيئة وصناعة التسيير مذكور مشهور في وقته ۞ وكان قد تقدم عند عضد الدولة يقف الملك عند اشارته في الاختيارات ويرجع الي قوله في انواع التسييرات ۞ عمل زيجه المشهور الذي عليه عمل الناس في وقته وبعد زمانه الي اواننا هذا ۞ ولما توفي عضد الدولة نقصت حاله وتاخر امره عند صمصام الدولة ولده القايم بالامر من بعده فانقطع عنهم وحج في سنة اربع وسبعين وثلثماية وعاد فمات بمنزله يعرف بالعسيلة في يوم الاحد الثامن من محرم سنة خمس وسبعين وثلثماية ۞

(b) علي ابو الحسن بن اسمعيل الجوهري المنعوت بعلم الدين البغدادي المعروف بالركاب سالار علم في العلم والذكا بارع في علم الهندسة والرياضيات من ظرفا بغداد وفضلايها حكيم النفس فيما يعمله ويستعمله من الالات الفلكية والملح الهندسية وبايدي الناس من عمله ومستعمله كل طرفة لطيفة ۞ وله شعر فايق وادب رايق ۞

,, præſertim de Aſtronomia & Aſtrolo-
,, gia ac de Siderum motu, ejuſque
,, quantitate diſſeritur; Liber *De Forti-*
,, *tudine*; Liber *De Arte vibrandi tela è*
,, *Balliſta*, ſagittaſque in certamine mit-
,, tendi & collineandi. Sunt & illi Ta-
,, bulæ Aſtronomicæ, quas *Jemanitæ* ce-
,, lebrant, earum rationem ſequuti. Por-
,, rò vir hic omnium, qui ex *Arabia*
,, *Felici* prodiere, doctiſsimus habetur.
,, Obiiſſe verò traditur in urbe *Sanaa*,
,, carcere detentus, anno Egiræ 334.
,, (a)

,, *ALHASSAN BEN MASBAH*, Aſtro-
,, nomus, ſcientiæ Logiſticæ, ſimulque
,, Aſtronomicæ fuit peritus. Tabulas
,, concinnavit, in quibus medii Side-
,, rum motus ex Sindorum, Indorum
,, & Ptolemæi ſyſtemate, necnon Solis
,, declinatio ex æqualium ejus Obſerva-
,, tionibus demonſtrantur. (b)

,, *ALHASSAN BEN OBAIDALLA BEN*
,, *SLEIMAN BEN VAHEB*, ex celebri Præ-
,, fectorum (nempe *Syriæ*) familia na-
,, tus, vir ſanè Mathematicis eruditus
,, extitit, & Academiæ (*Bagdadenſis*)
,, optimus Sodalis. Commentarium in
,, *EUCLIDIS* Librum *De Proportionibus*
,, evulgavit. (c)

,, *ALHASSAN BEN ALKHATHIB*, ori-
,, gine *Perſa*, Aſtrologus ſolertiſsimus, de
,, rebus ad Aſtrologiam pertinentibus &
,, diſſeruit & ſcripſit; in vaticiniis ta-
,, men infelix. Inter illius ſcripta prodiit
,, Liber de Aſtrologia judiciaria, *Alkar*
,, *Mathar* nuncupatus, ubi variæ Præ-
,, dictiones occurrunt, quarum poſteà
,, falſitatem exitus probavit. Ex iis
,, una hæc nimirum eſt: Prædixerat ille
,, Ægypti Regem brevi moriturum, ſi
,, Saturni deſcenſus in primum Gemi-
,, norum gradum contingeret: quam
,, qui-

(a) الحسن ابن احمد بن يعقوب ابو احمد الهمداني صاحب كتاب الاكليل المولف في انساب حمير وايام ملوكها وهو كتاب عظيم الفائدة يشتمل علي عشرة فنون ۞ وفي اثنا هذا الكتاب جمل حسان من حساب القرانات واوقاتها ونبذ من علم الطبيعة واصول احكام النجوم وارا الاوايل في قدم العالم وحدثه وا ختلافهم في ادواره وفي تناسل الناس ومقادير اعمارهم ۞ وله تواليف حسان ايضا منها كتاب سراير الحكمة وغرضه التعريف بعلم هيية الافلاك مع مقادير حركات الكواكب وتبيين علم احكام النجوم ۞ كتاب القوي ۞ كتاب اليعسوب في القسي والرمي والسهام والنصال وله زيجه المعروف وعليه اعتمد اهل اليمن وهذا الرجل افضل من ظهر ببلاد اليمن ۞ توفي بسجن صنعا في سنة اربع وثلثين وثلثماية ۞

(b) الحسن بن مصباح المنجم له يد في الحساب والتسيير وله زيج اثبت فيه اوساط الكواكب ذهب فيها علي مذهب السندهند وتعاديلها علي مذهب بطلميوس وميل الشمس علي ما يودي اليه الرصد في زمانه ۞

(c) الحسن بن عبيد الله بن سليمن بن وهب من البيت المشهور بالرياسة له نفس فاضلة في علم الهندسة وكان مشاركا نعم الشركة ۞ له من التصنيف كتاب شرح الشكل من كتاب اقليدس في النسبة مقالة ۞

„ quidem prædictionem falſam eſſe docuit eventus, ut bis ego ætate mea obſervavi. Jam verò præter laudatum ejus opus, extant: Liber *De Iſagoge in Aſtronomiam*; Liber *De mundanorum Annorum converſionibus*; Liber *De Aſtrologia genethliaca*; Liber *De Annis climactericis*; Liber *Florilegium* inſcriptus, & *Jahiæ Ben Khaledo* dedicatus (*Haruni Raſchidi* Imperatoris ſummo Adminiſtro, qui anno Egiræ 180. claruit); Liber *Virga aurea* dictus; & Liber *Analecta* nuncupatus. (a)

„ *Alhassan Ben Alhassan Ben Alhaitam Abu Ali*, Geometra, ortu *Baſorenſis*, *Ægypti* incola, varios & quidem celebres de Geometria ſcripſit libros: quo in genere vir erat ingenio felix, & multiplici eruditione perornatus, necnon hujus diſciplinæ myſteriorum ſagaciſsimus. Quum autem illius fama ad *Alhakemum* Ægypti Regem pervaſiſſet, eique nunciatum eſſet affirmaſſe illum ſe, ſi in Ægypto verſaretur, aliquid operis in Nilo moliturum, unde incrementi & decrementi tempore commodum percipi poſſet; tanta ejus videndi cupiditate exarſit, ut illum, magnâ etiam vi pecuniæ miſsâ, acciendum decreverit. Quamobrem ille in Ægyptum contendit: quò quum perveniſſet, obviam ipſe prodiit Rex *Alhakemus*, hominemque honorificentiſsimè excepit. Inde ab eo petiit ut quæ olim de Nilo promiſerat, jam præſtaret. Itaque ille ad opus Geometricum inchoandum, magna cum operarum copia in auxilium attributa iter aggreſſus eſt. Ceterùm poſtquam Regionem longè, latéque patentem luſtravit, & priſcorum hominum, qui eam incoluerant, ædificia ſummo artificio elaborata, ac ſecundùm optimas Geometriæ regulas conſtructa perſpexit, exploratum, certumque habuit, quod apud ſe ſtatuerat, id fieri minimè poſſe. Unde deficere ejus animus cœpit ac refrigeſcere. Tandem pudore ſuffuſus, receſsit, ideoque inſaniam ad mortem uſque *Alhakemi* ſimulavit. Inter hæc ſtudium omne in componendis, deſcribendiſque libris collocavit, quippe calligraphiæ multò periti ſsimus; adeo ut, teſte *Josepho Nassæo*, Medico, genere *Judæo*, *Alepi* incola, intra anni ſpatium tres libros, variis licet occupationibus diſtentus, excripſerit, nempe *Euclidis* Libros, *Tractatus intermedios*, & *Almageſtum*, quos & figuris ſuis exornavit. Pro hujuſmodi exemplaribus ejus manu deſcriptis centum & quinquaginta aureos Ægyptiacos à quibuſdam numeratos fuiſſe fama eſt. Atque

(a) الحسن بن الخطيب احد الحذاق بصناعة النجوم وهو فارسي النسب وقد تكلم في ذلك وصنف ولم يكن له في سهم الغيب ۞ له كتاب في احكام النجوم سماه الكار مهتر حكم فيه باحكام فلم يصح منها شي فمنها انه قال اذا نزل زحل في دقاق من اول درجة من الجوزا يموت ملك مصر في ذلك الاوان ۞ ورايت هذا في عمري مرتين ولم يصح شي منه الي امثال ذلك ۞ وله من التصانيف غير ذلك كتاب المدخل الي علم الهيية ۞ كتاب تحويل سني العالم ۞ كتاب المواليد ۞ كتاب تحويل سني المواليد ۞ كتاب المنثور عمله ليحيي بن خالد كتاب قضيب الذهب ۞ كتاب النكت ۞

„ quæ hoc vitæ inſtitutum in urbe *Cairo* „ ad obitum uſque perduxit, qui conti- „ git anno Egiræ 430. Vidi ego opus „ illius *De Geometria*, ipſius manu paulò „ ante annum, quem ſupra diximus, „ exaratum: quod & penès me eſt.

## *ALHASSANIS OPERUM* ELENCHUS.

„ COmmentarius in *Almageſtum*; *Commentarius in* EUCLIDIS *Catoptrica*; Alius in ejuſdem *Elementa Geometrica cum Scholiis*; *De Solidorum æqualium & ſimilium dimenſione* Liber I. *De variis novæ Lunæ figuris* Liber I. *De Eclipſis figura* Liber I. *De Rationalibus & Irrationalibus*, tùm *De Solidis quinque Corporibus regularibus* Liber I. *De Sectione Lineæ* ARCHIMEDIS *in numeris multiplicandis*; *De vario Lunæ aſpectu*; *Problematis Arithmetici ſolutio*; *Prologus De Septanguli lateribus*; *De Siderum aſpectu*; *Animadverſiones in errores qui in Obſervationibus interdum occurrunt*; *De quadratura Parabolæ*; *De Geodæſiæ principiis*; *De Harmonia numerica*; *Theorema Geometricum*; *Triangulorum Deſcriptio*; *Deſcriptio Septanguli in circulo*; *Dubium circa corpora ſolida, & ejus Solutio*; *Solutio difficultatis quæ in* EUCLIDIS *Libris occurrit*; *De Lunæ motu*; *De inveniendis Cubi lateribus*; *De principiis Indorum ſupputationis. Quòd Cœli pars quæ cernitur, major ſit altera parte*; *De deſcribendis Horologiorum lineis. Quod Sphæra omnium ſolidorum ſit ampliſsima*; *De Linea Meridiana*; *De Speculis uſtivis*; *De Mundi Sphæra*; *De partibus indiviſibilibus*; *De Sphæræ dimenſione*; *De Obſervationum qualitate*; *De Numeris ad Commercium ſpectantibus*; *De Corona circa Lunam, & de Arcu cœleſti*; *De Galaxia, ejuſque natura*; *Objecta contra Galaxiam diluuntur*; *Commentarius in* EUCLIDIS *Canones*; *De Linea Meridionali ope ſolius umbræ invenienda*; *De Aſtronomicis Elementis*; *De Circino Circulorum maximorum*; *De collectione Partium*; *De duorum Commenſurabilium diviſione*; *De Corporum Compoſitione & Analyſi*; *De Speculis parabolicis comburentibus*; *De inveniendis quatuor Lineis*; *De motu vertiginis*; *Solutio difficultatum quæ circa hunc motum proponuntur*; *Varia in* PTOLEMÆUM *Dubia*; *De Perſpectiva*; *De Lunæ luce, loco & proprietatibus*; *De Azimutho*; *De Tractu Cœli oppoſito Arithmeticæ ope inveniendo*; *De Tractu Cœli, ejuſque altitudine*; *De Siderum elevatione*; *De Sciathericorum qualitate*; *De Horologiis horizontalibus*; *De Clepſydræ deſcriptione & uſu*; *De Lunaribus impreſsionibus*; *Scholia in Algebram*; Tractatus *De Demonſtrationibus*. (a)

Con-

(a) الحسن بن الحسن بن الهيثم ابو علي المهندس البصري نزيل مصر صاحب التصانيف المذكورة في علم الهندسة كان عالما بهذا الشان متقنا له متفننا فيه قيما بغوامضه ومعانيه ۞ وبلغ خبره الحاكم صاحب مصر فتاقت نفسه الي رويته لاسيما لان نقل له عنه انه قال لو كنت بمصر لعملت في نيلها عملا يحصل به النفع في كل حالة من زيادة ونقص فسير له جملة من مال وارغبه في الحضور فسار نحو مصر ولما وصلها خرج الحاكم للقايه وامر بانزاله واكرامه وطالبه بما وعد به من امر النيل فسار معه جملة من الصناع المتولين للعمارة ليستعين بهم علي هندسته ۞ فلما سار الي الاقليم بطوله وراي اثار من تقدم من ساكنيه

Conſule Abulpharagium in *Hiſtor. Dynaſt. pag.* 223. ubi laudati Scriptoris Vita fuſiùs enarratur.

„ Ben Simvia, inſignis Aſtro-
„ logus, genere *Judæus*, edidit Li-
„ brum iſagogicum in *Scientiam Aſ-*
„ *tro-*

ساكنيه من الامم وهي علي غاية من احكام الصنعة وجودة الهندسة ۞ تحقق أن الذي يقصده ليس ممكن فانكسرت همته ووقف خاطره وعاد منخزلا فلذلك أظهر الجنون والخبال الي ان انحقق وفاة الحاكم ۞ ثم اشتغل بالتصنيف والنسخ ۞ وكان له خط قاعد في غاية الصحة ۞ ذكر لي يوسف الناشي الحكيم الاسرايلي نزيل حلب ان ابن الهيثم كان ينسخ في مدة سنة ثلثة كتب في ضمن اشتغاله وهي اقليدس والتوسطات والمجسطي ويشكلها ۞ فاذا شرع في نسخها جاه من يعطيه فيها مايه وخمسين دينارا مصرية ۞ ولم يزل علي ذلك الي ان مات بالقاهرة في سنة ثلثين واربع مايه ۞ ورايت بخطه جزوا في الهندسة قد كتبه قبل السنة المذكورة وهو عندي ۞

واما تصانيفه فمنها تهذيب المجسطي ۞ المناظر ۞ مصادرات اقليدس الشكول عليه ايضا ۞ مساحة المتجسم المتكافي ۞ الاشكال الهلالية ۞ صورة الكسوف ۞ العدد والمجسم ۞ قسمة الخط الذي استعمله ارشميدس في الكثرة ۞ اختلاف منظر القمر ۞ استخراج مسلة عددية ۞ مقدمة ضلع المسبع ۞ روية الكوكب ۞ التنبيه علي ما في الرصد من الغلط ۞ تربيع الدايرة ۞ اصول المساحة ۞ اعداد الوفق ۞ مسيلة في المساحة ۞ اعملة المثلثات ۞ عمل المسبع في الدايرة ۞ حل شك من المجسم ۞ حل شك من اقليدس ۞ حركة القمرا ۞ استخراج اضلع المكعب ۞ علل الحساب الهندي ۞ مايري من السما اعظم من نصفها ۞ خطوط الساعات ۞ الكرة اوسع الاشكال المجسمة ۞ خط نصف النهار ۞ الكرة المحرقة ۞ هيية العالم ۞ الجزء الذي لا يتجزا ۞ مساحة الكرة ۞ كيفية الارصاد ۞ حساب المعاملات ۞ الهالة وقوس قزح ۞ المجرة ۞ ماهية المجرة ۞ جواب من خالف في المجرة ۞ شرح قانون اقليدس ۞ استخراج خط نصف النهار بظل واحد ۞ اصول الكواكب ۞ بركار الدواير العظام ۞ جمع الاجزا ۞ قسمة المقدارين ۞ التحليل والتركيب ۞ المرايا المحرقة ۞ استخراج اربعة خطوط ۞ حركة الالتفاف ۞ حل شكوك الالتفاف ۞ الشكوك علي بطلميوس ۞ حل شكوك المجسطي ۞ اختلاف المناظر ۞ ضو القمر ۞ المكان ۞ الاخلاق ۞ السمت ۞ سمت القبلة با لحساب ۞ ارتفاع القطر ۞ ارتفاعات الكواكب ۞ كيفية الاظلال ۞ الرخامات الافقية ۞ عمل البنكام ۞ مقالة في الاثر الذي في القمر ۞ تعليق في الجبر كتاب البرهان ۞

„ *trologicam*, & Librum *De Pluviis.* „ (a)

„ *Ben Alogiaim*, Medicus & Aſtro- „ logus, optimarum Artium ſtudiis ex- „ cultus, regnantibus *Buiditis*, in Perſia „ & Aſsyria celebre ſibi nomen compa- „ ravit. Arte Medica, qua maximè præ- „ ſtitit, victum quæritabat. Naturæ de- „ mum conceſsit anno Egiræ 430. (b)

„ *Ben Alnabdi*, *Ægypti* incola, vir „ erat doctus, & Aſtrolabiorum, alia- „ rumque cœleſtium machinarum in- „ ſignis Artifex: cujus nos aliquot Inſtru- „ menta adfabrè elaborata, ac peraccu- „ ratè delineata mirati ſumus. Quum „ *Abulcaſſem Ali Ben Ahmad* Giorgianen- „ ſis, Regius ea tempeſtate Adminiſter, „ anno Egiræ 435. Bibliothecæ Cairen- „ ſis rebus conſulere decreviſſet, ejuſ- „ que Indicem componendi, tùm Codi- „ ces concinnandi, reparandique cu- „ ram viris duobus demandaſſet, vide- „ licet *Abu Abdallæ Alcodhai*, digni- „ tate Judici, & *Ben Khalephio* Scribæ „ (utrique *Hiſpano*); illam ego, inquit „ (*Ben Alnabdi* ſupra laudatus), poſt- „ modum adii, abſolutum ab utroque „ auctore opus ſpectaturus. Ibi præter „ ſelectos de Aſtronomia, Geometria „ & Philoſophia Codices, numero „ ſex mille & quingentos, vidi Globos „ duos: alterum æreum à *Ptolemæo* „ olim confectum, cujus tempore, quo „ factus eſt, ritè perſpecto, ſubductiſ- „ que calculis, annos MCCL. elapſos „ fuiſſe comperimus; argenteum al- „ terum, ab *Abilhassan Alſuphæo* ad „ uſum Regis *Adadhaldaulati* jampridem „ elaboratum, trium millium drachma- „ rum pondere, qui totidem nummis „ aureis emptus eſſe traditur. (c)

„ *Benu Musa Ben Schaker* (Filii „ *Mo-*



(a) بن سيمونة اليهودي المنجم كان معروفا بهذا الشان وله فيه تصانيف منها كتاب المدخل الي علم النجوم ۞ كتاب الامطار ۞

(b) بن العجيم طبيب منجم خبير بعلوم الاوايل مذكور في الدولة البويهية مشهور في بلاد فارس والعراق ۞ مرتزق بالطب متقدم فيه حسن المعالجة ۞ مات في سنة ثلاثين واربعماية ۞

(c) بن النبدي هذا الرجل كان بمصر وهو من اهل المعرفة والعلم والخبرة بعمل الاصطرلابات والحركات ۞ وقد راينا من عمله الات حسنة الوضع في شكلها صحيحة التخطيط في بابها ۞ قال كان الوزير ابو القاسم علي بن احمد الجرجاني تقدم في سنة خمس وثلثين واربعمايه باعتبار خزانة الكتب بالقاهرة ان يعمل لها فهرست ويرم ما اخلق من جلودها وانفذ القاضي ابا عبد الله القضاعي وابن خلف الوراق ليتوليا ذلك ۞ فحضرت لاشاهد ما قد تعلق بصناعتي فرايت من كتب النجوم والهندسة والفلسفة خاصة ستة الاف وخمسماية جزء وكرة نحاسا من عمل بطلميوس اذا املنا ما مضي من زمانها فكان الفا ومايتين وخمسين سنة ۞ وكرة اخري من فضة من عمل ابي الحسن الصوفي للملك اعضد الدولة وزنها ثلاث الف درهم ۞ وقد اشتريت بثلاثة الاف دينار ۞

,, *Moſis*), videlicet *Mohamad*, *Ahmad*,
,, *Hassenus*, Geometriâ, Muſicâ, Ma-
,, chinali, Sideralique ſcientia præſtan-
,, tiſsimi fuere: quorum quidem ſcripta,
,, *Thaumaturgica Filiorum Musæ* nun-
,, cupata, non præclara minùs & admi-
,, randa, quàm utiliſsima ab omnibus exi-
,, ſtimantur. Atque ii profectò ſunt, qui,
,, erutis è Græcorum regionibus libris lu-
,, culentiſsimis, & accitis undecunque
,, Interpretibus, ſummam & diligen-
,, tiam & liberalitatem diſciplinis pro-
,, movendis impenderunt. Ad illorum
,, Patrem quod ſpectat, non fuit ille
,, doctus, quippe juvenili ætate graſſa-
,, tor. Eorum natu maximus, idemque
,, celeberrimus extitit *Abu Giaphar*
,, *Mohamad*, qui in Geometricis,
,, Aſtronomicis, Arithmeticis ſummo-
,, pere excelluit. Erant ei reditus annui
,, quadringenta nummorum aureorum
,, millia; ſeptuaginta verò millia ejus
,, fratri *Ahmedo*: qui quidem, *Abu Gia-*
,, *pharo Mohamedo* ſcientiis licet im-
,, par; Mechanicis tamen, quæ & in-
,, venit ipſe & effecit, Mathematicorum
,, omnium ſuperiorum longè fuit inge-
,, nioſiſsimus. *Hassenus* autem, eorum
,, tertius, Geometriam ſolus domi ex-
,, coluit, mira prorsùs indole, ad quam
,, nullius certè acceſsit induſtria. Quid-
,, quid enim ſcientiæ calluit, id totum
,, ingenii ſui ope aſſequutus eſt. E libris
,, Geometricis alios non legit præter *Eu-*
,, *clidis De Elementis* Tractatus ſex. Me-
,, moria illi tam egregia, tamque acris
,, imaginatio, ut plura, quæ veterum
,, nemo adhuc animo effinxerat, proble-
,, mata Geometrica excogitarit: in iis
,, illud *De æquali Anguli rectilinei triſectio-*
,, *ne*; atque alterum *De duarum Linea-*
,, *rum ductione inter duas Lineas propor-*
,, *tionaliter*. Obiit porrò *Mohamad* men-
,, ſe Rabio priori, anno Egiræ 259. re-
,, licto filio, qui *Mothahar* appellatus,
,, parum docto.

,, Filiis autem *Moſis* hæc adjudi-
,, cantur ſtudiorum monumenta, ſcili-
,, cet Liber *De Muſica*; Liber *De Ma-*
,, *chinis & Automatis*, *Ahmedo* auctore;
,, Liber *De Cylindro*, qui eſt *Hasseni*;
,, Liber *De præcipuorum Orbium cœleſtium*
,, *motu*, qui eſt *Mohamedi*; Ejuſdem
,, *Commentarii in Apollonii Conica*;
,, Ejuſdem Tractatus *De Figura Geome-*
,, *trica à Galeno* (fortè *Herone*) *demon-*
,, *ſtrata*; Ejuſdem *De virtute attrahendi*
,, Liber I. Ejuſdem Liber *De principio*
,, *Cauſarum*; Liber *Ahmedi*, *quòd no-*
,, *vem Orbium Sphæra deſcribi perfectè*
,, *non poſsit*; Ejuſdem *Problema*, *quod*
,, *ipſe viro Mathematico Send Ben Ali*
,, *propoſuit*, Liber I. *De Sphæræ dimen-*
,, *ſione* Liber I. *De æquali Anguli rectili-*
,, *linei triſectione* Liber I. (a)

,, *Canthon Babylonius*, Muſicus
,, ævo

(a) بنو موسي بن شاكر وهم محمد واحمد والحسن وكانوا جميعا متقدمين
في علم الهندسة وهيية الافلاك وعلم الحيل والموسيقي ولهم في ذلك تواليف عجيبة
تعرف بحيل بني موسي وهي شريفة الاغراض عظيمة الفايدة مشهورة عند الناس ۞
وهم ممن تناهي في طلب العلوم القديمة وبذل فيها الرغايب قد اتعبوا نفوسهم
فيها انفذوا الي بلاد الروم من اخرجها اليهم فاحضروا النقلة من الاصقاع بالبذل
السني ۞ ولم يكن موسي والدهم من اهل العلم والادب بل كان في حداثته
حراميا يقطع الطريق ۞ فاكبرهم واجلهم ابو جعفر محمد الذي كان وافر الحظ
من

,, ævo ſuo præſtantiſsimus, ſcripſit inter
,, alia Tractatum *De Tonorum caſu.* (a)

,, CASRANI, magni nominis Aſtrologus, urbis *Raiæ* incola, ex oppido *Caſran* ad urbem *Raiam* pertinente, Regibus & ducibus percarus & familiaris fuit. Quædam illius extant *Prognoſtica*, de quibus mentionem jam fecit in egregio ſanè opere quod *De Quæſitis* vulgavit, cujus exemplar à THAHRANO RAZÆO deſcriptum penès me eſt. *Thahran* ( unde THAHRANI nomen ) oppidum eſt ad *Raiam* pertinens. Liber autem hic rara & exquiſita hujuſce Artis arcana complectitur. (b)

,, COSTHA FILIUS *LUCÆ*, Philoſophus Chriſtianus, *Heliopoli* in Syria natus, Græcorum regiones adivit: unde, plurimis congeſtis codicibus, in Syriam reverſus eſt, atque inde *Iracam* ad libros Græcos Arabicè convertendos evocatus. Fuit ille JACOBI BEN ISAAC ALCHINDI æqualis. Arithmeticæ, Geo-



من الهندسة والنجوم والعدد ۞ وكان دخله في كل سنة اربع ماية الف دينار ودخل احمد اخيه سبعين الف دينار ۞ وكان احمد دون اخيه في العلم الا صناعة الحيل فانه فتح فيها ما لم يفتح مثله من القدما المتحققين بالحيل ۞ وكان الحسن وهو الثالث منفردا بالهندسة له طبع عجيب فيها لا يدانيه احد علم كل ما علم بطبعه ۞ ولم يقرا من كتب الهندسة الا ست مقالات من كتاب اقليدس في الاصول فقط ولكن ذكره كان عجيبا وتخيله كان قويا حتي حدث نفسه باستخراج مسايل لم يستخرجها احد من الاولين كقسمة الزاوية بثلاثة اقسام متساوية وطرح خطين بين خطين ذي توال علي نسبة ۞ توفي محمد في سنة تسع وخمسين ومايتين في شهر ربيع الاول ۞ وكان له ولد يقال له مطهر قليل الادب ۞

ولبني موسي من الكتب ۞ كتاب القرسطون ۞ كتاب الحيل لاحمد ۞ كتاب الشكل المدور المستطيل للحسن ۞ كتاب حركة الافلاك الاولي مقالة لمحمد ۞ كتاب مخروطات ابلينوس لمحمد ۞ كتاب الشكل الهندسي الذي بين جالينوس امره ۞ كتاب الجز لمحمد ۞ كتاب في اول العالم لمحمد ۞ كتاب في انكار ان ثم كرة تاسعة الافلاك لاحمد ۞ كتاب المسالة التي القاها احمد بن موسي علي سند بن علي كتاب مساحة الكرة ۞ كتاب قسمة الزاوية بثلاثة اقسام متساوية ۞

(a) قنطوان البابلي فاضل كامل في زمانه عالم بصناعة الموسيقي قيم بها ۞ ومن تصانيفه كتاب الايقاع ۞

(b) قصراني من قصران احدي قري الري وهو منجم فاضل كان مقيما بالري يصحب الملوك والامرا ۞ له اصابات في الاحكام قد اخبر بها في كتاب المسايل له وهو كتاب جليل ملكته بخط الطهراني الرازي ۞ وطهران احدي قري الري ۞ وهذا الكتاب يشتمل من ملح هذه الصناعة علي انواع عجيبة غريبة ۞

„ metriæ, Aſtronomiæ, Muſicæ ac Phi- „ loſophiæ, Artis item Medicæ peritiâ „ excelluit: quibus diſciplinis Græci ſer- „ monis eloquentiam, ac ſententia- „ rum præſtantiam adjecit. Supremum „ tandem in Armenia diem obiit. (Anno „ Egiræ 250. floruit). Præclaros & preſ- „ ſo ſtylo conſcriptos edidit libros, quo- „ rum ex numero ſunt: Liber *Iſagoges* „ *in Geometriam* luculentiſsimus, Dialo- „ gi more contextus; Liber *Iſagogicus in* „ *Aſtronomiam*; Liber *De Animæ & Spi-* „ *ritûs diſcrimine*; *De Quatuor Qualitati-* „ *bus* Libri IV. Liber *De Speculis uſtivis*; „ Liber *De Ponderibus & Menſuris*; *De* „ *Politico Regimine* Libri III. Liber *De* „ *Morte inopina*; Liber *De Alimentis*; „ *De Morborum criſi* Liber I. *De Æthio-* „ *pum nigredine, ejuſque cauſa* Liber I. *De* „ *Inflatione, ejuſque cauſa* Liber I. *De* „ *Muſica* Liber I. *Iſagoge in Dialecti-* „ *cam*, Liber I. *Deſcriptio Sphæræ cæleſtis*, „ Liber I. *Expoſitio Dogmatum Græco-* „ *rum Philoſophorum*, Liber I. *De Ali-* „ *mentorum ratione* Liber I. *Difficultates,* „ *quæ apud* EUCLIDEM *occurrunt, proponun-* „ *tur*: Liber I. *De Balneis* Liber I. De „ Chronologia Liber I. *Hortus Delicia-* „ *rum* inſcriptus; *Arithmetica Problemata*, „ Liber I. *De Græcorum Philoſophorum In-* „ *ventis & Sectis* Liber I. Liber *Apologe-* „ *ticus adversùs Librum Aſtrologi* ABA ISÆ „ *De Mahometi Apoſtolatu & Prophetia.* „ Præter hoſce Libros nobis memoratos „ alia doctrinæ monumenta reliquit. Ita- „ que COSTHÆ ſepulcro teſtudinem, qui „ honos Regibus tantùm debetur, ſuper- „ ſtructam fuiſſe tradit Scriptor ISAAC „ BEN MOHAMAD ALNADIM; idemque „ continuò hæc ſubjungit: *Si vera fateri* „ *velim, lubens dixero* COSTHAM *auctorum* „ *omnium, qui de Scientiis præclarè ſcripſe-* „ *re, ſi ſtyli brevitatem, ſententiarum copiam* „ *ſpectes, eſſe præſtantiſsimum.* (a)

„ *FA-*

(a) قسطا بن لوقا البعلبكي فيلسوف شامي نصراني دخل الي بلاد الروم وحصل من تصانيفهم الكثير فعاد الي الشام واستدعي العراق ليترجم كتبا ويستخرجها من لسان يونان الي لسان العرب وعاصر يعقوب بن اسحق الكندي ۞ وكان قسطا بارعا بعلم العدد ۞ الهندسة ۞ النجوم الموسيقي والفلسفة ۞ ماهرا في صناعة الطب فصيحا في اللغة اليونانية جيد العبارة العربية توفي بارمينية ۞ له تصانيف مختصرة بارعة ۞ فمنها كتاب المدخل الي الهندسة علي المسئلة والجواب بارع في فنه ۞ كتاب المدخل الي الهيئة وحركات الكواكب ۞ كتاب الفرق بين النفس والروح ۞ اربعة كتب في الاخلاط الاربعة ۞ كتاب المرايا المحرقة ۞ كتاب الاوزان والمكاييل ۞ كتاب السياسة ثلث مقالات ۞ كتاب موت الفجاة ۞ كتاب الاغذا ۞ كتاب البحران ۞ كتاب العلة في اسوداد الحبش ۞ كتاب المروحة واسباب الريح ۞ كتاب القرسطون ۞ كتاب المدخل الي المنطق ۞ كتاب العمل بالكرة النجومية ۞ كتاب شرح مذاهب اليونانيين ۞ كتاب قوانين الاغذية ۞ كتاب شكوك كتاب اقليدس ۞ كتاب الحمام ۞ كتاب الفردوس في التاريخ ۞ كتاب استخراج المسايل العددية ۞ كتاب نوادر اليونانيين وذكر مذاهبهم ۞ كتاب اجاب فيه ابا عيسي المنجم علي رسالته في نبوة محمد ۞ وله

تصانيف

„ *Fadhl Ben Hatem Nairizenſis*, „ ex urbe *Nairiz* , quæ *Tabrizi* urbis „ ſimilitudinem habet , in Perſia natus, „ vir Geometriæ , Sphæræ , Aſtronomiæ „ peritiâ non ignobilis , celebres edidit „ Libros , inter quos recenſentur : *Commentarii in Almageſtum* ; *Commentarii in* „ *Euclidis Libros* ; *Tabulæ Aſtronomicæ* „ *Majores ſecundùm Indorum ſyſtema* ; *Tabulæ Aſtronomicæ Minores* ; *De oppoſito* „ *Cœli tractu* ; *Commentarii in Ptolemæi* „ *Quadripartitum* ; *De Annorum noxiorum prognoſi* Liber , Imperatori *Motadhedo* inſcriptus ; Liber *de Inſtrumento* „ *Geometrico ad cognoſcendam locorum , corporumque diſtantiam invento.* „ (a) ( Claruit tertio Egiræ ſeculo ) .

„ *Fadhl Ben Mohamad Ben Abdelhamid Ben Vase Abu Barza Perſa* , Arithmeticâ doctrinâ clarus : de „ qua utiles conſcripſit Libros , ex quorum numero ſunt Liber *De Commercio* , Liber *De Geodæſia*. (b)

„ *Fadhl Ben Nubakht Abu Sahl*, „ origine *Perſa* , inter Philologos præcipuus & inſignis , imperitante *Haruno Raſchidæo* ( ſecundo Egiræ ſeculo ) „ floruit : à quo Regiæ Bibliothecæ „ præfectus eſt , ubi libros de Perſarum „ ſcientiis Perſicè conſcriptos in Arabicum ſermonem convertit. Illi inter „ alios adſcribuntur : Liber de Aſtrologia „ genethliaca , *Bahthaman* inſcriptus ; Liber *De Vaticinio Aſtrologico* ; Liber *De* „ *Horoſcopo* ; Liber *Iſagoges in Aſtrologiam* ; Liber *De Annis climactericis* ; Liber *Comparationum & Similitudinum*; „ *Excerpta varia Aſtrologica* , Liber I. (c)

„ *Tath*

تصانيف غير ما ذكرنا ۞ قال اسحق بن محمد النديم المورخ انه قد بني علي قبره قبة اكراما له كاكرام قبور الملوك ۞ ثم قال لو قلت حقا قلت انه افضل من صنف كتابا احتوي عليه من العلوم والفضايل وما رزق من الاختصار للالفاظ وجمع المعاني ۞

(a) فضل بن حاتم النيريزي ونيريز احدي بلاد فارس وتشتبه بتبريز ۞ كان متقدما في علم الهندسة وهية الافلاك وحركات النجوم ۞ له تواليف مشهورة منها كتاب شرح المجسطي كتاب شرح كتاب اقليدس ۞ زيج كبير علي مذهب السند هند ۞ كتاب الزيج الصغير ۞ كتاب سمت القبلة ۞ كتاب تفسير كتاب الاربعة لبطلميوس ۞ كتاب احداث الجو الفه للمعتضد ۞ كتاب الالة التي يعرف بها بعد الاشيا ۞

(b) فضل بن محمد بن عبد الحميد بن واسع ابو برزة الجبلي عالم بصناعة الحساب مقدم فيها مقصود لاجلها مصنف في ذلك كتبا مفيدة منها كتاب المعاملات ۞ كتاب المساحة ۞

(c) فضل بن نوبخت ابو سهل فارسي الاصل مذكور مشهور من ايمة المتكلمين ۞ كان في زمن هرون الرشيد ولاه القيام بخزانة كتب الحكمة ۞ وكان ينقل من الفارسي الي العربي ما يجده من كتب الحكمة الفارسية ۞

له

„ *Fath Ben Nagebah* , *Organopoeus* , domo *Bagdadenſis* , ſideralium „ Inſtrumentorum arte inſignis , atque „ in Aſtrolabii fabrica & uſu egregiè „ exercitatus ; adeo ut Organopoei no- „ men promeruerit. Obiit horis veſper- „ tinis feriæ 4. die 6. Gemadi prio- „ ris anno Egiræ 450. (Chriſti 1058.) „ (a)

„ Giaphar , Imperatoris *Almoktaphi* „ *Billah* filius , vir ſummus & multipli- „ ci ſcientiarum genere excultus , ac „ planè eruditus , Philoſophorum anti- „ quioris & recentioris ævi hiſtoriam „ & doctrinam quàm optimè calluit. „ Diem ſuum , teſte Helal Ben Alhas- „ san, obiit horis matutinis feriæ 3. die 4. „ (ſcribe die 7.) menſis Saphari anno „ Egiræ 377. (Chriſti 987.) natus anno „ ejuſdem Egiræ 294. Ubi autem *Ba-* „ *gdadum* , eodem referente Scriptore, „ Rex *Adhadaldaulatus* pervenit , magno „ Giapharis videndi deſiderio flagrans, „ ipſum acciri clam juſsit. At ille non ſi- „ ne metu Regem convenit : apud quem „ in conclavi , depoſita ſindone , conſi- „ dere ſolitus. Ibi *Adhadaldaulatus* eum „ honorificè ſemper excipere , ac longos „ ſermones cum ipſo ſolus conferre , va- „ ria de Aſtrologia judiciaria , rerum- „ que futurarum prædictionibus Quæſi- „ ta proponens : ad quæ ille non ſi- „ ne magna Regis admiratione , & „ eventuum veriſimilitudine reſpon- „ dit.

„ Gars Alnama Mohamad Ben „ Alraies Helal *Sabæus* tradit ſe vidiſſe „ opus à Giaphare Ben Almoktaphi „ conſcriptum , idque autographum „ de pluribus Cometis caudatis , ubi de „ eorum exortuum tempore , atque im- „ preſsionibus diſſeritur : unde pauca „ hæc , inquit , ob ingenuam tanti viri „ fidem , eximiamque doctrinam exſcri- „ benda , atque hîc referenda duxi: *Anno* „ *Egiræ 225. regnante Almotaſemo Cali-* „ *pha , viſa eſt in Sole propè medium nigra* „ *quædam macula , idque feriâ 3. die 19.* „ *menſis Ragebi anno ſupra relato ; adeo* „ *ut nonniſi duos poſt dies funeſtæ illæ cala-* „ *mitates evenerint. Hanc quidem maculam* „ *dies 91. in Sole perduraſſe teſtatur* Al- „ chindus , *pauloque poſt Almotaſemi obi-* „ *tum accidiſſe. Jam verò ante Impera-* „ *toris Caliphæ mortem Cometæ duo* „ *caudati in aëre conſpecti ſunt , perinde* „ *ac alios non paucos ante Raſchidi Impera-* „ *toris interitum exortos fuiſſe traditur.* „ *Idem ſubjungit* Alchindus , *eam ma-* „ *culam fuiſſe Solis eclipſim per Veneris in-* „ *terjectum & conjunctionem cum Sole per* „ *ſupra dictum temporis ſpatium. Hucuſ-* „ *que* Giaphar Ben Almoktaphi : *qui* „ *& ibi ejuſmodi Cometarum impreſsiones* „ *re-*

له من التصانيف ۞ كتاب البهطمان في المواليد ۞ كتاب الفال النجومي ۞ كتاب المواليد ۞ كتاب المدخل ۞ كتاب تحويل سني المواليد ۞ كتاب التشبيه والتمثيل ۞ كتاب المنتحل من اقاويل المنجمين في الاخبار والمسايل المواليد وغيرها ۞

(a) فتح بن نجبة الاصطرلابي مقيم ببغداد فاضل في عمل الالات الفلكية متفرد في وقته بعمل الاصطرلاب واحكامه واجادة صنعته الي ان كان لايعرف الا بالاصطرلابي ۞ توفي ليلة الاربعا السادس من جمادي الاول سنة خمسين واربع مائة ۞

„ *refert* , *eorumque ortus ſingulis Syrorum* „ *menſibus deſignat.* (a)

„ GIAPHAR *ALCOTHAA* , *ALSODAIED* „ dictus , *Aſsyrius Bagdadenſis* , conſummatus fuit Philologus , Dialecticus, „ Mathematicus, Hiſtoriographus, idemque Sphæræ Artifex peritus ; atque in „ veterum Philoſophorum ſcientiis apprimè verſatus , Hæreticorum tamen „ erroribus infectus. Obiit *Bagdadi* feriâ 7. die 16. *Rabii* (ſcribe *Gemadi* „ *poſterioris* ) anno Egiræ 602. ſeptuagenario major. (b)

„ GIABER *BEN HIAN* , religione „ *Su-*

(a) جعفر بن المكتفي بالله ابو الفضل فاضل كبير القدر عالم بعلوم متعددة متحقق بذلك اتم تحقيق وكانت له في العلوم القديمة تعاليق جميلة ومعرفة باخبار الاوايل والمحدثين من الفلاسفة ۞ قال هلال بن المحسن وفي سحرة يوم الثلثا الرابع من صفر سنة سبع وسبعين وثلثماية توفي ۞ مولده في سنة اربع وتسعين ومايتين ۞ ولما قدم عضد الدولة الي بغداد اشتاقت نفسه الي جعفر فسير اليه سرا وكان يجتمع به من خيفة ۞ فاذا حصل في داره اقعد في موضع خال بغير ازار ۞ وكان عضد الدولة يتطاول له في القيام واكرامه وخلا به وساله عن علم احكام النجوم اخبار الحدثان فيخبره من ذلك بما يعجب منه ولا يبعد وقوعه ۞ قال غرس النعمة محمد بن الرئيس هلال الصابي في كتابه وجدت بخط جعفر بن المكتفي ما يتضمن ذكر ما حدث من الكواكب ذوات الاذناب في اوقاتها وما كان من تاثيراتها فنسخته ثقة بهذا الرجل وتقدمه في هذه الصناعة الي ابعد غاية ۞ ثم اورد رسالته هاهنا ۞ وفي سنة خمس وعشرين ومايتين في خلافة المعتصم ظهرت في الشمس نكتة سودا قريب من وسطها وذلك في يوم الثلثا التاسع عشر من رجب سنة خمس وعشرين ومايتين ۞ فلما كان بعد يومين من هذا التاريخ اي بعد احد وعشرين من رجب حدثت الحوادث ۞ وذكر الكندي انها لبثت هذه النكتة في الشمس احدا وتسعين يوما ومات المعتصم بعدها ۞ وقد كان ايضا طلع كوكبان من كواكب الاذناب قبل موت المعتصم كما طلع منها جماعة قبل موت الرشيد ۞ ثم يذكر الكندي ان هذه النكتة كانت كسوف الزهرة للشمس ولصوقها بها هذه المدة المذكورة ۞ اي هاهنا رسالة ابن المكتفي ۞ ثم بعدها ذكر تاثيرات كواكب الاذناب علي طلوعها في كل شهر من شهور السريانية ۞

(b) جعفر القطاع المدعو بالسديد البغدادي كانت له معرفة تامة بالكلام بالمنطق والهندسة واطلاع علي علوم الاوايل اقوالهم ومذاهبهم ۞ له يد طولي في قسمة الادور وعمارتها وكان متظاهرا بالتشيع ۞ توفي يوم السبت سادس عشر ربيع الاخر سنة اثنين وستماية ببغداد وقد جاوز السبعين ۞

„ *Suphita*, ortu *Cuphenſis*, Phyſicus, Chy-
„ micuſque præſtantiſsimus, necnon
„ Philoſophus nobiliſsimus, plura &
„ egregia opera de Arte Chymica elu-
„ cubravit. Ejus opus *De Aſtrolabii con-*
„ *fectione & uſu*, ubi Problemata mille
„ *Mathematica* præclariſsima occurrunt,
„ *Cairi* vidiſſe ſe teſtatur *Mohamad Ben*
„ *Said*, vulgò *Ben Almoschath*, Aſtro-
„ logus *Cæſarauguſtanus*. (a)

„ *Haron Ben Ali Ben Jahia Ben*
„ *Mansor*, Aſtronomus inſignis, ac
„ peritus cœleſtium Inſtrumentorum Ar-
„ tifex, cujus Tabulæ Aſtronomicæ om-
„ nibus notæ ſunt & uſitatæ, *Bagdadi*
„ claruit, imperitantibus Regibus *Dile-*
„ *mitis*: ubi Aſtrologiæ, quam *Judicia-*
„ *riam* vocant, cognitione magnum ſi-
„ bi nomen comparavit, utpote in va-
„ ticiniis ac prognoſticis felix. Deceſsit
„ feriâ 1. die 1. menſis Dilhagia, anno
„ Egiræ 376. quum annos LXXIV. vi-
„ xiſſet. (b)

„ *Hebatalla Ben Alhossain Abul-*
„ *cassim Bagdadenſis*, Aſtrologus, ſive
„ in motibus Siderum ſpectandis, ſive
„ in Inſtrumentis ad ea pertinentibus
„ confingendis vir fuit ævo ſuo raræ ac
„ ſingularis induſtriæ. Quorum quidem
„ uſum ita Mathematicis demonſtravit
„ argumentis, ita Euclidis ipſius præ-
„ ceptis feliciter comprobavit, ut om-
„ nium, qui ante eum vixere, auctori-
„ tas & fama conſeneſceret; nec im-
„ meritò, quippe multas Iuſtrumento-
„ rum ejuſmodi conficiendorum artes
„ invenit, à prioribus vel ob inſcitiam,
„ vel ob incuriam planè prætermiſſas.
„ Cujus rei documenta duo æquum eſt
„ hîc proferri: alterum, nempe quòd
„ Sphæram, ſeu Tabulam Coſmogra-
„ phicam jam diu imperfectam abſolve-
„ rit; alterum verò, quòd quum Inſtru-
„ mentum Aſtronomicum à *Khogian-*
„ *dæo* Mathematico repertum, ad unius,
„ non multiplicis lateris uſum, ut is de-
„ monſtrare conatus eſt, idoneum in
„ illius manus incidiſſet; id probè con-
„ templatus, novam ſtatim ejus undi-
„ que utilis præſtandi rationem excogi-
„ tarit: cujus quidem artificium & uſum
„ validis etiam argumentis oſtendit. Alia
„ præter hæc ejuſdem labore & ſolertiâ
„ prodiere Inſtrumenta, velut Canones
„ Geometrici, Circini, & cetera quæ
„ omnium manibus tanquam res pre-
„ tioſæ circumferuntur. Huc acceſsit
„ Apoteleſmaticæ diſciplinæ ſtudium,
„ cu-

(a) جابر بن حيان الصوفي الكوفي كان متقدما في علوم الطبيعية بارعا منها في صناعة الكيميا وله فيها تواليف كثيرة ومصنفات مشهورة معهذا كان مشرفا علي كثير من علوم الفلسفة ۞ ذكر محمد بن سعيد السرقسطي المعروف بابن المشاط الاسطرلابي الاندلسي انه راي لجابر بن حيان بمدينة مصر تاليفا في عمل الاصطرلاب يتضمن الف مسالة لا نظير لها ۞

(b) هرون بن علي بن يحيي بن ابي منصور منجم مذكور مشهور خبير بعلم الهيية والعمل لالاتها ۞ له زيج مشهور يعمل الناس به ۞ تقدم في ايام الديلم ببغداد بعلم الاحكام والنظر في علم الحدثان ۞ وكان له نصيب في سهم الغيب ۞ توفي ببغداد في يوم الاحد لليلة خلت من ذي الحجة سنة ست وسبعين وثلثماية وعمره اربعا وسبعين سنة ۞

„ cujus ope & Obſervationes & Electio-
„ nes plurimas annotavit, quas poſteà
„ Reges & viri principes, quibus obla-
„ tæ, facto periculo, veras omnino ſunt
„ experti: unde ampliſsimas opes ſanè
„ congeſsit. Claruit *Hebatalla*, Impera-
„ tore *Moſtarſchedo* (an. Egiræ 520.). Illo
„ defuncto, neminem illi comparandum
„ Sapientiſsimus quiſque judicavit. (a)

„ *Jahia Ben Abi Mansor*, Caliphæ
„ *Almaimonis* Aſtronomus, vir præſtan-
„ tiſsimus & magna auctoritate pollens,
„ *Meccæ* tunc temporis incola. Eum unà
„ cum aliis ſolertioribus Aſtronomis, ad
„ paranda Inſtrumenta, obſervandaque
„ Sidera Imperator *Almaimon* arceſsivit.
„ Hi Obſervationes hujuſmodi tùm *Ba-*
„ *gdadi* in loco *Schamaſia* dicto, tùm in
„ monte *Caſion* apud *Damaſcum* inſtitue-
„ runt, annis ſcilicet XV. XVI. & XVII.
„ quas tamen *Almaimonis* mors anno
„ Egiræ 218. intermiſit. *Jahia* autem
„ fertur in Græcorum regione deceſsiſſe.
„ Edidit Tabulas Aſtronomicas, quæ
„ *Probatæ* dicuntur, quarum duplex ha-
„ betur exemplar; item Tractatum *De*
„ *invenienda ſexta parte horæ elevationis in*
„ *urbe Bagdado.* (b)

„ *Jacobus Ben Tarec* (*Hiſpanus*)
„ inter Aſtronomos præſtantiſsimos ce-
„ lebritate nominis ac famâ inſignis, de
„ rebus ad hanc diſciplinam pertinenti-
„ bus edidit eximia, quorum è nume-
„ ro ſunt: Liber *De ſectione linearum*



(a) هبة الله بن الحسين ابو القاسم البغدادي الاصطرلابي كان بديع الزمان وحيد في زمانه في عمل الالات الفلكية وقد اطلع علي اسرارها وعرف بها مقدار مسير انوارها ۞ واقام علي صحة اعماله الحجج الهندسية واثبت ما صنعه منها بالقوانين الاقليدسية وصغر قدر من تقدمه من صناعها ۞ اعرب بل اغرب في طرق استنباطها وابتداعها ۞ قام بامور عجز عنها المتقدمون واعانته يده علي اتخاذ الات هم عنها غافلون فمن ذلك ما زاده في الكرة ذات الكرسي مما كمل عملها الذي مرت السنون علي نقصه ۞ ومن ذلك ايضا ما فعله في الالة الشاملة حتي صارت بعد نقصها كاملة وذلك ان مبدعها الخجندي جعلها لعرض واحد ۞ واقام الدليل علي انه لايمكن ان تكون لعروض متعددة ۞ فلما وصلت هذه الالة الي هبة الله وتاملها احدث له العمل طريقا في عملها لعروض متعددة ۞ ثم عمل لها رسالة مودعة بالبراهين القطعية ۞ فاما غير ذلك مما كان يعاينه من المساطر والبراكير وغير ذلك فقد صارت في ايدي الناس من ذخاير الجواهر ۞ وعاني عمل الطلسمات ورصد مايوافقها من مختار الاوقات وحمل الي الملوك الامرا والروسا وجربوها فصحت تجربتها وحصل له الاموال الكثيرة وذلك في ايام المسترشد ۞ ولما مضي لسبيله تحقق اهل الفضيلة انه لم يخلف مثله ۞

(b) يحيي بن ابي منصور المنجم الماموني رجل فاضل كبير القدر ان ذاك مكين المكان ولما عزم المامون علي رصد الكواكب تقدم الي يحيي هذا والي جماعة من العلما بالرصد واصلاح الالة ففعلوا ذلك بالشماسية ببغداد وجبل قاسيون بدمشق وذلك في سنة خمس عشرة وست عشرة وسبع عشرة وبطل الامور بموت المامون

„ *Sinuum*; Liber *De invenienda elevatione* „ *Arcûs ſemidiurni*; Liber *Tabularum In-* „ *dicarum*; Liber *De Sphæra*; Liber *De* „ *Periodo Temporis ac Fortunæ.* (a)

„ *Jacobus Ben Mohamad Abu Jo-* „ *seph*, in urbe *Maſsiſa* natus, Arith- „ metices ſcientiâ celeberrimus fuit, „ quam & publicè docuit & luculentis „ ornavit ſcriptis. (b)

*Maſsiſa*, unde ortum duxit Auctor noſter, *Ciliciæ* urbs eſt, quam Geographus Nubienſis *Mameſtram* vocat, alii *Malmeſtram*, *Mamiſtram*, *Mamiſtam*, *Manſiſtam*, id eſt *Mopſueſtiam*, quæ anno Chriſti 1114. terræmotûs vi æquata ſolo eſt.

„ *Joannes Ben Joseph Ben Al-* „ *harth Ben Batrik*, Patritius & Sa- „ cerdos, vir ævo ſuo perdoctus, *Ev-* „ *clidis* Libros, alioſque Mathematicos „ ſuis Auditoribus prælegit; tùm varia „ id genus opera è Græco ſermone tran- „ ſtulit, ſcripſitque. (c)

„ *Joseph Heratensis*, natione *Per-* „ *ſa*, celebris ætatis ſuæ Aſtrologus, Li- „ brum edidit de Futurorum prædictio- „ nibus, *Cærulea Sidera* inſcriptum, fo- „ lia circiter CCC. complectentem. (d)

„ *Katka*, natione *Indus*, longè ve- „ tuſtiſsimus, Indorum omnium Aſtro- „ logorum facilè princeps eſt habitus: „ cujus nulla vel ætatis, vel rerum notitia „ cùm propter locorum diſtantiam, tùm „ propter obvia utriuſque Regni impe- „ dimenta ad nos pervenit. Hinc fa- „ ctum, ut Indorum ſcripta vix aliqua „ acceperimus. Enim verò tria illorum, „ & quidem notiſsima, Syſtemata Aſtro- „ logica recenſentur, videlicet *Sindum* „ *Indum*, *Argebahrum*, atque *Arkandum*: „ ex quibus unum dumtaxat *Sindum In-* „ *dum* ad nos olim perlatum eſt, quod „ plerique Mahometani Doctores ſe- „ quuti, Tabulas Aſtronomicas condi- „ derunt, nempe *Mohamad Ben Abra-* „ *him Alphazaræus*, *Habs Ben Abdalla* „ *Bagdadenſis*, *Mohamad Ben Musa* „ *Khuarezmita*, *Hossain Ben Moha-* „ *mad*,

المامون الي شهور سنة ثماني عشرة ومايتين ۞ توفي بيحيي ببلد الروم ۞ وله من
التصانيف كتاب الزيج الممتحن نسختان كتاب العمل لسدس ساعة من الارتفاع
بمدينة السلام ۞

(a) يعقوب بن طارق المنجم كان مشهورا بين اهل هذه الصناعة مذكورا من
افاضلهم ۞ له تصانيف جياد في هذا النوع منها كتاب تقطيع كردجات الجيب ۞
كتاب ما ارتفع من نصف قوس النهار ۞ كتاب الزيج محلول من السند هند ۞
كتاب علم الفلك ۞ كتاب علم الدول ۞

(b) يعقوب بن محمد الحاسب المصيصي ابو يوسف مشتهر الذكر في وقته عالم
بصناعة الحساب متصدرا لافادتها مصنف فيها التاليف الجليل ۞

(c) يوحنا القس ابن يوسف بن الحرث بن البطريق كان عالما في وقته متصدرا
لافادة كتاب اقليدس وغيره من كتب الهندسة ۞ له نقل من اليوناني وله تصانيف ۞

(d) يوسف الهروي كان منجما مشهورا في زمانه له تصنيف في امر الحدثان
سماه كتاب الزرق النجومي نحو ثلثماية ورقة ۞

,, *MAD*, dictus *BEN ALADAMI*, aliique.
,, Porrò *Sindum Indum* ſonat *perpetuum*,
,, *æternumque* : ita quidem refert in ſuis
,, *Tabulis* ALHOSAINUS BEN ALADAMI.
,, Quod autem ad eorum Scriptorum
,, opera ſpectat, in manus noſtras incidit
,, Liber Muſicus, Indicâ linguâ *Baiphor*
,, dictus, id eſt *Sapientiæ Fructus*, Muſicæ
,, & Harmonicæ Artis elementa comple-
,, ctens ; Liber Ethicorum , *Kalila &*
,, *Dimna* inſcriptus ; Liber *Artis Logiſticæ*,
,, à *MOHAMADO BEN MUSA Alkhuarezmita*
,, exornatus, qui ceteros omnes brevitate
,, methodi ac facilitate præſtat, Indo-
,, rumque in præclariſsimis Inventis in-
,, genium & acumen oſtendit. Ex
,, *KATKÆ* igitur operibus nobis hactenus
,, notis ſunt : Liber De Ætatum tempo-
,, re, titulo *Alnamuzar*; Liber *De Aſtro-*
,, *logiæ genethliacæ ſecretis*; Liber *Conjun-*
,, *ctionum Major* ; Liber *Conjunctionum*
,, *Minor*. (a)

,, *KAAB ALAMAL Bagdadenſis*, ex
,, *Iraca*, ævo noſtro claruit, Arithmeti-
,, cæ peritiâ celebris & conſultiſsimus.
,, Supremum diem obiit *Bagdadi* anno
,, Egiræ 593. (b)

,, *KHACANI* Aſtrologiæ & Aſtrono-
,, miæ ſcientiâ clarus fuit, perinde ac
,, Tabularum Aſtronomicarum, Side-
,, rum-



(a) كنكه الهندي المقدم في علم النجوم عند جميع العلما من الهند في سالف الدهر ولم يبلغنا تاريخ عصره ولا شي من اخباره لبعد داره واعتراض الممالك بيننا وبين بلاده ۞ فلذلك قد قلت تواليفهم عندنا فلم يصل الينا الا طرف من علومهم ۞ فمن مذاهب الهند في علم النجوم المذاهب الثلثة المشهورة عنهم ۞ وهي مذهب السند والهند ۞ مذهب الارجبهر ۞ ومذهب الاركند ولم يصل الينا على التحصيل الا مذهب السندهند وهو المذهب الذي تقلده جماعة من علما الاسلام والفوا فيه الزيجة كمحمد بن ابرهيم الفزاري ۞ حبش بن عبد الله البغدادي ۞ محمد بن موسي الخوارزمي ۞ حسين بن محمد المعروف بابن الادمي وغيرهم ۞ وتفسير الهند سند الدهر الداهر ۞ كذي حكي الحسين بن الادمي في زيجه ۞ اما ما وصل الينا من علومهم في الموسيقي الكتاب المسمي بالهندية بيافر وتفسيره ثمار الحكمة فيه اصول اللحون وجوامع تاليف النغم ۞ وكتاب كليله ودمنه في اصلاح الاخلاق وتهذيب النفوس ۞ كتاب حساب العدد الذي بسطه ابو جعفر محمد بن موسي الخوارزمي وهو اوجز حساب واقربه تناولا يشهد للهند بذكا الخواطر حسن التوليد وبراعة الاختبار والاعتبار ۞ فمن تصانيف كنكه الهندي التي اشتهرت عنه كتاب النمودار في الاعمار ۞ كتاب اسرار المواليد ۞ كتاب القرانات الكبير ۞ كتاب القرانات الصغير ۞

(b) كعب العمل الحاسب البغدادي هذا رجل عراقي في زمننا هذا كان قيما بعلم الحساب وفنونه ۞ مقصودا لاجله مشتهر الذكر به ۞ توفي ببغداد في سنة ثلاثة وتسعين وخمسماية ۞

,, rumque proprietatum ſcientiâ ornatus.
,, Obiit tertia decade, (id eſt anno
,, xxx.) ſupra quintum Egiræ ſecu-
,, lum. (a)

,, Mobaschar Ben Ahmad Ebn Ali
,, Ben Omar Abulraschid, *Computator*
,, dictus, origine *Razæus*, ortu & do-
,, micilio *Bagdadenſis*, Scriptor ætate
,, noſtra nobilis ac ſingularis, Arith-
,, meticæ, Algebræ, Geometriæ, Aſtro-
,, nomiæ, erciſcundæque hæreditatis pe-
,, ritiſsimus ac ceteris ſcientiis excultus,
,, complures habuit Auditores, Secta-
,, toreſque. Ex præcipuis *Alnaſerieldini*
,, *Abilabbas Ahmedi*, per ea tempora Im-
,, peratoris, Familiaribus fuit, qui illum
,, tùm Bibliothecæ Collegio *Nadhamitæo*,
,, in aula *Khatuni Seleucidæ* ſito, lega-
,, tæ, tùm Regiæ præfecit. Erat ille &
,, ſcientiarum & divitiarum juxta ſtu-
,, dioſus ac cupidus. Poſtremò ab eodem
,, Calipha *Alnaſſerieldino* miſſus eſt, ut Regi
,, *Almalekzo Aladelo*, *Muſelam* contenden-
,, ti, ad *Niſibin* & *Dniſir* urbem occur-
,, reret, ubi naturæ conceſsit anno Egi-
,, ræ 589. quum natus fuiſſet anno
,, 530. (b)

,, Mohamad Ben Abrahim Al-
,, phazari, Aſtrorum ſcientiâ & peritiâ
,, inſignis, hujus diſciplinæ ſtudium in
,, Mahometanorum animos, regnanti-
,, bus *Abbaſidis*, induxit princeps. Anno
,, Egiræ 156. *Almanſoris* principatu ad-
,, veniſſe tradit Alhosainus Ben Mo-
,, hamad Ben Aladami in ſuis *Tabulis*
,, *Majoribus*, quas *Margaritarum Seriem*
,, inſcripſit, Aſtronomum quemdam
,, Indum, ſideralis ſcientiæ peritiſsi-
,, mum, cùm Tabulis Æquationum ſe-
,, cundùm medii gradûs calculum di-
,, geſtis, tùm aliis Obſervationibus de
,, duplici Eclipſi, Signorumque aſcenſio-
,, nibus inſtructum. Haſce Tabulas In-
,, dus ipſe retulit ſe ex Tabulis à *Phiga-*
,, *ro* Indorum Rege olim confectis ex-
,, cerpſiſſe. Quamobrem Imperator *Al-*
,, *manſor* hujuſmodi Librum & Arabi-
,, cè converti & Arabibus in iis, quæ
,, ad Siderum motus pertinent, veluti
,, normam proponi juſsit. Provincia hæc
,, Mohamedo Ben Abrahim Alphazari
,, demandata, cujus Arabicam verſio-
,, nem Aſtronomi *Librum Sindum Indum*
,, *Majorem* appellant, qua plerique ad
,, *Almaimonis* uſque tempora uſi ſunt.
,, Hunc etiam Librum Abu Giaphar
,, Mohamad Ben Musa *Khuarezmita*
,, in epitomen ad *Almaimonis* uſum con-
,, traxit; & ad ejus inſtar Tabulas ſuas
,, Mahometanis celebratiſsimas condi-
,, dit; in quibus tamen Indorum Ta-
,, bulas, quoad motum medium, ut
,, minùs accuratas reprehendit. Unde ab
,, illorum Syſtemate, in iis maximè quæ
,, ad æquationem & declinationem atti-
,, nent, diſcedens, Æquationem ſecun-
,, dùm *Perſarum* Syſtema, Declinatio-
,, nem verò Solis ad Ptolemæi mentem
,, inſtituit: additis etiam de ſuo Inven-
,, tis ſanè non contemnendis. Egregium
,, hocce opus Indis Aſtronomis ea tem-
,, peſtate arriſit, ac toto terrarum orbe
,, ad

(a) الخافاني كان موصوفا بعلم النجوم وتسييرها وحل ازياجها مع الكلام على طبايعها واحكام الحوادث الصادرة منها وله استشهار بذلك توفي في العشر الثالث من سني المائة الخامسة للهجرة ۞

(b) مبشر بن احمد ابن علي بن عمر الرازي الاصل البغدادي المولد والدار ابو الرشيد الحاسب ۞ هذا رجل في زمننا الاقرب كان اوحد عصره فاضلا كثير المعرفة بالحساب

,, ad hunc diem longè, latéque percre-
,, buit. Poſteà verò *Abdalla Almaimon*,
,, Calipha creatus, nobiliſsima ejuſmo-
,, di ſtudia magno quidem amore atque
,, honore debito proſequens, ea ſic ala-
,, criter promovit, ut viros in primis
,, doctos, qui *Almageſti* Obſervationes
,, diligenter recognoſcerent, & Inſtru-
,, menta novis ſpeculationibus pararent,
,, adducendos curaverit. De quibus ſin-
,, gulis iterum infra ſuo loco, ubi eorum
,, enarrabimus Vitas. (a)

,, *Mohamad Ben Ismail Alta-*
,, *nukhi*, Aſtronomiæ, cui ſedulam de-
,, dit operam, ſolertiſsimus inveſtiga-
,, tor. Ad perfectam illius cognitionem
,, ſibi comparandam, varias peragra-
,, vit regiones, Indiam uſque progreſſus,
,, unde Aſtronomiæ arcana exquiſitiſsi-
,, ma, Siderum nempe motus priores ac
,, po-

بالحساب وخواص الاعداد والجبر علم الهندسة والهيئة وقسمة التركات حوي من
ساير العلوم طرفا ۞ كان يقري عليه ويوخذ عنه ۞ تميز في ايام الناصر لدين
ابي العباس احمد وقرب منه وعليه اعتمد في اختيار الكتب التي وقفها بالرباط
الخاتوني السلجوقي للمدرسة النظامية ۞ ثم ادخله الي خزاين الكتب بالدار
الخليفية وافرده لاختيارها ۞ كان محبا للعلوم وكسب المال الكثير ۞ فسيره
الخليفة الناصر لدين الله الي الملك العادل ابي بكر بن ايوب عند ما قصد بلاد
الموصل فلقيه علي نصيبين او دنيسر ومات هناك في سنة تسع وثمانين وخمسماية ۞
كان مولده في سنة ثلاثين وخمسماية ۞

(a) محمد بن ابرهيم الفزاري فاضل في علم النجوم خبير بتسيير الكواكب
هو اول من عني في الملة الاسلامية في اول دولة العباسية بهذا النوع ۞ قال ذكر
الحسين بن محمد بن الادمي في زيجه الكبير المعروف بنظم العقد انه قدم علي
الخليفة منصور في سنة ست وخمسين وماية رجل من الهند قيم بالحساب المعروف
بالسند هند في حركات النجوم مع تعاديل معمولة علي كردجات محسوبة لنصف
نصف درجة مع ضروب من اعمال الفلك من الكسوفين ومطالع البروج وذكر انه
اختصره من كردجات منسوبة الي ملك من ملوك الهند يسمي فيغر ۞ فامر
المنصور بترجمة ذلك الكتاب الي اللغة العربية وان يولف منه كتاب تتخذه العرب
اصلا في حركات الكواكب فتولي ذلك محمد بن ابرهيم الفزاري وعمل منه
كتابا يسميه المنجمون السند الهند الكبير ۞ وكان اهل ذلك الزمن اكثر من
يعملون به الي ايام الخليفة المامون ۞ فاختصره له ابو جعفر محمد بن موسي
الخوارزمي وعمل منه زيجه المشهور ببلاد الاسلام عول فيه علي اوساط السند
هند وخالفه في التعاديل والميل فجعل تعاديله علي مذاهب الفرس وميل الشمس
فيه علي مذهب بطلميوس واخترع فيه من انواع التقريب ابوابا حسنة ۞ فاستحسنه
اهل ذلك الزمن من اصحاب السند هند وطاروا به في الافاق الي زماننا هذا ۞
ولما

,, poſteriores, aliaque id genus petivit. ,, (a)

,, *Mohamad Ben Khaled Ben* ,, *Abdelmalek Almorvalruzi*, Aſtrorum obſervator ſummè peritus fuit. ,, Patrem habuit *Almaimonis* Imperatoris ,, Aſtronomum, qui *Damaſci* in monte ,, *Caſoni* Aſtronomiæ reſtaurandæ præ- ,, fectus eſt. (b)

,, *Mohamad Ben Alhosain Ebn* ,, *Hamid*, dictus *Ben Aladami*, Aſtro- ,, nomus in primis doctus, Tabulas ,, Aſtronomicas compoſuit, *Majores* ap- ,, pellatas; quas tamen abſolvere, morte ,, interceptus, non potuit. Has, quippe ,, omnium præſtantiſsimas & accuratiſ- ,, ſimas, poſt ejus obitum *Alcassemus* ,, *Ben Mohamad Ben Hescham Al-* ,, *madænus Alaita*, ipſius diſcipulus, per- ,, fecit, annoque Egiræ 308. *Marga-* ,, *ritarum Seriem* inſcriptas evulgavit. Id ,, autem opus Æquationes omnes, ſi- ,, mulque Elementa Aſtronomica, Si- ,, derumque motus ad Indorum ratio- ,, nem & calculum accommodatè com- ,, plectitur. Ibi etiam de Orbis cœleſtis ,, motu priore & poſteriore, ſeu de ,, motu ſucceſsivo agitur, de quo ne- ,, mo anteà, ut ferunt, mentionem fece- ,, rat. Id ipſum *Saedus Ebn Alhasse-* ,, *nus*, natione *Hiſpanus*, *Toleti* Judex, ,, diſertis hiſce verbis profitetur: *Ego* ,, *enim*, inquit, *ex hujuſmodi Libri lectio-* ,, *ne non pauca nova, ab aliis fortè non-* ,, *dum obſervata, animadverti, quæ in li-* ,, *bros meos Aſtronomicos referenda atque* ,, *exornanda exiſtimavi.* (c)

,, *Mohamad Ben Algiahem*, au- ,, ctore *Abulmasare*, vir fuit integer & ,, fide dignus, nobilis ac doctus Dialc- ,, cticus, idemque Aſtrologus. Opus *De* ,, *Electionibus* ad *Almaimonis* Imperatoris ,, uſum

ولما افضت الخلافة الي عبد الله المامون وطمحت نفسه الفاضلة الي درك الحكمة
وسمت به همته الشريفة الي الاشراف علي علوم الفلسفة ووقف العلما في وقته علي
كتاب المجسطي ۞ تقدم الي علما زمنه باصلاح الات الرصد ففعلوا علي ماسياتي
ذكره في خبر كل احد منهم ۞

(a) محمد بن اسمعيل التنوخي المنجم له عناية بهذا الشان وشدة بحث عنه رحل
في طلبه الي الافاق ۞ دخل الهند وصدر عنها بغرايب من علم النجوم منها حركة
الاقبال والادبار وغير ذلك ۞

(b) محمد بن خالد بن عبد الملك المرو الروذي منجم خبير بتسيير الكواكب
محقق الي هذا الباب ۞ والده كان منجم المامون ومتولي الرصد له بدمشق علي
جبل قاسون ۞

(c) محمد بن الحسين ابن حميد المعروف بابن الادمي العالم في صنعة النجوم
شرع في تصنيف زيجه الكبير ومات ولم يتممه ۞ وهو في غاية الاستيفا الجودة
والتحقيق ۞ اكمله بعد وفاته تلميذه القاسم بن محمد بن هشام المداني المعروف
بالعلوي وسماه كتاب نظم العقد شهره في سنة ثمان وثلثماية وهو كتاب جامع
لصناعة التعديل يشتمل علي اصول علم الهيية وحساب حركات النجوم علي مزهب
السند

„ uſum conſcripſit, quod & accuratum „ eſt & à vero non alienum. (a)

„ Mohamad Ben Issa Abu Abdalla *Perſa*, ex urbe *Mahan*, inter „ Arithmeticos, Geometras & Aſtronomos non infimæ quidem notæ ſcriptor eſt. Hujus argumenti edidit opera varia, è quibus recenſentur: Liber „ *De Siderum latitudinibus*; Liber *De ratione Proportionis*; Liber *De XXVI. Figuris Geometricis ex Euclide excerptis*, „ *ac demonſtratis*. (b)

„ Mohamad Ben Omar Ebn Alpharkhan Abu Bakr Fadhel, vir „ ſcientiæ Aſtronomicæ atque Aſtrologicæ admodum peritus, cujus & doctrinæ præſtantiam & ingenii ſolertiam non pauci teſtantur Aſtronomi. „ De utraque diſciplina egregiè ſcripſit; „ atque inter alia ejus opera extant: „ Liber *De Inſtrumento menſorio* (ſeu de „ *Nilometro*); Liber *De Aſtrologia genethliaca*; Liber *De Aſtrolabio*; *Problemata*, Liber I. *Introductio ad Aſtronomiam*, Liber I. *De Electionibus* Liber I. „ Liber *Problematum Minor*; *De Converſionibus Annorum humanorum* Liber I. „ *De Planetarum curſu* Liber; Liber *De* „ *Parabolis*; Liber *De Annis climactericis*. (c)

„ Mohamad Ben Abdalla Ben Mohamad Alotki *Aphiriabæus*, Aſtrologus Africanus, Ægypti incola, vir omni ſcientiarum genere, ſed in primis „ Aſtronomiâ excultus, *Omiaditarum* & „ *Abbaſidarum* Hiſtoriam ſcripſit, præclara eorum geſta Hiſtoricorum more „ perſequens. Rem ubi intellexit *Jacobus* „ *Ben Kales*, Vizirus, eam *Azizo* (*Ægypti* „ Regi) nunciavit, anno ſcilicet Egiræ „ 377. Quapropter Vizirus ſcriptorem „ graviter increpans, virgas minatur. „ Bonis demum unà cum prædio publicatis, Regiam indignationem expertus Alotki, ſeſe in domum recepit, „ donec morte ſua defunctus eſt die 4. „ Ramdani, anno Egiræ 385. multa & „ varia relinquens ingenii monumenta, „ in quibus meritò recenſentur: Libri *De Aſtronomia & Aſtrologia*; Li-

„ ber

السند هند ۞ ذكر فيه من حركة اقبال الفلك وادباره مالم يذكره احد قبله ۞
قال صاعد ابن الحسن الاندلسي قاضي طليطلة قد ظهر لي عند مطالعة هذا
الكتاب ما لا اظنه ظهر لغيري فاذعقبت فيها اسبابا قد اثبتها في كتابي المولف في
اصلاح حركات النجوم ۞

(a) محمد بن الجهم قال ابو معشر كان امينا جليل القدر عالما بالمنطق
والتنجيم الف كتابا للمامون في الاختيارات قريب الماخذ صحيح المعاني جدا ۞

(b) محمد بن عيسي ابو عبد الله الماهاني من علما اصحاب الاعداد والمهندسين
له قدر معروف بين علما هذا الشان ۞ كان ببغداد وله تصانيف في هذا النوع منها
كتاب عروض الكواكب ۞ كتاب في النسبة ۞ كتاب في ستة وعشرين
شكلا من المقالة من اقليدس التي لا تحتاج الي الخلف ۞

(c) محمد بن عمر ابن الفرخان ابو بكر فاضل له اليد الطولي في زمانه في علم
الكواكب وصناعة التنجيم شهد اهل صنعته بفضله ونبله ۞ صنف في ذلك كتبا
منها

„ ber Chronologicus, res geſtas *Domi-*
„ *ni noſtri Azizi Regis*, *filii Domini*
„ *noſtri Almoezzi*, complectens; Liber
„ *De Grammaticæ Arabicæ Inſtitutioni-*
„ *bus*, ſanè præclarus, inſcriptus *Supel-*
„ *lex.* (a)

„ *Mohamad Ben Abdalla Ben*
„ *Omar Ben Albaziar*, *Habesci Ben*
„ *Abdalla* (*Almaimonis* Imperatoris
„ Aſtronomi) auditor: quo magiſtro, ma-
„ gni nominis ea tempeſtate Aſtrono-
„ mus evaſit; Aſtronomiæ poſteà ſcri-
„ ptor. Ex ejus operibus extant: *De*
„ *Ventis* Libri VII. *Tabulæ Aſtronomi-*
„ *cæ*, Liber I. *De Conjunctionibus &*
„ *Annis climactericis* Liber I. *De Horo-*
„ *ſcopis & Annorum converſionibus* Li-
„ ber I. (b)

„ *Mohamad Ben Kathir Alpher-*
„ *ganenſis*, Aſtronomus & Aſtrologus
„ peritus, idemque in futuris prædicen-
„ dis felix, edidit Tractatum *De Aſtro-*
„ *logiæ Elementis*; Opus *De Almageſti*
„ *Electionibus*; Opus *De Sciathericis.* „
(Eſt & alter *Alpherganenſis*). (c)

„ *Mohamad Ben Issa Ben Abi*
„ *Abad*

منها كتاب المقياس ۞ كتاب المواليد ۞ كتاب العمل بالاصطرلاب ۞ كتاب المسايل ۞ كتاب المدخل ۞ كتاب الاختيارات ۞ كتاب المسايل الصغير ۞ كتاب تحويل سني المواليد ۞ كتاب التسييرات ۞ كتاب المثالات ۞ كتاب تحويل سني العالم ۞

(a) محمد بن عبد الله بن محمد العتقي المنجم القيروابي الافريقي نزيل مصر هذا رجل فاضل كامل متفنن في عدة علوم والغالب عليه علم النجوم ۞ اتفق ان صنف كتابا تاريخا ذكر فيه اخبار بني امية وبني العباس وذكر فيه اشيا من محاسنهم وجميل افعالهم علي عادة المورخين ۞ اطلع يعقوب بن كلس وزير العزيز علي شي من ذلك فانهاه الي العزيز في سنة سبع وسبعين وثلثماية فوبخ علي ذلك وتوعد للعتقي مولفه ۞ فلزم منزله وقبضت ضيعته وارزاقه تحت الغضب الي ان توفي بيوم لاربع خلون من شهر رمضان خمس وثمانين وثلثماية ۞ له تصانيف كثيرة في كل فن منها كتب في النجوم واحكامها ۞ كتاب التاريخ الجامع الذي صنفه الي بعض ايام مولانا العزيز بن مولانا المعز ۞ كتاب في النحو حسن سماه كتاب السبب في علم العرب ۞

(b) محمد بن عبد الله بن عمر بن البازيار كان هذا الرجل تلميذ الحبش بن عبد الله وتخرج عليه الي ان صار فاضل وقته في صناعة النجوم وصنف في ذلك فمن تصانيفه كتاب الاهوية سبع مقالات ۞ كتاب الزيج ۞ كتاب القرانات وتحويل سني العالم كتاب المواليد وتحويل سنيها ۞

(c) محمد بن كثير الفرغاني كان منجما فاضلا صانعا في علم الحدثان كثير الاصابة له سهم في الغايب ۞ له من الكتب كتاب الفصول ۞ كتاب اختيار المجسطي كتاب عمل الرخامات ۞

,, *Abad Abulhassan*, in conficiendis
,, Aſtronomicis Inſtrumentis verſatiſſi-
,, mus fuit, ut Liber *De Aſtrolabii de-*
,, *ſcriptione & uſu* ab eo vulgatus oſten-
,, dit. (a)

,, *Mohamad Ben Nagim*, Mathe-
,, maticorum Scriptor *Hiſpanus*, Li-
,, brum *De Geometria* compoſuit. (b)

,, *Mohamad Ben Aktham*, Prætor
,, (*Hiſpalenſis*), Numerorum diſciplinæ,
,, qua multùm poſteà excelluit, ope-
,, ram navavit. Ejus induſtriâ prodiit
,, Liber *De Quæſitis Arithmeticis.* (c)

,, *Mohamad Ben Lara*, *Hiſpaha-*
,, *nenſis*, Arithmeticæ peritiâ eminen-
,, tiſsimus atque ævo ſuo inter populares
,, ſuos clarus, edidit *De univerſa Nume-*
,, *rorum diſciplina* Librum. (d)

,, *Mohamad Ben Mohamad Ben*
,, *Jahia Ben Ismail Ben Alabbas Abul-*
,, *vapha*, vulgò *Albuzgiani* dictus,
,, in oppido *Buzgian* Metropolis *Niſa-*
,, *buræ* anno Egiræ 328. feriâ 4. die
,, 2. Ramdani, (Chriſti 939.) natus
,, eſt. Ad *Iracam Babylonicam* ſe contulit
,, anno ejuſdem Æræ 348. ubi in Arith-
,, meticis & Geometricis diſciplinis *Ali*
,, *Abu Jahia Albaurdæum*, atque *Abi*
,, *Alola Ben Karnib* audivit. Eaſdem
,, ipſe poſteà ibidem publicè tradidit non
,, ſine Auditorum ſuorum utilitate: quos
,, inter enumerantur *Ebn Omar Al-*
,, *mogazeli*, & *Abi Abdalla Moha-*
,, *mad Ben Anbasa*, alter ejus patruus,
,, avunculus alter. E multis quæ ſcripſit,
,, circumferuntur hæc: Liber *De Gradi-*
,, *bus Arithmeticis in Tabulas diſtributis*,
,, ſanè præclarus. *Commentarius in Librum*
,, *Alkhuarezmitæ Mathematici De Al-*
,, *gebra. Commentarius in Librum Dio-*
,, *phantis De Algebra*; *Commentarius in*
,, *Librum Abi Jahia De Algebra*; Liber
,, *Iſagogicus in Arithmeticæ Inſtitutiones*; *De*
,, *Præceptis Arithmeticæ obſervandis, ejuſque*
,, *traditioni præmittendis* Liber I. *Demon-*
,, *ſtrationes Propoſitionum, quæ in Dio-*
,, *phantis Libro occurrunt*, Liber I. *De*
,, *Producto & Reſiduo Quadrati in Com-*
,, *mercii ratione* Liber I. *De univerſa Arte*
,, *Logiſtica* Libri III. Opus *Perfectus* in-
,, ſcriptum; *De Tabulis ſexagenis* Liber I.
,, Fatis demum conceſsit *Bagdadi* die 3.
,, Ragebi, anno Egiræ 388. (e)

,, *Mohamad Ben Abdalla Abu*



(a) محمد بن عيسي بن ابي عباد ابو الحسن كان خبيرا في وقته بعمل الالات الارتفاع والرصد ومن تصانيفه كتاب العمل بذات الشعبتين ✿

(b) محمد بن ناجيم الكاتب الاندلسي له مشاركة في الهندسة ونق في ذلك كتاب المساحة ✿

(c) محمد بن اكثم القاضي كان يعاني علم الحساب وتقدم فيه وبرع ✿ فمن تصنيفه كتاب مسايل الاعداد ✿

(d) محمد بن لره الاصبهاني الحاسب رجل فاضل في هذه الصنعة مذكور في عصره ومصره له كتاب الجامع في الحساب ✿

(e) محمد بن محمد بن يحيي بن اسمعيل بن العباس ابو الوفا البوزجاني مولده بالبوزجان من بلد نيسابور في سنة ثمان وعشرين وثلثماية يوم الاربعا مستهل شهر رمضان ✿

,, *Nasser Alkoluzi Bagdadenſis*, Arithmeticus, Geometra, idemque Aſtronomus, claruit *Iracæ*, Rege *Adadhaldaulato* (quarto nimirum Egiræ ſeculo), librumque *De Arte Logiſtica* vulgavit. (a)

,, *Mohamad Ben Issa Ben Almonnem Abu Abdalla Siculus*, inter peritos quoſque Geometras & Aſtronomos celebrandus meritò eſt. (b)

,, *Mohamad Ben Mobascher Ben Abilfatuh Bagdadenſis*, Vicarius Regis *Odataldini Abinaſſer Mohamad*, *filii* Regis *Naſſeredinalla Abilabbas Ahmad*, in Geometricis, Aſtronomicis ac Philoſophicis diſciplinis apprimè verſatus. Obiit *Bagdadi* feriâ 2. die 4. Ragebi, anno Egiræ 618. ,, (Chriſti 1221.) (c)

,, *Maschalla*, genere *Judæus*, profeſſione Aſtrologus, *Almanſoris* Caliphæ ætate claruit, vixitque ad Imperatoris uſque *Almaimonis* tempora: vir ſanè eximius & ſeculi ſui rariſsimum decus; in rebus abditis eruendis ſagaciſsimus & ubique maximè celebratus. Scripta ejus hæc ſunt: *Liber De Horoſcopis Major*; Liber *De Planetarum Conjunctio-*

رمضان ۞ انتقل الي العراق وقرا العدد والهندسة علي يحيي الباوردي وابي العلاء بن كرنيب وذلك في سنة ثمان واربعين وثلثماية ۞ قرا عليه الناس واستفادوا من جملتهم عمه المعروف بابن عمر المغازلي وخاله ابي عبد الله محمد بن عنبسة ۞ صنف كتبا جمة فمن جملتها كتاب المنازل في الحساب وهو كتاب جميل ۞ كتاب تفسير كتاب الخوارزمي في الجبر والمقابلة ۞ تفسير كتاب ديوفنطس في الجبر ۞ تفسير كتاب ابن يحيي في الجبر ۞ كتاب المدخل الي الارثماطيقي مقالة ۞ كتاب فيما ينبغي ان يحفظ قبل كتاب الارثماطيقي ۞ كتاب البراهين علي القضايا في ما استعمله ديوفنطس في كتابه ۞ كتاب استخراج مبلغ الكعب في المال وما يترك منها مقالة ۞ كتاب الكامل وهو ثلاث مقالات ۞ كتاب المجسطي ۞ كتاب العمل بالجدول الستيني ۞ توفي في بغداد في ثالث رجب سنة ثمان وثمانين وثلثماية ۞

(a) محمد بن عبد الله ابو نصر الكلواني بغدادي عالم بعلم الحساب الهندسة والهيئة ۞ ادرك ولاية عضد الدولة بالعراق وعاش بعد ذلك من تصنيفه كتاب التخت والحساب ۞

(b) محمد بن عيسي بن المنعم ابو عبد الله الصقلي من اصحاب العلم بعلمي الهندسة والنجوم ماهر فيهما مذكور بين الحكما ۞

(c) محمد بن مبشر بن ابي الفتوح بغدادي وكيل الامير عدة الدين ابي نصر محمد بن الامام الناصر لدين الله ابي العباس احمد كان فاضلا عارفا بعلوم الهندسة النجوم والفلسفة توفي ببغداد يوم الاثنين رابع رجب سنة ثماني عشرة وستماية ۞

,, *ctionibus*; Liber *De Gentium Sectis*; Li-
,, ber *De Radiorum loco*; Liber *De Sen-*
,, *ſuum expoſitione*; Liber *De Aſtrolabii de-*
,, *ſcriptione & uſu*; Liber *De Armilla*; Li-
,, ber *De Pluviis & Ventis*; Liber *De*
,, *Omine fauſto & infauſto*; Liber *Vige-*
,, *ſimus ſeptimus* nuncupatus, in libros
,, quinque diviſus, quorum prior agit
,, *De Actionum principio*; ſecundus *De*
,, *expellendo Reipublicæ regimine*; tertius
,, *De Problematibus*; quartus *De Aſtro-*
,, *logicis Prognoſticis maximè celebratis*;
,, quintus *De Rerum Definitionibus*.
,, (a)

,, *Omar Ben Mohamad Ben Kha-*
,, *led Ben Abdelmalek Almru Alru-*
,, *zi* (in urbe *Meru* in Perſia natus)
,, Tabulas edidit Aſtronomicas brevio-
,, res ſecundùm ſyſtema, calculumque
,, Avi ſui *Khaledi Ben Abdelmaleki*,
,, *Sendi Ben Ali*, *Jahia Ben Abi*
,, *Mansoris*, & *Abbasi Ben Said Al-*
,, *giuharæi*, qui *Almaimonis* Imperato-
,, ris juſſu Obſervationibus præfuere. Ita-
,, que *Omar* hic, qui inter Obſervato-
,, res habitus eſt, Librum *De Siderum*
,, *æquatione*, & Librum *De Planiſphærio*
,, vulgavit. (b)

,, *Omar Ben Abdelrahman Ben*
,, *Ahmad Ben Ali Kermanenſis*, natus
,, *Cordubæ*, qui & *Abulhokm* dicitur,
,, vir in Arithmetica & Geometria exer-
,, citatiſsimus, ad regiones Orientales ſe
,, contulit, ibique Geometriæ ac Medi-
,, cinæ ſtudiis vacavit. Inde in Hiſpaniam
,, redux, *Cæſarauguſtam* incoluit. Is om-
,, nium primus, ut fama eſt, opera, quæ
,, *Fratrum Amicorum* nomine circumfe-
,, runtur, in Hiſpaniam invexit. Cete-
,, rùm quàm ſolers fuerit Medicus,
,, quàm felix in Cauteriis, Inciſionibus,
,, Sectionibus, & in pertundendis, re-
,, ſcindendiſque Ulceribus, aliiſque id
,, genus curationibus Chirurgus, teſtan-
,, tur eximia & pervulgata ejus experi-
,, menta. Tandem *Cæſarauguſtæ* anno
,, Egi-



(a) ماشا الله المنجم اليهودي كان في زمن المنصور وعاش الي ايام المامون كان فاضلا اوحد زمانه له حظ قوي في سهم الغيب اشتهر ذلك عنه ۞ له من التصانيف كتاب المواليد الكبير ۞ كتاب القرانات كتاب الاديان والملل ۞ كتاب مطرح الشعاع ۞ كتاب المعاني ۞ كتاب صنعة الاصطرلاب والعمل بها ۞ كتاب ذات الحلق ۞ كتاب الامطار والرياح ۞ كتاب السهمين ۞ كتاب المعروف بالسابع والعشرين ۞ كتاب الاول ابتدا الاعمال ۞ الكتاب الثاني في دفع التدبير ۞ الكتاب الثالث في المسايل ۞ الكتاب الرابع في مشهورات الكواكب ۞ الكتاب الخامس في الحدود ۞

(b) عمر بن محمد بن خالد بن عبد الملك المرو الروذي له زيج مختصر علي المذهب الذي ظهر علي يدي جده خالد بن عبد الملك المتولي الرصد الماموني مع سند بن علي ۞ يحيي بن ابي منصور والعباس بن سعيد الجوهري ۞ وكان عمر هذا يعد من اصحاب الارصاد ۞ له من الكتب كتاب تعديل الكواكب ۞ كتاب صناعة الاصطرلاب المسطح ۞

,, Egiræ 458. nonagenarius ſenex obiit.
,, (a).

,, OMAR BEN AHMAD BEN KHAL-
,, DUN ABU MOSLEM *Hadhramita*, in-
,, ter nobiliores *Hiſpalenſes* longè con-
,, ſpicuus, diſciplinis Philoſophicis, præ-
,, ſertim Geometriæ, Aſtronomiæ ac
,, Medicinæ ſedulam operam navavit:
,, quibus artibus magnam adeptus eſt
,, nominis claritatem; nec minùs in Phi-
,, loſophorum moribus ac virtutibus imi-
,, tandis diligentem ſe præbuit. *Hiſpali*
,, deceſsit anno Egiræ 449. (b)

,, REZCALLA, cognomento ALNO-
,, HAS, *Ægyptius*, Aſtrologorum Ægyptio-
,, rum Antiſtes, Doctor erat comis ac
,, jucundus, ut tradit ABULSALAT OMIA.
,, Ex bellis, lepidiſque illius narrationibus
,, hæc maximè: Quum mulier quædam,
,, inquit, Ægyptia horoſcopum fuiſſet
,, à me ſciſcitata, Solis tunc altitudine,
,, veroque horoſcopi gradu obſervato,
,, Domibus item duodecim atque Aſtro-
,, rum centris deſcriptis, iiſque in ta-
,, bella delineatis, de ſingulis Domibus
,, cœpi pro more diſſerere; illa verò ta-
,, cebat. Id ego intereà ægrè ferens, iram
,, repreſsi. Mulier cauſam animadver-
,, tens, mihi nummum projecit. Tùm
,, rationem, ſermonemque repetens ego:
,, video te in domo divitiarum aliquid
,, deſiderare; cave ergo tibi. Rem ip-
,, ſam acu, ſubjicit illa, jam tetigiſti,
,, verum loqueris: ita ſe res ſanè habet.
,, Cui ego: Perdidiſtin aliquid? At illa,
,, maximè, inquit: perdidi nummum
,, quem tibi dedi. (c)

,, RABANUS, gente *Judæus*, in *Tha-*
,, *bre-*

(a) عمر بن عبد الرحمن بن علي الكرماني القرطبي ابو الحكم احد الراسخين في علم العدد والهندسة رحل الي ديار المشرق وعني بطلب الهندسة والطب ۞ ثم رجع الي الاندلس واستوطن بمدينة سرقسطة وجلب معه الرسايل المعروفة برسايل اخوان الصفا ۞ ولايعلمان احد ادخلها الاندلس قبله ۞ له عناية بالطب وتجارب فاضلة مشهورة في الكي والقطع ۞ الشق والبط وغير ذلك من الصناعة الطبية توفي بسرقسطة سنة ثمان وخمسين واربعماية وقد بلغ تسعين سنة ۞

(b) عمر بن احمد بن خلدون ابو مسلم الحضرمي من اشراف اهل اشبيلية كان متصرفا في علوم الفلسفة مشهورا بعلم الهندسة النجوم والطب ۞ متشبها بالفلاسفة في إصلاح اخلاقه وتعديل سيرته ۞ توفي باشبيلية سنة تسع واربعين واربعماية ۞

(c) رزق الله المنجم المعروف بالنحاس المصري قال ابو الصلت امية له في فروع النجامة دربة وبتجرباتها خبرة هو شيخ اكثر المنجمين بمصر وكبيرهم ۞ هو شيخ مطبوع متطايب ۞ ومن حكاياته الطريفة ۞ قال سالتني امراة مصرية ان انظرلها في مسيلة تخصها فاخذت ارتفاع الشمس للوقت وحققت درجة الطالع مع البيوت الاثني عشر ومراكز الكواكب ۞ ثم رسمت ذلك كله بين يدي في تخت الحساب وجعلت اتكلم علي كل بيت منها علي العادة وهي ساكتة ۞ فوجمت لذلك وادركتني فترة وكانت قد القت الي درهما ۞ قال فعاودت الكلام وقلت

اري

„ *breſtana* regione, unde nomen *Thabaritæ* invenit, natus eſt. Vir ſcientiis „ Philoſophicis & Mathematicis excultus, Artis Medicæ non ignarus, varia Philoſophorum opera ex uno ſermone in alium tranſtulit, inter quæ „ cenſetur *Almageſti* volumen: de quo „ agens *Albumasar*, radiorum loca in „ nullis Almageſti exemplaribus Arabicis memorari affirmat, niſi in Rabani exemplari, quod ipſe (Arabicè) „ convertit. Ad *Iracam* profectus, urbem *Serramonream* incoluit. (a)

„ Soliman Ben Hassan, aliàs Ben „ Giolgiol dictus, *Hiſpanus*, Medicus „ & Mathematicus peracutus, cùm „ ævo ſuo, tùm in ſua regione claruit. „ In Philoſophorum doctrina, rebuſque „ geſtis fuit etiam maximè verſatus, atque eruditus. Scripſit Philoſophorum „ Hiſtoriam in compendium redactam, „ cujus famam, pretiumque multorum „ auxit invidia. (b)

„ Senan Ben Alphath, *Aſsyrius*, „ *Harranita*, Arithmeticus ævo ſuo „ eximius ac celebris, præclara *De Numerorum diſciplina* reliquit monumenta. (c)

„ Senan Ben Thabet Ben Corrah „ *Harranita*, Medicus, perinde ac ejus „ pater, præſtantiſsimus, primùm apud „ *Moctaderum*, deinde apud *Alcaherum*, „ ea tempeſtate Imperatores, Medici „ munere functus eſt. Quum autem „ *Alcaherus* Senanum eadem religione „ ſibi adſtrictum cuperet, *Islamiſmum* „ ſuaſit amplecti: quod ille abnuit, acriter, diuque reluctatus. Verùm *Alcaheri* minitantis immanitatem pertimeſcens, iræ tandem conceſsit, nomenque Mahometo dedit. Ceterùm „ Caliphæ ſeveritatem magis, magiſque „ in dies expertus, in *Choraſanam* profugit. At denuò *Bagdadum* redux, ibi „ Mahometanus obiit anno Egiræ 331. „ *Almoctaderi* principatu tantam nominis

اري عليك قطعا في بيت مالك فاحتفظي واحترسي فقالت الان صدقت وصدقت قد كان والله ما ذكرت قلت وهل ضاع لك شي قالت نعم الدرهم الذي القيت اليك ۞

(a) ربن الطبري الطبيب اليهودي المنجم من اهل طبرستان كان حكيما طبيبا عالما بالهندسة وانواع الرياضية ۞ حل كتبا حكمية من لغة الي لغة ۞ انتقل الي العراق وسكن سرمن راي ۞ قال ابو معشر ان المترجمين لنسخ المجسطي المخرجة من لغة يونان ما ذكروا الشعاع ولا مطارحه ولا يوجد ذلك الا في النسخة التي ترجمها ربن ۞

(b) سليمن بن حسان الاندلسي المعروف بابن جلجل ذكي في صناعة الطب والهندسة ۞ له ذكر في عصره ومصره ۞ كان له تطلع علي علوم الاوايل واخبارهم ۞ له تصنيف صغير في تاريخ الحكما لم يشف فيه غليلا ۞

(c) سنان بن الفتح من اهل حران كان مقدما في صناعة الحساب والاعداد مشهور الذكر في زمنه ۞ صنف في ذلك تصانيف مشهورة ۞

,, nis laudem ac celebritatem obtinuit, ,, ut Archiater ſit conſtitutus. Inter ce- ,, teras verò, quibus ornatus erat, diſci- ,, plinas, Aſtronomiæ ſcientiâ maximè ,, enituit: quod ſanè præclara ſtudiorum ,, ejus loquuntur monumenta, quæ ſin- ,, gula hoc loco recenſere non vacat.

,, Nihilominùs ex *Senani* operum ,, Catalogo, quem *Almohsenus Abraha-* ,, *mi filius Ben Helal Sabæus* olim edi- ,, dit, hæc ſunt excerpta: videlicet Liber ,, *De Chronologia Regum Aſſyriorum*; Li- ,, ber *De Æquinoctio*; Liber *De Imperii* ,, *regimine*; Liber de eodem argumento ,, *ad Doctorem Ebn Alariek*; Liber *De* ,, *Scientiis Aſtronomicis*; Liber *De Sa-* ,, *bæorum religione*; Liber *De diviſione* ,, *ſeptem Dierum hebdomadæ ſecundùm* ,, *ſeptem Planetarum numerum ad Docto-* ,, *rem Abi Isaacum Abrahamum Ben* ,, *Helal Sabæum*; Liber *De ſuæ Gentis* ,, *genealogia, rebuſque geſtis*; *Verſio Ara-* ,, *bica Legum Hermetis*, Liber I. Alte- ,, ra *Verſio Arabica de Sabæorum ritibus* ,, *ac precationibus*; *Commentarius in Li-* ,, *brum Acatonis* (fortè Cononis) *De* ,, *Elementis Geometriæ*, cui non pauca de ,, ſuo adjecit; Liber *De Figuris rectilineis* ,, *in Circulo ad Regem Alhadaldaulatum*; ,, *Commentarius in libros Mathematicos ſum-* ,, *mi viri Abusahl Alkuhi*; *Commenta-* ,, *rius in Librum Archimedis De Figuris* ,, *triangularibus, conoidibus*, &c. quem ,, *Josephus Sacerdos* ex Syriaco ſermo- ,, ne in Arabicum tranſtulit: quam ver- ,, ſionem *Senanus* etiam caſtigavit.

,, Quum ad *Almoctaderum* Impera- ,, torem anno Egiræ 319. eſſet allatum ,, cujuſdam ægri mortem ex Medici ,, errore conſequutam, is legem tuliſſe ,, fertur, ut Medicinam nemo publicè ,, in poſterum exerceret, niſi priùs *Se-* ,, *nani* auctoritate fuiſſet approbatus. ,, Medicorum autem numerus, qui do- ,, ctrinæ periculum ſubiere, ſi Regios ,, Medicos, alioſque ob ſpectatam artis ,, Medicæ peritiam commendabiles ex- ,, cipias, erat omnino DCCCLX. In eo ,, autem judicio, cui *Senanus* præfuit, ,, res contigit ſanè lepida. Acceſsit ad ,, eum vir quidam aſpectu & habitu ,, elegans, gravis juxta ac venerabilis. ,, Honorem viro, quem & ſpecies & ,, dignitas poſtulabat, primùm ille exhi- ,, buit; deinde ad eum converſus, cu- ,, pio, inquit, ex Doctore aliquid au- ,, dire, quod memoriæ mandem. Tùm ,, Doctor chartam, in qua erant aurei ,, nummi ſelecti, è manica proferens, ,, eaque *Senano* ſtatim oblatâ; ego, in- ,, quit, literas prorsùs neſcio; eſt tamen ,, mihi familia, quam, ut par eſt, alen- ,, dam curo: hanc quærendi victûs ratio- ,, nem ne mihi, ne meis adimas, enixè ,, oro. Ad quæ ſubridens *Senanus*, hac, ,, ait, lege annuam, ne ad ægrotum ullum ,, accedas, cujus morbus non tibi ſit pla- ,, nè compertus; neque phlebotomiam, ,, neque cathartica medicamenta, niſi in ,, morbis probè notis adhibeas. Hanc ip- ,, ſam, reſpondit Doctor, methodum ,, hactenus uſurpavi, nec aliud quid præ- ,, ter Oxymel & Julepum unquam adhi- ,, bui; confeſtimque abiit. (a)

,, *So-*

(a) سنان بن ثابت بن قرة الحراني كان طبيبا مقدما كاتبه ۞ وكان طبيب المقتدر خصيصا ۞ ثم خدم القاهر ۞ ولكثرة اغتباط القاهر به اراده علي الاسلام فامتنع امتناعا شديدا فتهدده القاهر فخافه لشدة سطوته فاسلم واقام مدة ۞ ثم راي من القاهر انه اذا امره امرا فخافه فانهزم الي خراسان ۞ وعاد توفي ببغداد مسلما في سنة احدي وثلثين وثلثماية ۞ وكان امره قد ظهر في ايام المقتدر

وعظمت

,, Sohailus Een Baschar Ben Habib Ben Hanni, genere *Judæus*, ,, (*Hiſpanus* tertio Egiræ ſeculo jam ,, ineunte nobilis) de *Aſtrologia judiciaria* ſcripſit non pauca ubique gentium ,, celebrata. Famulis Thaheri Ben Alhossaini, qui *Luſcus* dictus eſt, necnon Aihossani Ben Sohaili adſcriptus eſt. (a)

,, Send Ben Ali, Aſtronomus inſignis & in Aſtronomicis Inſtrumentis elaborandis verſatiſsimus, ad inſtau-

وعظمت منزلته حتي صار رييسا علي الاطبا ۞ لسنان تصانيف جيدة وكان قويا في علم الهيية ۞ وله في ذلك اشيا ظاهرة تغني عن الاطالة بذكرها ۞

من تصانيفه ما نقل من خط المحسن بن هلال الصابي ۞ رسالة في تاريخ ملوك السريانيين ۞ رسالة في الاستواء ۞ رسالة الي الحكم ۞ رسالة الي ابن الرايق ۞ رسالة في النجوم ۞ رسالة في شرح مذهب الصابيين ۞ رسالة في قسمة ايام الجمعة علي الكواكب السبعة كتبها الي ابي اسحق ابرهيم بن هلال الصابي ۞ رسالة في اخبار ابايه واجداده ۞ ونقل الي العربي نواميس هرمس والسور والصلوات التي يصلي بها الصابيون ۞ اصلاحه لكتاب اقاطن في الاصول الهندسية وزاد في هذا الكتاب شيا كثيرا ۞ مقالة انفذها الي عضد الدولة في الاشكال ذوات الخطوط المستقيمة التي تقع في الدايرة ۞ اصلاحه لعبارة ابي سهل الكوهي في جميع كتبه ۞ اصلاحه وتهذيبه لما نقله من كتاب يوسف القس من السرياني الي العربي من كتاب ارشميدس في المثلثات ۞

قيل في سنة تسع عشرة وثلثماية اتصل بالمقتدر ان رجلا من الاطبا غلط علي رجل فمات فامر بمنع جميع الاطبا الا من امتحنه سنان ۞ وبلغ عددهم من الجانبين من بغداد ثمان ماية وستون رجلا سوي من استغني عن امتحانه باشتهاره بالتقدم في صناعته وسوي من كان في خدمة السلطان ۞ من ظريف ما جري لسنان في امتحان الاطبا انه احضر اليه رجل مليح البزة والهية ذو هيبة ووقار فاكرمه سنان علي موجب منظره ورفعه ثم التفت اليه سنان فقال قد اشتهيت ان اسمع من الشيخ شيا احفظه عنه فاخرج الشيخ من كمه قرطاسا فيه دنانير صالحة ووضعها بين يدي سنان وقال ما احسن ان اكتب ولا اقرا ولي عيال ومعاشي دار دايرة واسالك ان لا تقطعه عني فضحك سنان وقال علي شريطة انك لا تهجم علي مريض بما لم تعلم ۞ ولا تشير بفصد ولا بدواء مسهل الا لما قرب من الامراض ۞ قال الشيخ هذا مذهبي مذ كنت ما تعديت السكنجبين و الجلاب وانصرف ۞

(a) سهل بن بشر بن حبيب بن هاني الاسرايلي المنجم كان صاحب تواليف مشهورة في احكام النجوم ۞ خدم طاهر بن الحسين الاعور ۞ ثم الحسن بن سهل ۞

,, ſtaurandam Aſtronomiam ab *Almai-*
,, *mone* Imperatore inter alios accerſi-
,, tus eſt: quod quidem ille *Bagdadi* in
,, vico *Schemaſia* (editiſsimo ejus urbis
,, nimirum loco) egregiè præſtitit. Has
,, tamen Obſervationes, *Almaimone* fatis
,, prærepto, abſolvere non potuit. Is
,, ejuſdem *Almaimonis* hortatu à Judaica
,, religione deſcivit ad Mahometanam.
,, Tribuuntur illi *Tabulæ Aſtronomicæ*
,, communi omnium uſu ad hanc diem
,, receptæ, præter alia tùm Aſtrono-
,, mica, tùm Arithmetica ſcripta ma-
,, ximè celebrata, quæ publici juris fe-
,, cit. (a)

,, Schamul, ſeu Samuel, Ben *Je-*
,, huda *Hiſpanus*, Medicus, genere *Ju-*
,, *dæus*, unà cum patre ad Orientem ſe
,, contulit: ubi omni ſcientiarum gene-
,, re eruditus, Mathematicis præcipuè
,, diſciplinis adeò ſedulam dedit ope-
,, ram, ut quidquid in illis exquiſitum,
,, utile, præclarum, optimè calluerit.
,, Hinc Arithmetici, Geometræ, Aſtro-
,, nomi nomen adeptus. De hujuſmo-
,, di verò diſciplinis non pauca ſcripſit,
,, quorum ex numero vidi Tractatum
,, *De Angulis rectilineis*, in quo recta me-
,, thodus, perſpicua ratio; figuræ etiam
,, non diligenter minùs quàm eleganter
,, expreſſæ ac delineatæ. Adjudicatur &
,, ipſi Liber *De Corporum mixtorum di-*
,, *menſione*, ubi de ignota eorum quan-
,, titate invenienda; necnon Liber *De*
,, *Medicina*. In *Adarbigianam* deinde pro-
,, vinciam quum demigraſſet, Princi-
,, pibus *Bahluanitis* ſeſe addixit. Tandem
,, in urbe *Meraga*, ubi ſedem fixit, Ma-
,, hometanam ſectam amplexus, librum
,, adversùs Judæos conſcripſit, eorum
,, detegens errores, & Scripturæ Sacræ
,, loca ab ipſis immutata deſignans. Obiit
,, *Meragæ* anno Egiræ ferè 570. (b)

,, Tinklus *Babylonius* unus eſt ex
,, ſeptem Sapientibus, qui, teſte Daha-
,, keo, ſeptem illas Domus Sideribus
,, ſeptem dicatas inſtituêre. Illi adjudica-
,, tur Opus *De Phyſiognomia & Horoſ-*
,, co-

(a) سند بن علي منجم فاضل خبير بتسيير النجوم وعمل الالات للارصاد
والاصطرلاب اتصل بخدمة المامون في اصلاح الات الرصد وان يرصد بالشماسية
ببغداد ففعل ذلك وامتحن مواضع الكواكب ولم يتمم الرصد لاجل موت المامون ۞
له زيج مشهور يعمل به المنجمون الي يومنا هذا ۞ وكان يهوديا واسلم علي يد
المامون ۞ له تصانيف في النجوم والحساب مشهورة ۞

(b) شمول بن يهودا الاندلسي الحكيم اليهودي قدم هو وابوه الي المشرق ۞
قرا فنون الحكمة وقام بالعلوم الرياضية احكم اصولها مع فوايدها ونوادرها ۞
وكان عدديا هندسيا هيبيا ۞ له في ذلك مصنفات رايت منها كتاب المثلث
القايم الزاوية ۞ قد احسن في تمثيله وتشكيله عدة صورة ومبلغ مساحة كل صورة
منها ۞ له كتاب في مساحة اجسام الجواهر المختلطة لاستخراج مقدار
مجهولها ۞ وكتاب في الطب ۞ ارتحل الي ادربيجان حيث خدم بيت البهلوان ۞
واقام بمدينة مراغه ۞ ثم اسلم وصنف كتابا في اظهار معايب اليهود ومواضع الدليل
علي تبديل التوراة ۞ مات بالمراغة قريبا من سنة سبعين وخمسماية ۞

,, *copis* , quod omnium manibus teri-
,, tur. (a)
,, *Tvphikvs Ben Mohamad Ben*
,, *Alhossain Hiſpanus* , *Damaſci* incola,
,, Geometra , Aſtronomus , Philologus
,, ac Poeta fuit. Varia de iis diſciplinis
,, edidit opera. E vita demum exceſsit
,, *Damaſci* anno Egiræ 516. (b)
,, *Zvlnvnvs Abrahami filivs*,
,, *Ægyptius* , *Akhmimenſis* , Artis Chemi-
,, cæ peritiâ , *Gebero Ben Haiano* certè
,, non impar. Philoſophicis diſciplinis
,, Myſticam quoque ſcientiam adjunxit.
,, *Barabam* , urbis *Akhmim* ( *Panopolis* )
,, ædificium , veluti antiquitatum Mu-
,, ſæum, quàm frequentiſsimè adibat, ubi
,, admirandæ viſuntur imagines & ex-
,, quiſiti laboris ſimulacra. Scripſit inter
,, alia Opus *De Experimentis Chemicis* ,,
(c) . Hujus extat exemplum in Arabicis
Codicibus MSS. Reg. Biblioth. Pariſien-
ſis , *Num.* MLXXXIII.
,, *Vigianvs Ben Vastem Abv Sahl*
,, *Cuhenſis* , nobilis Geometra & eximius
,, Aſtronomus , utriuſque ſcientiæ ma-
,, ximè peritus , claruit dominantibus
,, *Buiditis* , præcipuè *Adadheldaulato* Rege.
,, Quum autem *Scharapheldaulatus*, regno
,, *Iracenſi* fratre *Samſameldaulato* pulſo, re-
,, rum *Bagdadi* potitus eſſet , ſeptem Si-
,, derum motus ac mutationes obſerva-
,, ri *Almaimonis* imitatione juſsit ; eam-
,, que curam *Abv Sahlo Cuhenſi* deman-
,, davit. Is , loco ad rem idoneo in extre-
,, ma parte viridarii Regiæ domûs ex-
,, ſtructo , adhibitis inſtrumentis , ſuas
,, inſtituit Obſervationes, quarum exem-
,, plum in Comitiis ſemel , atque iterum
,, habitis approbatum eſt à teſtibus , qui
,, interfuere , ſubſcriptiſque eorum no-
,, minibus conſignatum.

## ,, *EXEMPLVM ACTORVM*
## ,, *in primo Conventu.*

,, IN nomine Dei miſerentis & miſe-
,, ricordis. In Comitiis celebratis in
,, loco Obſervationum exſtructo in viri-
,, dario excellentiſsimi ac munificen-
,, tiſsimi Regis noſtri *Schahinschah*
,, *Schamseldavlati* , qui gentis noſtræ
,, decus & gloria eſt , quemque Deus
,, incolumem , felicem , victorem ſervet,
,, in urbe *Bagdado* feriâ 7. die 27. Sa-
,, phari , anno Egiræ 378. die videlicet
,, 16. Junii Æræ Alexandrinæ 1299.



(a) تينكلوش البابلي هذا احد السبعة العلما الذين رد اليهم الضحاك البيوت السبعة التي بنيت علي اسما الكواكب السبعة ۞ له كتاب في الوجوه والحدود كتاب مشهور بين ايدي الناس موجود ۞

(b) توفيق بن محمد بن الحسين المغربي الاندلسي كان ساكنا بدمشق مهندس منجم اديب ۞ له تصانيف وشعر ۞ كانت وفاته بدمشق في سنة ست عشر وخمسماية ۞

(c) ذو النون بن ابرهيم الاخميمي المصري من طبقة جابر بن حيان في انتحال صناعة الكيميا ۞ تقلد علم الباطن والاشراف علي كثير من علوم الفلسفة ۞ وكان كثير الملازمة لبربا دارة اخميم فانها بيت من بيوت الحكمة القديمة ۞ فيها التصاوير العجيبة والمثالات الغريبة ۞ له تصانيف منها كتاب المجربات ۞

,, Æræ verò Perſicæ, ſeu Jezdegirdicæ ,, die *Aniran* menſis Khardad (id eſt die ,, 30. menſis tertii) anno 357. Judices, ,, Tabelliones & viri complures Geome- ,, tricâ & Aſtronomicâ ſcientiâ ſpecta- ,, tiſsimi, qui uno conſenſu hujuſmodi ,, actis nomina ſubſcripſere, obſerva- ,, runt Solis ingreſſum in Signum Can- ,, cri ſecundùm *Abu Sahli Cuhenſis* Ob- ,, ſervationes, poſt unam omnino ho- ,, ram noctis prӕteritæ diei ſequentis ſu- ,, pra deſcripti; eamque Obſervationem ,, veram ac germanam eſſe laudati Aſtro- ,, nomi, Geometræ, aliique viri peri- ,, tiſsimi, nemine prorsùs diſcrepante, ,, teſtati ſunt. Inſtrumentum ſimiliter, ,, ab *Abu Sahlo* ad eas obſervationes ad- ,, hibitum, omnium quæ hactenus pro- ,, diere, abſolutiſsimum, accuratiſsi- ,, mum, veriſsimum, aptiſsimum eſſe ,, apertè ſignificarunt: cujus tandem ope ,, deprehenderunt Puncti Meridiani à ,, Signo Cancri diſtantiam eſſe VII. grad. ,, & L. min. declinationem verò ſum- ,, mam, quæ ſita eſt in diſtantia, vel de- ,, flexione Zodiaci ab æquatore, conſtare ,, XXIII. grad. & LI. min. ſecund. idque ,, ſecundùm loci jam memorati latitu- ,, dinem, ubi Obſervationes habitæ ſunt, ,, nempe ad Poli Æquatoris elevatio- ,, nem ſupra ejuſdem loci Horizontem.

## ,, *EXEMPLUM ACTORUM* ,, *in ſecundo Conventu.*

,, IN nomine Dei miſerentis & mi- ,, ſericordis. Feria 3. die 3. Gemadi ,, poſterioris anno Egiræ 378. anni Per- ,, ſici 357. menſis *Mahar* die Ruz ,, Schahriur, & die 18. Septembris anni ,, Alexandrini 1299. iterum convene- ,, re Judices, Teſtes, Geometræ, Aſtro- ,, logi & Aſtronomi complures, qui ,, ſubſcriptis nominibus conſignarunt ,, Obſervationes Inſtrumento ſupra lau- ,, dato confectas, videlicet ingreſſum ,, Solis in Signum Libræ ſub horam ,, quartam jam elapſam diei memorati, ,, id eſt feriæ 3. In cujus rei fidem & ve- ,, ritatem, &c. Sic Deus nos adjuvet, &c.

,, Nomina autem eorum qui hujuſ- ,, modi actis interfuere ac ſubſcripſere, ,, hæc nimirum ſunt: Judex *Abu Bakr* ,, *Ben Saber*; Judex *Abulhossain Al-* ,, *khuzi*; *Abu Isaac Ben Helal Abra-* ,, *ham*; *Abu Sad Alphadhelus Pauli* ,, *filius*, genere *Chriſtianus*, *Schirazen-* ,, *ſis*; *Abu Sahl Vigianus Ben Va-* ,, *stem*, Obſervationum auctor; *Abu-* ,, *luapha Mohamad Ben Mohamad* ,, Arithmeticus; *Abu Hamed Ahmad* ,, *Ben Mohamad Saganenſis*, *Organo-* ,, *poeus*; *Abulhassan Mohamad Sa-* ,, *maritanus*; *Abulhassan Hiſpanus*.

,, Scripta verò *Abu Sahli Vigiani* ,, *Ben Vastem*, quæ totum per orbem ,, perenni famâ celebrantur, ſunt: Li- ,, ber *De Centro Sphæræ*, non abſolutus; ,, *Commentarius in Euclidis Elementa*, ,, affectus; *De Circino perfecto* Libri II. Li- ,, ber *De Duarum Linearum proportiona-* ,, *lium deſcriptione*; Liber *De Circulorum* ,, *centro citrà compoſitionem*; *De Aſtrolabii* ,, *confectione & uſu per demonſtrationes* ,, Libri II. Liber *Circulorum inter ſeſe tan-* ,, *gentium per modum reſolutionis*; Liber ,, *Additionum ſuper Archimedis Libro ſe-* ,, *cundo* (de Figuris conoidibus obtuſis, ,, & de ſphæroidibus); Liber *De extra-* ,, *ctione lateris Septanguli in Circulo.* (a)

De-

(a) ويجن بن وستم ابو سهل الكوهي منجم كامل حسن المعرفة بالهندسة وعلم الهيئة متقدما فيهما الي الغاية تقدم في الدولة البويهية والايام العضدية ۞ ولما حضر شرف الدولة الي بغداد عند اخراج اخيه صمصام الدولة من الملك بالعراق امر في

Declinatio ſumma ab Auctore obſervata, cum Declinatione à *Ptolemæo* inventa planè conſentit; diſcrepat tamen ab illa, quæ *Almaimonis* tempore inſtituta eſt, ut refert Alpherganus in *Elementis Aſtronomicis cap. V. pag.* 18. ex editione Goliana Amſtelodamenſi, ubi hæc habet: „ Ejuſdem autem circuli tranſpolaris portio, „ inter utrumque punctum tropicum & „ æquinoctiale comprehenſa, menſura „ eſt declinationis maximæ, qua zodiacus ab æquinoctiali deflectit. Ea quidem, prout Ptolemæus invenit, eſt „ partium 23. & minutorum 51. qualium ſcilicet totus circulus eſt partium „ 360. At verò juxta dimenſionem, „ quam probatam vocant, quamque „ piæ mem. Almaimon inſtitui juſsit, „ adhibitis ad eam rem viris doctis „ compluribus, ea declinatio continet „ gradus 23. & minuta 35. „ Ceterùm in antiqua Alphergani Latina verſione Norimbergæ editâ occurrunt minuta 33. quæ in 35. poſteà à librariis, vel aliis mutata ſunt: qui quidem numerus poſt *Almaimonis* exceſſum à multis obſervatus ac vulgò receptus eſt, prout Golius in ſuis *ad Alpherganum Notis* animadvertit.



في سنة ثمان وسبعين وثلثماية في رصد الكواكب السبعة في مسيرها وتنقلها
في بروجها مثل ما كان المامون فعله في ايامه ۞ وعول علي ابو سهل الكوهي
في القيام بذلك فبنا بيتا في دار المملكة في اخر البستان وعمل فيه الالات
استخرجها ۞ ثم رصد ما كتب به محضران اخذت فيهما خطوط الحاضرين بما
شاهدوا واتفقوا عليه ۞

وهذه نسخة المحضر الاول ۞

بسم الله الرحمان الرحيم اجتمع من ثبت خطه وشهادته في اسفل هذا
الكتاب من القضاه ووجوه اهل العلم الكتاب المنجمين والمهندسين بموضع
الرصد الشرفي في البستان من دار مولانا الملك السيد الاجل المنصور ولي النعم
شاهنشاه شرف الدولة وزين الملة اطال الله بقاه وادام عزه وتاييده وسلطانه ۞ من
مدينة السلام يوم السبت لليلتين بقيتا من صفر سنة ثمان وسبعين وثلثماية وهو
اليوم السادس عشر من حزيران سنة الف ومايتين وتسع وتسعين لاسكندر ۞ وروز
انيران من ماه خرداذ سنة سبع وخمسين وثلثماية ليزدجرد فتقرر الامر فيما
شاهدوه من الالات التي اخبر عنها ابو سهل الكوهي علي ان دلت علي صحة
مدخل الشمس راس السرطان بعد مضي ساعة واحدة معتدلة سوا من الليلة الماضية
التي صباحها اليوم المذكور في صدر هذا الكتاب واتفقوا جميعا علي التيقن
لذلك والثقة به بعد ان سلم جميع من حضر من المنجمين المهندسين وغيرهم ممن
له تعلق بهذه الصناعة وخبرة بها تسليما لا خلاف فيه بينهم ان هذه الالة جليلة الخطر
بديعة المعني محكمة الصنعة واضحة الدلالة زايدة في التدقيق علي جميع الالات
التي عرفت وعهدت وانه قد وصل بها الي ابعد الغايات في الامر المرصود والغرض
المقصود

المقصود وادي الرصد بها الي ان يكون بعد سمت الراس من مدار راس السرطـان سبع درج وخمسين دقيقة ۞ وان يكون الميل الاعظم الذي هو غايتة بعد منطقـة فلك البروج عن دايرة معدل النهار ثلثة وعشرين درجة واحدي وخمسين دقيقـة وثانية ۞ وان يكون عرض الموضع الذي تقدم ذكره ووقع الرصد فيه كذا وكذا وذلك هو ارتفاع قطب معدل النهار عن افق هذا الموضع وحسبنا الله ونعم الوكيل ۞

نسخة المحضر الثاني ۞

بسم الله الرحمن الرحيم ۞ ثم اجتمع في يوم الثلثا لثلاث ليال خلون مـن جمادي الاخرة سنة ثمان وسبعين وثلثمـاية وهو روز شهريور من مهر مـاه سنة سبع وخمسين وثلثماية ليزدجرد والثامن عشر من ايلول سنة الف ومـايتين وتسـع وتسعين للاسكندر جماعة ممن ثبت خطه من القضاة والشهود المنجميـن والمهندسين واهل العلم بالهيبة بحضرة الالة المقدم ذكرها في صدر هذا الكتاب علي ان رصدوا مدخل الشمس راس الميزان بهذه الالة ۞ وكان ذلك بعد مضـي اربع ساعات من اليوم المقدم ذكره وهو يوم الثلثا ۞ فليكتب كل احد منهم خطه بصحة ما حضره وشاهده من ذلك في التاريخ وحسبنا الله ونعم الوكيل ۞ اسمـا من كان حاضر لذلك وكتب خطه اخر هذين المحضرين ۞ القاضي ابو بكر بـن صبر ۞ القاضي ابو الحسين الخوزي ۞ ابو اسحق ابرهيم بن هلال ۞ ابو سعد الفضـل بن بولس النصراني الشيرازي ۞ ابو سهل ويجن بن وستم صاحب الرصد ۞ ابو الوفـا محمد بن محمد الحاسب ۞ ابو حامد احمد بن محمد الصاغاني صاحـب الاصطرلاب ۞ ابو الحسن محمد السامري ۞ ابو الحسن المغربي ۞

ومن تصانيف ابي سهل ويجن بن وستم السايرة في الامصار علي تمـادي الاعصار ۞ كتاب مراكز الاكر لم يتمم ۞ كتاب الاصول علي تحريكـات اقليدس لم يتمم ۞ كتاب البركار التام مقالتان ۞ كتاب اخراج الخطين علـي نسبة ۞ كتاب مراكز الدواير علي الخطوط من طريق التحليل دون التركيـب ۞ كتاب صناعة الاصطرلاب بالبراهين مقالتان ۞ كتاب الدواير المتماسة من طريـق التحليل ۞ كتاب الزيادات علي ارشميدس في المقالة الثانية ۞ كتاب استخـراج ضلع المسبع في الدايرة ۞

# AD JURISPRUDENTIAM PERTINENTES.

## IN FOLIO.

### CMLXXXI.

CODEX literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 474. Chriſti 1081. die 13. Saphari, quo continetur Tomus III. *Commentariorum* in Opus Canonicum Doctoris *Maleki Ben Anes*, inſcriptum *Mautha* (1), auctore *Pacensi*, gente *Hiſpano* : ubi Tituli *De Matrimonio*, *De Divortio*, *De Nutricibus* pertractantur. (2)

### CMLXXXII.

Codex Cuphicis exaratus literis *Granatæ* die 3. Moharami, ineunte Egiræ anno 744. complectens foliis 189. Auctoris ſupra memorati Tomum V. *Commentariorum* in Codicem Juris Canonici, qui *Authenticus* (3) uſurpatur. Is continet Titulos XI. ad *Contractus* pertinentes. (4)

### CMLXXXIII.

Codex literis Cuphicis deſcriptus, foliiſque conſtans 198. qui ejuſdem Tomum VI. *Commentariorum* in Titulos IX. ejuſdem Codicis complectitur: ubi de Emtione, Venditione & aliis. (5)

### CMLXXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ anni notâ, qui habet folia 186. continens ejuſdem Tomum VII. *Commentariorum* in Codicis *Authentici* Titulos IX. *De Legatis quæ pietatis causâ fiunt*, aliiſque. (6)

### CMLXXXV.

Codex Cuphicis exaratus literis, folia continens omnino 199. in quo habetur ejuſdem Tomus IX. ex ſupra laudatis *Commentariis* in Titulos XI. *De Debitoribus*, *De Teſtamentis*, &c. (7)

### CMLXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis conſtans 182. quo continetur Tomus II. *Commentariorum* Doctoris *Aiadhi* in Codicem Juris *Authenticum* : ubi X. Tituli, nimirum *De Exequiis*, *De Jejunio*,

(1) *Titulus* : ☼ موطاء بن مالـــــــك ☼

(2) *Initium* : ☼ ماجاء في حطبة النســـا ☼
*Finis* : ☼ المراد بذلـــــــــك ☼

(3) *Titulus* : ☼ المدونـــــــــــة ☼

(4) *Initium* : ☼ الشيخ جعل ما يـــــره ☼
*Finis* : ☼ وشاكر احسانـــــــك ☼

(5) *Initium* : ☼ ومن اشترى ابريق فضـة ☼
*Finis* : ☼ فيرجع اليهـــــــــا ☼

(6) *Initium* : ☼ الشيخ وبعضهم يقـــــول ☼
*Finis* : ☼ الثلثين التي وضعهـــــا ☼

(7) *Initium* : ☼ تسمية المريـــــــدان ☼
*Finis* : ☼ جملة بعض الشيـــــوخ ☼

*nio*, *De Voto*, *De Decimis*, *De Sacrificiis*, *De-Bello*, & aliis explanantur. (1)

CMLXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni carens notâ, in quo habentur ejuſdem Scholia in difficiliora atque obſcuriora Codicis *Authentici* loca, hoc titulo: *Animadverſiones* (2).

CMLXXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Tomus II. *De Cauſis forenſibus*, cujus auctor Averroes, nobiliſsimus *Cordubenſis*. Deſcriptus dicitur *Turiaſone*, in *Mahometanorum Vico*, anno ſcilicet Egiræ 870. feriâ 5. die 20. menſis Dilcada, quæ, ut ex Codicis notâ liquet, incidit in diem 3. Julii Æræ Chriſtianæ 1465. (3)

2.° Ejuſdem Tomus III. anno proximè memorato deſcriptus feriâ 7. die 27. menſis Dilhagia, id eſt 9. Auguſti.

CMLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 813. feriâ 2. die 3. Rabii poſterioris, continens Anonymi Tomum II. *Commentariorum* in Codicem *Authenticum*, titulo *Quæſita* (4): ſubjectis variorum Notis. (5)

Codex *Authenticus*, quem Arabes *Meduana* vocitant, Jus utrumque, *Canonicum* videlicet & *Civile*, ad Africæ & Hiſpaniæ mores accommodatum complectitur. Is, ut ferunt, auctorem habet Malekum Ben Anes, cujus inſtituta & placita Hiſpani, Afrique juxta ſectari ſunt.

CMXC.

Codex literis Cuphicis, iiſque verſicoloribus pereleganter exaratus *Granatæ* anno Egiræ 804. Chriſti 1401. feriâ 1. die 26. Scheuali: quo continetur Codex Juris Hiſpano-Africi, *Authenticus* appellatus, hoc inſignis titulo: *Textus genuinus* (6): quem ad fidem vetuſtiſsimi exemplaris Cordubenſis caſtigavit, reſtituitque Abu Said Khalaph Ben Abilcassem Azadita, Juriſconſultus *Cordubenſis*, anno Egiræ 373.

Tituli autem, quos complectitur, LXXV. omnino ſunt, de utroque nimirum Jure Canonico & Civili: adjectis ad oras Lectionibus variantibus, Notiſque plurimis. (7)

CMXCI.

Codex Cuphicis exaratus literis die 8. Ragebi, anno Egiræ 730. continens alterum ejuſdem Operis exemplar, inferioris tamen notæ.

CMXCII.

Codex nitidis exaratus literis, vocalibuſque animatus, abſque anni nota: quo continetur idem Juris Codex in epitomen contractus à Doctore Khalil Ben Isaac (8) *Hiſpano*, qui anno Egiræ 776. die 13. Rabii poſterioris deceſsit:

(1) *Initium*: يقال الجنازة ۞
*Finis*: في انتخاب الاحكام ۞
(2) *Titulus*: التنبيهات علي مشكلات المدونة ۞
(3) *Initium*: كرا الدرواب ۞
*Finis*: ان ياخذ منه ۞
(4) *Titulus*: مسايل مقطوفة من المدونة ۞

(5) *Initium*: المياة اقسام المطلق ۞
*Finis*: وعلي واسمعيل ۞
(6) *Titulus*: كتاب تهذيب المدونة ۞
(7) *Initium*: هذا كتاب قصدت فيه تهذيب ۞
*Finis*: في التفليس وفي الجمايات ۞
(8) *Auctor*: مختصر المدونة لخليل بن اسحق ۞

ceſsit : ſubjectis ejuſdem Notis, & variorum Scholiis. (1)

## CMXCIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ anni notâ, qui ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit, Anonymi continens *Commentarium* in ejuſdem Codicis Titulos VII. videlicet *De Emtione*, *De Pignore*, *De Tranſactione*, *De Locationibus*, *De Diviſionibus*, *De Teſtamento*, *De Adulterio*.

## CMXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, & fine, & anni notâ deficiens, in quo habetur Anonymi Commentarius in ſupra laudatum Codicem *Authenticum*, *Expoſitio Medvanæ* (2) inſcriptus.

## CMXCV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notâ, continens Tomum I. *Commentariorum* in Codicem Doctoris *Abu Haniphæ* : auctore *Abulhassam Ali Ben Mohamad Albezdavi* (3), ex loco *Bezda* in *Tranſoxana*, ubi ſcriptis clarus obiit anno Egiræ 482. adjectis, ſubjectiſque Notis plurimis. (4)

## CMXCVI.

Codex exaratus anno Egiræ 741. Chriſti 1340. feriâ 1. die 21. Scheuali, in quo alterum ejuſdem *Commentariorum* exemplar.

## CMXCVII.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* die 3. Schabani, anno Egiræ 739. continens Tomum I. *Commentariorum* in Jus Canonicum, ad mentem Doctoris *Albokhari*. Auctor *Nasseredinus Abulabbas Ahmad Ben Alamin Abulmoali* (5), nobilis *Cordubenſis*. (6)

## CMXCVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 835. Chriſti 1431. feriâ 6. die 23. Rabii poſterioris, complectens ejuſdem Tomum III. ex *Commentariis* ſupra laudatis, qui de ſacris Mahometanorum Ritibus agit. (7)

## CMXCIX.

Codex nitidè exaratus die 17. Ragebi, anno Egiræ 650. quo continetur Tomus IV. *Commentariorum* in Jus Canonicum Doctoris *Albokhari*, quod *Legum Collectio* (8) vocitari ſolet. Auctor eſt *Magededdinus Abulsaadat Ben Mohamad Ben Abdelkarim*, qui obiiſſe traditur anno Egiræ 605. (9)

## M.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notâ, continens Tomum IV. *De Jure Canonico* ad mentem Doctoris *Albokhari* : cujus auctor inſignis Juriſconſultus, no-

(1) *Initium* : فقد سالني جماعـــــة ۞
*Finis* : او نبتت لحية او ثدي او حصل حيض ۞
(2) *Titulus* : شرح المدونـــــة ۞
(3) *Auctor* : شرح كتاب الفقه الكبير لابي حسن علي بن محمد البزدوي في الاصول ۞
(4) *Initium* : العلم نوعـــــان ۞
*Finis* : او يضمن الجـــــزا ۞
(5) *Auctor* : شرح نصر الدين ابو العبـاس احمد بن الامين ابي المعالي ۞
(6) *Initium* : فالسنة هي الجنة الحصينة ۞
*Finis* : في حين الهفـــــوات ۞
(7) *Initium* : كتاب الجمعـــــة ۞
*Finis* : من فايدة زايـــــدة ۞
(7) *Auctor*: ابو العباس بن محمد الشماع ۞

(8) *Initium*: ۞ فلما كان بيان
*Finis*: ۞ الكلامين تقتري

(9) *Titulus*: ۞ جمع الجوامع

(10) *Auctor*: لابي بقا محمد بن عبد الوهاب السبكي ۞

(11) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد المقري التلمساني ۞

(12) *Titulus*: كتاب المعيار المغرب عن فتاوي علما افريقية والاندلس ۞

(13) *Auctor*: تاليف ابي العباس احمد بن يحيي بن علي الونشريسي ۞

(14) *Initium*: ۞ سبل شيخ شيوخنا
*Finis*: ۞ المنطيقي والهندسي

(15) *Initium*: ۞ وسيل الفقيه الامام
*Finis*: ۞ في مثل هذا البيان

que poſtremus, qui, ut ex auctoris Prologo apparet, abſolutus eſt anno Egiræ 901. feriâ 1. die 29. menſis Scheuali. (1)

### MCXXXIX.

Codex non una manu exaratus, anni carens notâ. Ibi *Commentarius* occurrit in *Inſtitutiones Juris* celeberrimi Doctoris *Ben Alhagebi*, ſæpiùs memorati: auctore *Ahmad Alasphani*.

### MCXL.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 1001. die 26. Ragebi, quo continetur in ejuſdem *Ben Alhagebi Juris Inſtitutiones* Commentarius, cui titulus *Curioſi viri Deſiderium* (2): auctore *Abdalla Ben Mohamad Ben Zakri* (3) qui *Granatæ* ſcripſit, ibidemque claruit anno Egiræ 838.

### MCXLI.

Codex nitidè exaratus die 15. Rabii prioris anno Egiræ 1003. quo continentur:

1.° Doctoris *Altaphtazani* Commentarius in *Opera Canonica* Antiſtitis *Alnasaphi*.

2.° *Diſputandi Methodus* ſummi Philoſophi *Alsamarcandi*: accedunt Doctoris *Masudi* Notæ.

### MCXLII.

Codex nitidè exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 782. complectens in ejuſdem *Alnasaphi Opera Canonica* Commentarium Doctoris *Abdalla Ben Ahmad Ben Mahmud Abulbarkat*, qui *Monumentorum Theſaurus* (4) inſcribitur, *Hanaphiticæ* Scholæ placitis congruentem: adjectis ad oras variorum Notis.

### MCXLIII.

Codex exaratus die 14. Ramdani, anno Egiræ 965. in quo habentur:

1.° Anonymi *Commentarius* in eadem *Opera Canonica Alnasaphi*, cum variorum Notis.

2.° Anonymi *Commentarius* in Opus Doctoris *Razæi* Theologicum *De Deo uno, ejuſque Attributis*.

Is autem Codex ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

### MCXLIV.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 953. feriâ 5. die 15. Gemadi poſterioris, in quo habentur utriuſque Juris Inſtitutiones, titulo *Legis Fundamenta* (5): auctore *Tageddino Abulbaca Bahram Ben Abdalla Ben Abdelaziz Ben Omar Ben Avadh Aldemairi* (6), qui ſe id operis anno Egiræ 792. feriâ 5. die 29. Schabani conſummaſſe profitetur. (7)

### MCXLV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 896. horis meridianis feriæ 1. die 4. Rabii poſterioris, continens Tractatum de officio Judicis cauſarum criminalium, in partes IV. tributum, inſcriptumque *Admonitiones & Documenta*. Hujus auctor *Abu Abdalla Mohamad*

(1) *Initium*: سبيل الاستناد ۞
*Finis*: والتعرض له هو الجواب ۞
(2) *Titulus*: بغية الطالب ۞
(3) *Auctor*: شرح عبد الله بن محمد الزكري ۞
(4) *Titulus*: كنز الدقائق في الفقه ۞

(5) *Titulus*: كتاب قواعد السنة ۞
(6) *Auctor*: تاليف تاج الدين ابو البقا بهرام بن عبد الله بن عبد العزيز بن عمر بن عوض الدميري ۞
(7) *Initium*: الماء المطلق ۞
*Finis*: على ذلك واضحا ۞

*mad* Ben *Abdalla*, vulgò *Almoknasi*, domicilio *Granatenſis*, idemque Judex primarius. (1)

## MCXLVI.

Codex pereleganter exaratus, anni carens notâ, quo continetur Opus de præcepto *Precationis*, ejuſque conditionibus, hoc titulo: *Virorum piorum Inſignia* (2). Ibi Preces occurrunt non paucæ quas verus quiſque Mahometanus ad ſingulos ſive diei, ſive noctis actus adhibeat: auctore *Abu* Zacharia *Mohieddino*, vulgò *Alnavi*, celeberrimi apud Arabes nominis Doctore, qui manum operi admovit anno Egiræ 666. feriâ 5. die 25. Ramdani.

In extremo Codice Auctoris Vitam, ſcriptorumque Indicem legere eſt.

## MCXLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, alterum complectens ejuſdem Operis exemplar.

## MCXLVIII.

Codex nitidè exaratus die 7. Schabani, anno Egiræ 665. in quo habentur videlicet:

1.° Doctoris Scharapheddini, vulgò Ebn *Altelmasani*, Commentarius in Opus *De Jure Canonico* Doctoris *Abulmoali*, maximi utriuſque Templi *Mecani* & *Medinenſis* Antiſtitis, titulum præ ſe ferens *Expoſitio, ſive Specimen Juris*. (3)

2.° Inſtitutiones Juris Canonici, *Titulorum Nucleus* (4) inſcriptæ, auctore Schehabeddino *Ahmad* Ben Edris *Alcaraphi*.

## MCXLIX.

Codex exaratus die 4. menſis Schabani anno Egiræ 995. complectens *Commentarium* in Librum *De Jure Canonico*, Antiſtitis videlicet *Abulmoali*: auctore Ebn Cassem *Ahmad* *Abadita* (5).

## MCL.

Codex literis Cuphicis exaratus die 23. Ragebi, anno Egiræ 724. quo continentur:

1.° Opuſculum *De Alimentis quæ vir uxori ſufficere debet*, capitibus XXXIII. comprehenſum: auctore *Abu* Omar Ben Raschic, Juriſconſulto *Hiſpano*. (6)

2.° Juriſconſulti *Abulcassemi* Khalaph Ben *Abi* Fe͏rrs (7) *Cæſarauguſtani* Tractatus *De Nautarum Mercede, ac de Naulo*. (8)

## MCLI.

Codex literis Cuphicis exaratus, foliis aliquot poſtremis mutilus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur Opus critico juridicum de Mahometanorum Legibus, *Titulorum Cenſura* in-

(1) *Initium*: فانني لما دليـــــــت ۞
*Finis*: بتقديم مستادـــــــق ۞
(2) *Titulus*: حلية الابرار وشعـــــار الاخيار ۞
(3) *Titulus*: شرح لمع الدلالة في قواعد السنة ۞
(4) *Titulus*: تنقيح الفصول في علـــــم الاصول ۞
(5) *Auctor*: شرح ورقات لابن قاســـم احمد العبادي على ابي المعالي ۞
(6) *Initium*: قال ملـــــــك ۞
*Finis*: الطلاق البتـــــــه ۞
(7) *Auctor*: اكرية النوتية لابي القاسم خلف بن ابي فراس ۞
(8) *Initium*: اهدنا الله وايـــــاك ۞
*Finis*: يكثروا على هـــــذا ۞

inſcriptum (1): auctore *Abulualid Solimano Ben Khalaph Ben Said Albagi*, celeberrimo Juriſconſulto, qui, teſte *Ben Pasqual* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, natus in urbe *Badajoz* anno Egiræ 403. deceſsit in urbe *Almería* anno ejuſdem Æræ 474.

## MCLII.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Almería* die 27. Scheuali, anno Egiræ 747. complectens Poëma de Hæreditate, cui titulus *Fontes divites ac perennes* (2), verſibus MCC. comprehenſum, quos omnes & ſingulos Syllaba ما claudit: auctore *Abu Othman Sada Ben Abi Giaphar Ahmad Ben León Altagibi* (3), nobili Juriſconſulto *Cordubenſi*. (4)

## MCLIII.

Codex Cuphicis literis exaratus, abſque anni nota, quo nimirum continetur Opus de univerſo Jure ſecundùm quatuor Scholarum placita, inſcriptum *Liber Syſtematum* (5), ubi multæ proponuntur Quæſtiones atque diſſolvuntur: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Ahmad Almocri Hiſpano*, *Feſſæ* urbis Judice, qui poſtremam operi manum impoſuit feriâ 5. die 1. Ramdani, anno Egiræ 755. (6)

## MCLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 900. foliis conſtans 352. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ. Eo continentur Quæſtiones legales unà cum Doctorum Hiſpanorum Deciſionibus, titulo *Analecta Doctoris Abi Hassan Minoris* (7), cujus nomen integrum *Ali Ben Mohamad Ben Abdelhac Alzeruli*, *Cordubenſis*. Hæc autem ſtudio *Abrahami Ben Helal* in unum collecta atque ordinata prodiere.

## MCLV.

Codex exaratus die 23. Gemadi poſterioris anno Egiræ 994. in quo habentur:

1.° Varia Juris Quæſita in Dialogi morem, Doctoris *Fatheddini Abulphath Mohamad Ben Saied Alnas Alrabii Aliamari*, *Hispani* (8), qui ſeculo Egiræ ſeptimo ſcripſiſſe traditur. (9)

2.° Ejuſdem Bibliotheca Mahometana, *Index* (10) inſcripta, ubi Doctorum libri ad ejus Sectæ dogmata pertinentes recenſentur. (11)

## MCLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 21. menſis Schabani anno Egiræ 807. quo continetur Opus de Jure Canonico Co-

(1) *Titulus*: احكام الفصول فـــي احكام الاصول ۞
(2) *Titulus*: السلسل الفايض في علـــم الفرايض ۞
(3) *Auctor*: نظم ابي عثمان سعدا بـــن ابي جعفر احمد بن ليون التجيبي ۞
(4) *Initium*: فالارث اخذ الحـــي ۞
*Finis*: خلل بها او سلمـــا ۞
(5) *Titulus*: كتاب القواعـــد ۞
(6) *Initium*: قصدت الـــي ۞
*Finis*: تكون باضدادهـــا ۞

(7) *Titulus*: & *Auctor*: الدر النثير علي اجوبة الشيخ ابي حسن الصغير ۞
(8) *Auctor*: الجواب علي الاسيلة فـــي الفقه لفتح الدين ابو الفتح محمد بـــن سيد الناس الربعي اليعمري الاندلسي ۞
(9) *Initium*: ما يقول سيدنـــا ۞
*Finis*: تعين قوله ونحوهـــا ۞
(10) *Titulus*: فهرســـة ۞
(11) *Initium*: فلما تفضل اللـــه ۞
*Finis*: مات سنة احدي وسبعمايـــة ۞

*Hiſpano*, quod *Rei expetitæ Adeptio* (1) inſcribitur: auctore *Ali Ben Sad Ben Mohamad Ben Mohareb Alkhazami Accitano* (2), qui Juris ſcientiâ claruit anno Egiræ 663. (3)

## CMLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, cùm anni notæ, tùm finis expers, continens Juris Deciſiones ad Matrimonium ſpectantes, quas olim edidit *Abu Abdalla Mohamad Ben Sahnun* (4), antiquiſſimus Juriſconſultus, qui Juris Pandectas ex Oriente allatos primus omnium, ut ferunt, in Hiſpaniam invexit, eorumque ſtudium ibidem omnino promovit.

## MCLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 3. Gemadi poſterioris anno Egiræ 933. foliis conſtans 231. in quo habetur Opus, *Libellus Memorialis* (5) inſcriptum: ubi tabulas, actaque publica ad Tabellionum Hiſpanorum uſum conficiendi ratio traditur. Auctor eſt (6) *Abu Abdalla Mohamad Ben Ahmad Ben Abdelmalek*, *Judex*, *Hispanus*, *in Castella natus* (7).

## MCLIX.

Codex literis Cuphicis exaratus in urbe *Guadix* die 28. Rabii poſterioris anno Egiræ 820. foliis conſtans 155. ubi *De Juriſprudentia* Carmen occurrit, cujus auctor *Abu Giaphar Mohamad Granatensis* (8), Juriſconſultus inſignis, idemque Poeta diſertiſſimus. Is ſcripſit anno Egiræ 790.

## MCLX.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 677. Chriſti 1278. feriâ 7. die 24. Saphari, Tractatum complectens de Tributis & Vectigalibus, qui *Liber Redituum Regis* (9) inſcribitur, in capita XV. diſtributum: ubi Annonæ immunitatem à vectigali Mahometana lege ſancitam eſſe aſſerit *Abu Giaphar Ben Nasser Alravadi Cordubensis* (10), graviſſimus Juriſconſultus; idemque præterea ſubjungit Piſcationem, Venationemque minimè prohibendam; Chriſtianos Mahometanorum imperio ſubjectos bona poſſidere, templa habere poſſe, &c. (11)

## MCLXI.

Codex exaratus die 5. menſis Dilcada, anno Egiræ 734. continens Commentarium in Inſtitutiones Juris Doctoris *Albidhavi*, cui titulus *Via Regia*: auctore *Alsaied Alebri* (12).

Co-

(1) *Titulus*: تحصيل البغية في شرح الغنية ۞

(2) *Auctor*: تاليف علي بن سعد بن محمد بن محارب الخزامي الوادي اشي ۞

(3) *Initium*: نصرنا الله لاعمال ۞
*Finis*: مما افضى اليه الاجتهاد ۞

(4) *Titulus*: كتاب الاجوبة للفقيه ابي عبد الله محمد بن سحنون ۞

(5) *Titulus*: تذكرة في علم الوثايق ۞

(6) *Auctor*: تاليف القاضي ابي عبد الله محمد بن احمد بن عبد الملك القشتالي الاندلسي ۞

(7) *Initium*: فقد وقفت علي ۞
*Finis*: ان يظهره وينشره ۞

(8) *Auctor*: نظم ابي جعفر محمد الغرناطي ۞

(9) *Titulus*: كتاب الاموال ۞

(10) *Auctor*: تاليف ابي جعفر بن نصر الروادي القرطبي ۞

(11) *Initium*: قال الله الاموال بغير حق محرمات ۞
*Finis*: عليهما الاملاك ۞

(12) *Auctor*: السيد العبري ۞

## MCLXII.

Codex Cuphicis deſcriptus literis die 28. Schabani, anno Egiræ 877. in quo nempe habentur:

1.° Doctoris *Ebn Alarbi*, celebris Juriſconſulti *Hiſpani*, Tractatus *De Legibus*, expers initii.

2.° *Bibliotheca Traditionum*, ſive *Collectio Canonum*, per literas diſpoſita, quam olim *Abulbaca Abdalla Ben Alhassain Alakiravi* (1) publicavit.

3.° Ejuſdem argumenti Opuſculum clariſsimi viri *Abu Abdalla Mohamad Ben Ahmad Marzuc Altalmasani*, nobis aliàs memorati, quod inſcribitur *Lumen Fidei.* (2)

## MCLXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notâ, qui Compendium Juris Civilis exhibet omnium, quæ hactenus prodiere, præſtantiſsimum, ut ex Doctorum cenſuris extremo Codici appoſitis omnino patet. Auctor eſt *Mohamad Ben Omar Akhsiketi* (3), gente *Perſa*, ex urbe *Akhſiket* ditionis *Farganæ*, de qua videſis Golium in *Notis ad Alferganum*, *pag.* 168. adnexis in idem Compendium Commentariis Doctoris *Abdelazizi Ben Ahmad Ben Mohamad Bokharenſis.*

## MCLXIV.

Codex nitidè exaratus die 21. Rabii prioris anno Egiræ 737. quo continetur Tomus II. Operis *De cauſis Religionis cognoſcendis*, auctore *Abu Hassan Ali Ben Abi Ali Amidensi* (4), *Aſſyrio*: à quo Tomus hic abſolutus eſt anno Egiræ 620. Chriſti 1223. feriâ 1. die 5. Schabani. (5)

## MCLXV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 11. Dilcada, anno Egiræ 714. complectens Mahometani Juris Inſtitutiones titulum præ ſe ferentes *Tyronum Inſtitutio* (6), auctore (7) *Abeluahab Ben Ali Ben Nasser Bagdadensi.* (8)

## MCLXVI.

Codex nitidè exaratus, anni carens notâ, in quo nimirum Quæſtiones habentur plurimæ ad utrumque Jus pertinentes, quas olim *Abu David Salomon Ebn Alaschat segestanus* (9) præceptori ſuo *Ahmedo Ben Hanbal* ſolvendas propoſuit.

## MCLXVII.

Codex mutilus, abſque anni nota exaratus, complectens Inſtitutiones Juris Doctoris *Saipheddini Abu Hassan Ali Amidensis*, ſupra laudati, ad Scholæ ſcilicet *Hambalicitæ* dogmata compoſitas, quæ talem præ ſe ferunt titulum: *Legum Ordo & Juriſconſultorum Meta* (10).

Co-

(1) *Auctor*: اعراب الحديث للشيخ ابي البقا عبد الله بن الحسين العكبراوي ۞

(2) *Titulus*: نور اليقين ۞

(3) *Auctor*: تاليف محمد بن عمر الاخسيكتي ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابي حسن علي بن ابي علي الامدي ۞

(5) *Initium*: اما المطلق ۞
*Finis*: لا يخفي علي متاملها ۞

(6) *Titulus*: تلقين المبتدي ۞

(7) *Auctor*: عبد الوهاب بن علي بن نصر البغدادي ۞

(8) *Initium*: الطهارة من الحدث فريضة ۞
*Finis*: وجعل به همة ۞

(9) *Auctor*: مسايل ابي داود سليمن ابن الاشعث السجستاني ۞

(10) *Titulus*: منتهي السالك في رتب المسالك الشرعية ۞

## MCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 619. die 15. Gemadi poſterioris, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur Tractatus, titulo *Liber abſolutus* (1), de Jure Canonico: auctore *Abulcassem Obaidalla Ben Alhassan Ben Alhallab Basrensi* (2).

## MCLXIX.

Codex exaratus die 27. Ramdani, anno Egiræ 792. continens Tomum primum *Collectionis Canonum Sectæ Mahometanæ*. Auctor (3) *Takildinus Mohamad Ben Ali Ben Vahab Alcoschairi Ægyptius*. (4)

## MCLXX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 3. Rabii prioris anno Egiræ 915. complectens Juris Canonici Epitomen hoc titulo inſignem: *Lapidum pretioſorum Collectio* (5), auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Negem Ben Schas Ægyptio* (6).

## MCLXXI.

Codex nitidè exaratus, nullâ anni notâ, continens Doctoris *Althaiebi Compendium Juris Canonici*.

## MCLXXII.

Codex Cuphicis deſcriptus literis, *Tom. I.* abſque anni nota, quo continetur Tomus VI. Operis de Contractibus. Titulus *Juris Scientia*; auctor verò *Abu Baker Ben Mohamad Ben Abdelaziz.*

## MCLXXIII.

Codex exaratus die 8. Ragebi, feriâ 7. anno Egiræ 995. in quo habentur ſcilicet:

1.° Opus de *Meccanæ* Peregrinationis Præcepto, Ritibus & Privilegiis, in VIII. capita diviſum, inſcriptumque *Margaritarum conſertarum Liber* (7): auctore *Schehabeddino Ahmad Ben Hagiar*, qui ſummam operi manum impoſuiſſe traditur in urbe *Mecca* anno Egiræ 956. feriâ 4. die 22. Diicada.

2.° Carmen in laudem Mahometi, cui titulus (8) *Res mira Poëtæ Mohieddini Algazi Alamri Alpharuki.* (9)

## MCLXXIV.

Codex exaratus anno Egiræ 1009. die 29. Gemadi poſterioris, quo continentur:

1.° Anonymi *Juriſprudentia* verſibus conſcripta. (10)

2.° Operis, quod Doctor *Khalil Ben Isaac de Jure Civili* compoſuit, Expoſitio, auctore *Abdelrahman Alagehuri Granatenſi.*

## MCLXXV.

Codex exaratus anno Egiræ 921. fe-



(1) *Titulus*: كتاب التفريغ في الاصول ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو القاسم عبيد الله بن الحسن بن الحلاب البصري ۞

(3) *Auctor*: تقي الدين محمد بن علي بن وهب القشيري المصري ۞

(4) *Initium*: فانه لما كان العلم ۞

*Finis*: خلاف لاصحاب الشافعى ۞

(5) *Titulus*: انظامة عقد الجواهر الثمينة في مذهب عالم المدينة ۞

(6) *Auctor*: لابي محمد عبد الله بن نجم بن شاس المصري ۞

(7) *Titulus*: الجوهر المنظم في احكام الزيارة ۞

(8) *Titulus & Auctor*: المدهشة في المعاني المنعشة لمحي الدين الغزي العمري الفاروقي ۞

(9) *Initium*: عجبا للظبي يصدن ۞

*Finis*: يصدن الاسودا ۞

(10) *Initium*: حكم القضا فرض ۞

*Finis*: للتقي والمغفرة ۞

feriâ 5. die 4. Ramdani: quo continetur Opus anonymum, *Dei Miſericordia & Pietas* (1) inſcriptum, de quatuor Scholarum placitis, earumque inter ſe diſcrepantia & concordia. Quòd verò quatuor Scholarum Principes, *Malekus* videlicet, *Schapheus*, *Hanbalus* & *Abu Hanipha* conſiliis & ſententiis in utroque Jure inter ſe diſsideant: id Mahometani non ſine Dei providentiâ eveniſſe arbitrantur, qui ita hominum libertati pariter ac ſaluti conſultum voluit. (2)

## MCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus ineunte Egiræ anno 992. feriâ 3. die 24. Saphari, complectens varias Preces, Hymnoſque ad Sectæ Mahometanæ conſuetudinem & ritum accommodatos.

## MCLXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo videlicet habentur:

1.° Anonymi Poema *De Hæreditate*, ſive *De erciſcundæ Familiæ cauſis & judicio*, cum Paraphraſi: exaratum die 12. menſis Ramdani anno Egiræ 803.

2.° Poema de Logiſtica & Algebra, inſcriptum *Artis ratiocinativæ Medulla* (3), auctore *Abulabbas Ahmad Ben Abi Abdalla Ben Othman Azadita Cordubenſi*: adjectis in idem Commentariis inſignis Mathematici *Ben Ali Ben David Almosarati Granatenſis*, qui ſeculo Egiræ ſeptimo claruit. Poema verò exaratum fuiſſe conſtat anno Egiræ 803. feriâ 3. die 25. Scheuali.

3.° *Dhialdini Alkhazragitæ* Carmen *De Arte Metrica*, cujus plura ſuo loco exemplaria retulimus.

## MCLXXVIII.

Codex Cuphicis deſcriptus literis die 20. Gemadi poſterioris anno Egiræ 614. initio mutilus, complectens Auctoris incerti Tractatum *De Matrimonio*, ubi de Mulierum ornatu copiosè diſſeritur.

## MCLXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, initio itidem mutilus, qui Collectionem Canonum ad *Precationis* præceptum ſpectantium exhibet.

## MCLXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, continens *Quinque Horarum Canonicarum* Officium, ex ritu nempe Mahometano.

## MCLXXXI.

Codex Cuphicis exaratus literis, & initio & fine mutilus, ubi Anonymi Liber *De Legibus*.

## MCLXXXII.

Codex literis Cuphicis pereleganter exaratus, cùm principii, tùm finis expers, *Juris Diſceptationes* complectens, ac potiſsimùm quæ ad Cauſas forenſes pertinent.

## MCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus, initio mutilus, in quo Anonymi Opuſculum *De Sectæ Mahometanæ Ritibus*.

Co-

(1) *Titulus*: رحمة الامة في اختلاف الايمة ۞

(2) *Initium*: فان معرفة الاجماع واختلاف العلما من اهم الاشيا وذلك امر لازم في حق المجتهد والحاكم ۞ *Finis*: والشافعي ۞

(3) *Titulus*: اللباب في شرح اعمال الحساب ۞

MCLXXXIV.

Codex Cuphicis exaratus literis, quo nimirum continentur:

1.° Tractatus de licita & illicita Negotiatione, in IV. partes diſtributus, titulum præ ſe ferens *Commercii Regulæ & Leges* (1): auctore *Abu Zacharia Jahia Ben Mohamad Ben Alvalid Hiſpalenſi.*

2.° Opuſculum de Politico regimine, in uſus Regum Hiſpaniæ conſcriptum ab *Abulhassano Mohamad Ben Alhassan Alahvazi*, qui filiorum *Alhakemi*, *Cordubæ* Regis, ea tempeſtate moderator, eum Alumnis ſuis Librum dedicavit hoc titulo: *Regum ſtudia atque otia perutilia* (2).

MCLXXXV.

Codex Cuphicis deſcriptus literis *Cairi* anno Egiræ 631. feriâ 1. die 10. Gemadi poſterioris, ubi ſcilicet occurrunt:

1.° Diſſertatio inſcripta *De Interdictione vini* (3), cujus uſum cùm Mahometano Jure ac Doctorum conſenſu, tùm Regum decretis vetitum eſſe contendit ejus auctor *Magedeldinus Abulkhathab Dulnasbain Hiſpalenſis*, ſexti Egiræ ſeculi ſcriptor clariſsimus.

2.° Anonymi Carmen ſatyricum in quemdam Grammatiſtam: ubi ſciolorum jactantiam, temeritatem, impudentiam nativis coloribus ab auctore depictam, veluti præſentem ac ſpirantem aſpicere videaris.

3.° Diſſertatio Doctoris *Magedeldini Abulkhathab*, proximè memorati, de legitima primorum trium Calipharum *Abubakeri*, *Omari*, *Othmani* in Imperium & Pontificatum ſucceſsione: exarata *Cairi* anno Egiræ 628.

MCLXXXVI.

Codex literis Cuphicis deſcriptus, in quo habentur:

1.° Doctoris *Altaphtazani* Epitome *Juris Canonici.*

2.° Doctoris *Abdelrahman Ben Massud Perſæ* Carmen *De Juriſprudentia.*

3.° *Nassireddini Thusæi* Logica, *Solaris* inſcripta.

4.° Opuſculum *De Jure Mahometano*, quod Judex *Abu Baker Alcarini* vulgavit anno Egiræ 650. feriâ 7. die 10. Scheuali.

MCLXXXVII.

Codex exaratus anno Egiræ 959. die 18. Saphari, quo videlicet continentur:

1.° Tractatus de Pœnis, quibus Jure Mahometano ſontes afficiuntur: ubi de Criminum, Pœnarumque ratione uberiùs agit Doctor *Nomatallah Ben Othman Ægyptius.*

2.° *Assiuthæi* confutatio *Millenariorum*, id eſt qui Mundi finem, exacto anno Egiræ milleſimo, prædixerant.

MCLXXXVIII.

Codex deſcriptus anno Egiræ 836. feriâ 3. die 17. Ragebi (lege *Schabani*) fine mutilus, Doctorum Allegationes complectens, quas *Ebn Alhagebus* in opere ſuo *De Juriſprudentia* laudat. Has in epitomen coegit, notiſque locupletavit *Schahabeddinus Ahmad*, vulgò *Ben Hagiar*, id eſt *A Lapide*, *Aſcalonita.*



(1) *Titulus*: التقسيم والتبيين في حكم اموال المستغرقين ۞

(2) *Titulus*: كتاب الفوايد والقلايد في احكام الرياسة وانتظام السياسة ۞

(3) *Titulus*: كتاب توهج الجمر في تحريم الخمر ۞

### MCLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, & initio & ſine mutilus, in quo habetur *Officium Parvum*, earum ſcilicet precum quas Mahometani ſtatis horis recitare pietati ducunt.

## AD JURISPRUDENTIAM PERTINENTES *IN OCTAVO.*

### MCXC.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Tomus III. *Commentariorum* in *Juris Pandectas*, ſecundùm *Malekiticæ* Scholæ dogmata: auctore *Ebn Junes*, Juriſconſulto *Ægyptio*. (1)

### MCXCI.

Codex Cuphicis exaratus literis, verſibus aliquot in fine carens, in quo habetur Tomus primus Commentariorum in Titulos *De Precatione*, ac *Purificatione*, inſcriptus *Adminiculorum Liber* (2). Auctor eſt *Abu Mohamad Abdelvahab Ben Ali Ben Nasser Albalathi Bagdadensis* (3).

### MCXCII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 30. Moharami, anno Egiræ 865. quo continetur Tomus primus *Commentariorum* in *Opera Canonica* Doctoris *Moslemi*: auctore *Abulabbas Ahmad Ben Said Ben Alschath Valentino*. (4)

### MCXCIII.

Codex nitidè exaratus die 20. Schabani, anno Egiræ 780. quo ſcilicet continentur:

1.° Magna *Canonum Collectio* Doctoris *Tarmedi*.

2.° *Parva Canonum Collectio* Doctoris *Sebbki*.

### MCXCIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, in quo habentur videlicet:

1.° Compendium *Juris Canonici* Doctoris *Toletani*.

2.° *Mahometi* ſententiæ & res geſtæ, quas literis mandavit *Abdalla Ben Salam*, Pſeudoprophetæ æqualis, ac ſocius.

### MCXCV.

Codex literis Cuphicis exaratus *Tuneti* anno Egiræ 839. feriâ 3. die 8. Scheuali, in quo habentur Juris Mahometani Pandectæ, ita inſcripti: *Liber utriuſque Juris abſolutiſſimus* (5), auctore *Gemaleldino Abu Amru Othman*, vulgò *Ben Alhageb*, *Alexandrino*, Juriſconſulto celeberrimo, cujus non ſemel ſupra meminimus.

### MCXCVI.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 745. Chriſti 1344. feriâ 2. die 15. Dilhagia, quo ejuſdem *Pandectarum* epitome continetur.

### MCXCVII.

Codex nitidè exaratus die 5. Ramdani,

(1) *Initium*: ۞ وزكاة الماشيـــــــــــــــة
*Finis*: ۞ اسهل من تلك الخطـــــــوة
(2) *Titulus*: ۞ كتاب المعونـــــــــــــــة
(3) *Auctor*: القاضي ابو محمد عبـــــــد
الوهاب بن علي بن نصر البلاطـــــــــي
البغـــــــــــــــــــــــــدادي ۞
(4) *Initium*: ۞ قوله بابا عبد الرحمـــــن
*Finis*: ۞ وفيه بحـــــــــــــــــــث
(5) *Titulus*: كتاب منتها السول والامـــل
في علمي الاصول والجدل ۞

dani, anno Egiræ 858. complèctens Doctoris *Sadeddini Altaphtazani* in ejuſdem *Pandectas* Commentarium.

MCXCVIII.

Codex nitidis exaratus literis, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo ſcilicet continetur alterum ejuſdem *Commentarii* exemplar.

MCXCIX.

Codex exaratus die 19. Rabii prioris anno Egiræ 873. complectens in ejuſdem *Pandectas* Commentarium Doctoris *Mahmud Ben Ahmad Hiſpahanenſis*, qui opus abſolvit die 5. Gemadi prioris anno Egiræ 727. (1)

MCC.

Codex exaratus die 15. Scheuali, anno Egiræ 734. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, continens in ejuſdem *Pandectas* Commentarium, auctore *Alhassan Ben Mohamad Niſaburienſi.* (2)

MCCI.

Codex exaratus die 19. Saphari, anno Egiræ 739. continens *Commentarium* in Opus *Juris Canonici* Doctoris *Albeidavi*, auctore *Giarburdi*: adjectis ad oras Notis. (3)

MCCII.

Codex diacriticis punctis ubique ferè deſtitutus, exaratus anno Egiræ 997. feriâ 4. die 16. Rabii prioris, quo continentur *Scholia* in *Juris Civilis Inſtitutiones* Doctoris *Ben Alhagebi*, quorum auctor *Mula Mirzagian* (4), gente *Perſa.* (5)

MCCIII.

Codex nitidè exaratus, die 10 Gemadi prioris, anno Egiræ 778. quo continentur:

1.° Opus inſcriptum *Expedita & neceſſaria Legum Explicatio* (6), auctore *Abrahamo Ben Ali Ben Farhun.*

2.° Scriptorum Elenchus, quos laudat in *Juris Mahometani Pandectis Ben Alhagebus*: auctore *Azeddino Mohamad Ebn Abdelsalam Alamui*, qui eorum omnium Vitas, atque ſcripta ibidem quàm diligentiſsimè perſequitur.

3.° Ejuſdem in *Pandectas* Doctoris *Ben Alhagebi Prolegomena*, ubi obſcuriora illorum loca & verba tùm argutè, tùm eruditè dilucidantur.

MCCIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Commentarium in *Ebn Alhagebi Pandectas*, auctore *Gemaleddino Abdalla Alhosaini*, Juriſconſulto *Alexandrino.* (7)

MCCV.

Codex nitidè exaratus, principio, annique notâ juxta carens, in quo Anonymi *Commentarius* in *Ben Alhagebi Pandectas.*

MCCVI.

Codex exaratus anno Egiræ 845; die

(1) *Initium*: ففن ذطابـــــــــــق ۞
*Finis*: لما يتركب فيهـــــــــا ۞
(2) *Initium*: من المعلوم ان العلـــــوم ۞
*Finis*: القضاية بيـــــــــــره ۞
(3) *Initium*: قوله اصول الفقـــــــــه ۞
*Finis*: لا يجب عليـــــــــــا ۞
(4) *Auctor*: حاشية ملا ميرزاجـــــان ۞

(5) *Initium*: من لطف اللـــــــــه ۞
*Finis*: في معرفة هذا الحكـــــم ۞
(6) *Titulus*: تسهيل المهمات في شـــرح جامع الامهات ۞
(7) *Initium*: فان مختصر الامـــــــام المحقق ۞
*Finis*: المنســـــــــــــوخ ۞

die 14. Gemadi prioris in urbe *Tripoli Syriæ*, quo nimirum continentur:

1.° Tractatus de Regulis Juris, necnon de Legibus in Cauſis forenſibus ſervandis, titulo *Liber Criticus* (1): auctore *Badreddino Alzarkaschi*.

2.° Anonymi Opuſculum de Orationis Particulis, in partes VII. digeſtum, cui titulus *Excerpta ſelectiſsima* (2).

MCCVII.

Codex luculenter exaratus, omiſsâ prorsùs anni notâ, quo continetur Doctoris *Albeidavi* Opus *De Jure Mahometano*: ubi communia hujus loca, unde Deciſiones legales, Decreta, atque Argumenta ipſa depromenda, deſignantur.

MCCVIII.

Codex exaratus *Bagdadi* anno Egiræ 738. Chriſti 1337. horis veſpertinis feriæ 5. die 19. Schabani, complectens Commentarium in proximè memorati Doctoris *Albeidavi* Opus *De Jure Mahometano*, cui titulus *Lucerna ardens* (3). Ejus auctor *Abulabbas Ahmad Algiarburdi*, ſupra laudatus.

MCCIX.

Codex nitidè exaratus die 19. Scheuali, anno Egiræ 895. qui continet in idem *Albeidavi* Opus *Scholia* Doctoris *Saipheddini Mula Khane* (4).

MCCX.

Codex eleganter exaratus anno Egiræ 878. feriâ 5. die 23. Ramdani: quo continetur in idem Opus inſignis ſanè *Commentarius*, quem clariſsimus Juriſconſultus *Abdelrahim Ben Hassan*, vulgò *Alasnavi*, *Ægyptius*, ex urbe *Aſna*, de qua videſis Leonem Africanum, anno Egiræ 763. edidit. (5)

MCCXI.

Codex exaratus anno Egiræ 717. feriâ 6. die 6. Rabii poſterioris, continens *Commentarium* in idem *Albeidavi* Opus: auctore *Zaineddino Alkhongi*, ſive *Alkhogendi*, *Perſa*. (6)

MCCXII.

Codex nitidè exaratus, & anni notâ & fine carens, quo continetur in idem *Commentarius* Doctoris *Schamseddini Mohamad Ben Joseph Algezeri Aſſyrii*, ſeptimi Egiræ ſeculi Scriptoris.

MCCXIII.

Codex exaratus die 25. Ramdani, anno Egiræ 799. in quo habetur *Commentarius* in Opus *Adhadeddini Abdelrahman Ben Ahmad Alaiagi*, celeberrimi Juriſconſulti, qui anno Egiræ 756. deceſsit: auctore *Mula Alabhari*. (7)

MCCXIV.

Codex exaratus horis pomeridianis diei 10. Ramdani, anno Egiræ 782. quo continetur *Commentarius* in idem Opus Doctoris *Adhadeddini*: auctore *Massud Ben Omar Altaphtazani*, qui Commentario ſuo poſtremam impoſuit manum *Khuarezmiæ* in Perſidis urbe, die 20. Dilhagia, anno Egiræ 770.

Co-

(1) *Titulus*: كتاب المعتبـــــــر ۞

(2) *Titulus*: الجني الدالي في حـــروف المعاني ۞

(3) *Titulus*: السراج الوهاج في شـــرح المنهاج ۞

(4) *Auctor*: شرح سيف الدين ملا خانة ۞

(5) *Initium*: فان الطلبة لمـــــا راوا ۞
*Finis*: سوا كان مجتهـــدا او لا ۞

(6) *Initium*: فان كتاب منهاج الوصول ۞
*Finis*: بقوله تعالـــــــى ۞

(7) *Initium*: فان شرح المختصـــر ۞
*Finis*: المعونة للرشـــــــاد ۞

## MCCXV.

Codex exaratus die 12. Rabii poſterioris anno Egiræ 914. complectens *Commentarium* in Tractatum *De Jure Civili* Doctoris *Altaphtazani* : auctore *Hassan Gelbi*, genere *Græco*.

## MCCXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo habetur Collectio Canonum Sectæ Mahometanæ, hoc inſignis titulo : *Via patens* (1), cujus auctor *Tageddinus Abi Nasser Abdelvahab Ben Abilhassan Alsobki* : adjectis in eandem Commentariis Doctoris *Kemaleddini Abulmoali Mohamad Ben Abi Schariph Hieroſolymitani*.

## MCCXVII.

Codex exaratus *Cairi* die 12. Dilhagia, anno Egiræ 766. quo continentur:

1.° Commentarius in *Canonum Collectionem* Doctoris *Alsobki* : auctore *Abi Zarca Ahmad Ebn Zaineddino Aracenſi*, à quo opus abſolutum eſſe traditur anno Egiræ 824. horis veſpertinis feriæ 6. die 15. Rabii poſterioris.

2.° Anonymi in eandem *Collectionem* Scholia.

## MCCXVIII.

Codex exaratus ineunte Egiræ anno 866. Chriſti 1461. horis veſpertinis feriæ 1. id eſt feriâ 2. die 1. Moharami. Eo continetur *Commentarius* in *Collectionem Canonum Parvam*, ſive *Pandectas Juris Mahometani* nobiliſsimi Doctoris *Negemeddini Abdelgaphar Ben Abdelkarim Alcazvini*, auctore *Abu Haphs Omaro Ben Nureddino Alansari* (2) : à quo, ut ad Codicis calcem adnotatur, abſolutus eſt anno Egiræ 756. horis matutinis feriæ 2. die 28. Ramdani. (3)

## MCCXIX.

Codex exaratus die 3. Scheuali, anno Egiræ 971. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, qui continet *Commentarium* in *Juris Inſtitutiones* Doctoris *Khalili Ben Isaac*, olim ab *Abdelrahmano Alagehuri Granatenſi* editum.

## MCCXX.

Codex eleganter exaratus, omiſsâ prorsùs anni notâ, continens Tractatum de Precationis præſtantia, utilitate & conditionibus, *Virorum circumciſorum Semitam* (4) inſcriptum : cujus auctor *Schehabeddinus Abulabbas Ahmad Ben Abi Baker Alcastellani* (5), qui, ut *Assiuthæus* in *Bibliotheca Æygptiaca* prodidit, natus eſt *Cairi* anno Egiræ 614. (6)

## MCCXXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo nimirum occurrit Commentarius IV. in Opus *De Jure Mahometano* Doctoris *Ben Abi Zaid Alcairvani*, inſcriptus *Viri curioſi ſufficientia* (7) : auctore *Ali Abulhassan*, qui ſeculo

(1) *Titulus* : الدرر اللوامــــــــــع ۞
(2) *Auctor* : تاليف ابي حفص عمر بــــن نور الدين الانصاري الشافعي ۞
(3) *Initium* : فــتـاب الحاوي الصغيــر ۞
*Finis* : النووي على ذلــــــــك ۞
(4) *Titulus* : مسالك الحنفا الي مشارع الصلاة ۞ .
(5) *Auctor* : تاليف شهاب الدين ابــــو العباس احمد بن ابي بكــــــــر القسطلاني ۞
(6) *Initium* : فان اولي ما جري بــــــــه القلم ۞
*Finis* : في يوم القيمــــــــــة ۞
(7) *Titulus* : كفاية الطالــــــب ۞

lo Egiræ nono claruit. Is in idem Opus Commentarios edidit IV. quorum omnium, quem hoc loco recenſemus, veluti ſumma eſt.

## MCCXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, duobus in fine foliis à Librario, ut videtur, omiſsis: in quo quidem Opus invenias *De Hæreditate* longè celeberrimum, auctore *Schehabeddino Abulabbas Ahmad Ben Alhaiem Ægyptio*: adjectis eruditis ejuſdem Notis.

## MCCXXIII.

Codex Cuphicis exaratus literis die 1. Moharami, ineunte anno Egiræ 851. complectens Quæſtiones ad *Emptionem* & *Venditionem* pertinentes Doctoris *Abu Jahia Ben Giamat Tunetani*: quibus ſua adjecit Scholia *Abulabbas Ahmad Ben Cassem Alkhazami*, nuncupatus *Alcabab*. (1)

## MCCXXIV.

Codex exaratus die 17. feriâ 6. Saphari, anno Egiræ 898. in quo habentur videlicet:

1.° Opus de Jure Canonico, *Unio ſingularis* (2) inſcriptum: auctore *Abulhassano Nureddino Ali Alschadeli* (3) *Cairenſi*, qui ſummam operi manum impoſuit die 17. Ramdani, anno Egiræ 897. (4)

2.° *Avicennæ* Explanatio duarum Suratarum, ſeu Capitum *Alcorani*.

3.° Explanatio trium ejuſdem Suratarum à Doctore *Abulhassan Abrahamo Abu Baker Albacai Syro*.

4.° Quæſtiones LX. ad Jus Canonicum pertinentes, cum Notis Doctoris *Abulhassani Ali Ben Mohamad Ben Ali Almahali*, à quo liber hic abſolutus eſt anno Egiræ 879. Chriſti 1474. feriâ 7. die 16. Rabii prioris.

5.° Ejuſdem Libellus de Peregrinatione Meccana, *Ritus Sacri* (5) inſcriptus.

## MCCXXV.

Codex nitidè exaratus, & anni notâ & fine carens, in quo habetur Tractatus de Cæremoniis, ſeu de Legibus quæ ad *Potum*, *Cibum*, *Veſtitum* maximè ſpectant: auctore *Abu Baker Ben Mahmud*, Juriſconſulto *Granatenſi*.

## MCCXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Commentarium in Poema Doctoris *Aracensis* de Juris Canonici Inſtitutionibus, *Alphia* nuncupatum, cujus haud pauca exemplaria ſupra retulimus. Auctor Commentarii *Abulhassan Abrahamus Abu Baker Albacai*.

## MCCXXVII.

Codex non una manu exaratus die 5. Schabani, anno Egiræ 970. quo continetur *Juriſprudentiæ Compendium*, auctore (6) *Abdelcavi Solimano Bagdadensi*. (7)

Co-

(1) *Initium*: فاني لما رايت الحاجة ۞
*Finis*: غير معتاد ۞

(2) *Titulus*: العقد الفريد في احكام التقليد ۞

(3) *Auctor*: تاليف ابي الحسن نور الدين علي الشاذلي ۞

(4) *Initium*: فهذا تاليف وسمته ۞
*Finis*: جيد في هذا المعنى ۞

(5) *Titulus*: اداب الحج ۞

(6) *Auctor*: تاليف عبد القوي سليمان البغدادي ۞

(7) *Initium*: اصول الفقه ۞
*Finis*: اهملنا ذكره اختصارا ۞

## MCCXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 761. feriâ 7. die 14. menſis Saphari: in quo Juris Mahometani exhibentur Inſtitutiones, titulo *Singularis ac brevis Explanatio* (1), auctore SCHAMSEDDINO *ABV ABDALLA MOHAMAD BEN ABILCASSEM BEN ABDELSALAM*, vulgò BEN GIOMAIL, *TVNETANO* (2), domicilio *Cairenſi*. (3)

## MCCXXIX.

Codex anno Egiræ 993. feriâ 4. die 19. Ragebi deſcriptus, in quo nimirum occurrunt:

1.° Commentarius in *Inſtitutiones Juris Mahometani* Doctoris *ABDELMALEKI*, vulgò *ABVLMALI*, inſcriptus *Oculorum Acies* (4): auctore *MOHAMAD BEN MOHAMAD ABDELRAHMAN ALKHATHAB* (5), qui Commentarium ſuum perfecit *Meccæ* anno Egiræ 953. feriâ 2. die 10. Saphari.

2.° In eaſdem *Inſtitutiones* Commentarius Doctoris *EBN AMAM ALKAMELIAT* (6).

3.° Ejuſdem operis Explanatio, auctore TAGELDINO *ALCALAI* (7). Libellus autem hic exaratus eſt anno Egiræ 991. feriâ 1. die 9. Schabani.

4.° Anonymi Compendium Juriſprudentiæ, cui titulus (8) *Cognitio Juris.* (9)

## MCCXXX.

Codex Cuphicis exaratus literis, quo continentur:

1.° Juriſprudentiæ Compendium, quod ſtudio & operâ *ABV ISAACI ABRAHIM BEN ALI Schirazitæ* prodiit anno Egiræ 468. (10)

2.° Anonymi Opuſculum, cui titulus (11) *Excerpta Juris ex Libris ALGAZELI*. (12)

Id autem abſolutum eſt die 13. Dilhagia, anno Egiræ 552. deſcriptum verò die 10. Ragebi, anno ejuſdem Æræ 606.

## MCCXXXI.

Codex nitidè exaratus, in quo ſcilicet habentur:

1.° *Traditiones* Doctoris *SCHAHABELDINI AHMAD BEN HAGIAR Aſcalonitæ*: liber exaratus in urbe *Alepo* die 1. menſis Dilhagia, exeunte anno Egiræ 803.

2.° *Traditiones* Doctorum aliquot Mahometanorum, olim ab Academia tùm *Alepina*, tùm *Damaſcena* comprobatæ, anno videlicet Egiræ 836. feriâ 3. die 6. Dilcada, & rursùs anno 884. feriâ 1. die 28. Rabii poſterioris.



(1) *Titulus*: السهل البديع في اختصار التفريع ۞

(2) *Auctor*: شمس الدين ابو عبد الله محمد بن ابي القاسم بن عبد السلام التونسي ويشهر بابن جميل ۞

(3) *Initium*: يجب لكل متوضي ۞ *Finis*: باذا فصب عليه ۞

(4) *Titulus*: كتاب قرة العين بشرح ورقات امام الحرمين ۞

(5) *Auctor*: محمد بن محمد عبد الرحمن الخطاب ۞

(6) *Auctor*: شرح ابن امام الكاملية ۞

(7) *Auctor*: شرح تاج الدين الفلاعي ۞

(8) *Titulus*: معرفة اصول الفقه ۞

(9) *Initium*: هذه ورقات قليلة ۞ *Finis*: فله اجر واحد ۞

(10) *Initium*: سالني بعض اخواني ۞ *Finis*: اولي لانها اقوي ۞

(11) *Titulus*: تذكرة من كتاب الغزالي ۞

(12) *Initium*: فان غرضي في هذا الكتاب ۞ *Finis*: التتميم والتكميل ۞

## MCCXXXII.

Codex die 6. Rabii prioris anno Egiræ 894. deſcriptus, quo nimirum continentur:

1.° *Commentarius* in Opus *De Jure Canonico* Doctoris *Algiorgiani* : auctore *Aphdhaleldino Haſſanita.*

2.° In idem *Scholia* Doctoris Gialabi.

## MCCXXXIII.

Codex non una manu exaratus, abſque anni nota, Compendium utriuſque Juris complectens, cujus inſcriptio *Legum Hortus* (1). Auctor *Abu Mohamad Abdalla Ben Codamah Hieroſolymitanus* & Scholæ *Hambaliticæ* Doctor.

## MCCXXXIV.

Codex nitidè exaratus die 12. Saphari, anno Egiræ 902. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Tractatus de ſacris Mahometanorum Ritibus, in partes II. diſtributus, inſcriptuſque *Rerum neceſſariarum Notitia* (2) : auctore Schahabeddino *Abilnagib Abdelcaher Ebn Abdalla Mohamad Alschaherverdi.* (3)

## MCCXXXV.

Codex exaratus anno Egiræ 851. feriâ 7. die 29. Scheuali, continens Opus de Actionibus & Cauſis forenſibus, cui titulus *Judex in Subſelliis edoctus* (4) : auctore Schamseddino *Abu Abdalla Mohamad Ben Caiem Algiuzia* (5) *Damaſceno*, qui ſeculo Egiræ ſeptimo floruit. (6)

## MCCXXXVI.

Codex exaratus *Cairi* die 13. Ramdani, anno ab Egira 713. Canonum Mahometanorum Collectionem complectens, quam olim evulgavit (7) *Takildinus Abi Abdalla Mohamad Ben Ali Ben Vaheb Ben Mothi Alcaschairi.* (8)

## MCCXXXVII.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 869. die 4. Ragebi, continens Tractatum de Juris Canonici Regulis, inſcriptum *Munuſculum Lectori oblatum* (9) : auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Altagibi*, vulgò *Alacabani* (10), à quo Liber abſolutus eſſe traditur die 16. Saphari, anno Egiræ 860.

## MCCXXXVIII.

Codex luculenter exaratus, cùm initio, tùm fine carens, in quo Anonymi Scholia in *Opus Canonicum* egregii Doctoris *Albacai* nobis aliàs memorati.

## MCCXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, & fine

(1) *Titulus* : ۞ كتاب الروضة في الاصول

(2) *Titulus* : ۞ عوارف المعـــــــارف

(3) *Initium* : ۞ قال الله سبحانـــــــه

*Finis* : ۞ القبول فـــــــي الارض

(4) *Titulus* : كتاب اداب القاضي فـــي الحكم ۞

(5) *Auctor* : تاليف شمس الدين ابو عبد الله محمد بن قيم الجوزية ۞

(6) *Initium* : فقد سالت عن الحاكم او الوالي ۞

*Finis* : ۞ بمطلع المدعـــــــون

(7) *Auctor* : تاليف تقي الدين ابي عبد الله محمد بن علي بن وهب بن مطيع القشيري ۞

(8) *Initium* : ۞ فهذا مختصـــــــر

*Finis* : ۞ سموها ترتيـــــــب

(9) *Titulus* : ۞ تحفة النـاظـــــــر

(10) *Auctor* : تاليف ابي عبد الله محمـــد بن محمد التجيبي الشهير بالعقباني ۞

fine & anni notâ defectus, quo continetur Opus de Juriſprudentia, ad mentem Hiſpanorum Juriſconſultorum exactum, titulo *Legum Medulla* (1): auctore SCHAHABEDDINO BEN AHMAD ALSANHAGI, Doctore *Hiſpalenſi*.

MCCXL.

Codex pereleganter exaratus die 16. Gemadi prioris, anno Egiræ 679. in quo habetur Opus quadripartitum de Spectaculis ac Muſices uſu, *Cenſura & Judicium Doctorum* (2) inſcriptum, cujus auctor KAMALEDDINUS ABULPHADHL GIAPHAR BEN THALAB ALADPHAUI (3) ſeveriores Alcorani ſectatores uſum Muſicæ proſcribentes, & dilutis argumentis & allatis rationibus, validè confutat. (4)

MCCXLI.

Codex Cuphicis deſcriptus literis die 14. Ragebi, anno Egiræ 702. in quo habetur Synopſis Juris univerſi Canonici, hoc titulo: *Liber iſagogicus de Doctrina ad fidem, pietatemque pertinente* (5): auctore ABU MOHAMAD BEN ABI ZAID ALCAIRUANI (6) *Africano*, Theologo & Juriſconſulto apud ſuos celeberrimo, qui, teſte AIADH Hiſtoriographo, plus centum de utroque Jure præclara ſanè opera conſcripſit. Is anno Egiræ 386. Chriſti 996. deceſsit. (7)

MCCXLII.

Codex exaratus die 20. Ragebi, anno Egiræ 970. varias complectens Preces ſecundùm Mahometanorum conſuetudinem, auctore MOHAMAD ABULHASSANO ALBEKRI, viro apud ſuos pietate ſpectatiſsimo.

MCCXLIII.

Codex die 2. Saphari, anno Egiræ 1000. deſcriptus, continens *Diurnum*, ac *Nocturnum Officium*, quod ASSIUTHÆUS evulgavit: ubi de Precationis præcepto atque excellentia diſſeritur.

MCCXLIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 973. quo ſcilicet continetur Tractatus de Matrimonio in capita xxv. diviſus, inſcriptuſque *Munuſculum Sponſis oblatum* (8): auctore ABU ABDALLA MOHAMAD ALTEGIANI, qui hoc argumenti genus tùm ſoluta, tùm ſtricta oratione quàm elegantiſsima perſequitur.

MCCXLV.

Codex die 28. Ramdani, anno Egiræ 959. exaratus, in quo alterum ejuſdem operis exemplar, ſed minùs accuratum, occurrit.

MCCXLVI.

Codex exaratus anno Egiræ 558. veſpertinis horis feriæ 7. die 4. Rabii prioris, quo continetur Anonymi Liber *De Pœnis Canonicis*: ubi varia Crimina Jure Mahometano animadvertenda recenſentur.



(1) *Titulus*: تنقيح الفصول في علم الاصول ۞

(2) *Titulus*: كتاب الامتاع باحكام السماع ۞

(3) *Auctor*: تاليف كمال الدين ابو الفضل جعفر بن ثعلب الادفوي ۞

(4) *Initium*: فان احكام السماع ۞
*Finis*: ظهر له الحق ۞

(5) *Titulus*: كتاب المدخل الي علم الدين والديانة ۞

(6) *Auctor*: تاليف ابي محمد بن ابي زيد القيرواني ۞

(7) *Initium*: اعاننا الله واياك ۞
*Finis*: لم يخرج عن جماعتهم ۞

(8) *Titulus*: كتاب تحفة العروس ۞

## MCCXLVII.

Codex exaratus anno Egiræ 884. feriâ 7. die 3. Gemadi poſterioris, in quo habetur Anonymi Tractatus *De Meccanæ Peregrinationis Præcepto* capitibus XXI. comprehenſus. (1)

## MCCXLVIII.

Codex non una exaratus manu, quo videlicet continentur:

1.° Opuſculum *De urbis Meccæ laudibus & privilegiis*, exaratum die 19. Dilcada, anno Egiræ 900. auctore MOHAMAD BEN MOHAMAD ALRAMLI. (2)

2.° Compendium Doctrinæ Mahometanæ, inſcriptum *Dogmata ſexaginta Doctoris* ABULABBAS AHMAD, *Monachi* (3), exaratumque *Meccæ* anno Egiræ 990. feriâ 5. die 10. Rabiipoſterioris.

3.° Opuſculum Doctoris *JAHIA BEN MOHAMAD ALANBABI De Eleemoſynæ præcepto atque utilitate.*

4.° Doctoris *ASSIUTHÆI* Libellus *De Millenariis*, id eſt de iis qui Mahometanam Sectam annos tantùm mille duraturam, iiſque exactis, Antichriſtum venturum aſſerebant: quos ille confutat.

5.° Opuſculum Doctoris *ABI ZACHARIÆ ALNUI De Legibus quas mulieres Mahometanæ in Meccano itinere ſervare debent*: exaratum anno ab Egira 990. feriâ 5. die 17. Rabii poſterioris.

## MCCXLIX.

Codex Turcico ſermone conſcriptus *De Jure Canonico*: ubi & auctoris nomen, & anni notam juxta deſideres.

## MCCL.

Codex Cuphicis deſcriptus literis anno Chriſti 1600. plures Mahometanorum Preces complectens.

(1) *Initium*: ۞ فان الحج الي بيت اللـه
*Finis*: ۞ ترابها شفا من الجـــزام
(2) *Initium*: ۞ اعلم ان الكعبـــــة
*Finis*: ۞ والسلام عليـــــك
(3) *Titulus & Auctor*: المقرمة المعروفة بالستين لابي العباس احمد الزاهد ۞

THEO-

# THEOLOGICI.

## ALCORANUS
## EJUSQUE
## INTERPRETES
### *IN FOLIO.*

### MCCLI.

Codex literis Cuphicis per accurate exaratus die 11. Schabani, anno Egiræ 1028. Chriſti 1618. quo continetur *Alcoranus* & punctis diacriticis, & vocalibus juxta animatus.

Impia Mahometi deliramenta partim literis, partim hominum memoriæ mandata *Abu Bakerus* Calipha in unum volumen, quod *Alcoranum* nuncupavit, congeſſit. Quum autem evectus ad Imperium *Othmanus*, IV. Calipha, variantes lectiones videret; exemplaribus ex illo, qui penès *Haphſam* Mahometi uxorem erat, codice tranſcriptis, atque in diverſas regiones dimiſſis, reliqua omnia è medio ſuſtulit. In iis tamen exemplaribus ſententiæ ſibi invicem paſſim adverſantes occurrunt, quas Mahometani Doctores perperam ac fruſtra conciliare conantur. Adi Elmacini *Saracenicam Hiſtoriam* & Abulphedæ *Annales*, quorum exemplum in Regia Bibliotheca Eſcurialenſi aſſervatur.

### MCCLII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 1016. feriâ 6. die 24. Rabii poſterioris, quo continetur *Alcoranus* omnibus numeris abſolutus.

### MCCLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ prorsùs anni notâ, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, partem *Alcorani* tertiam complectens.

### MCCLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus annò Egiræ 642. Chriſti 1244. feriâ 5. die 9. Moharami, continens in *Alcorani* textum Prolegomena, *Legum Sanctiones* (1) inſcripta: auctore Abu Giapharo Ahmad Ben Ismael Alsaphari (2), magni apud ſuos nominis Doctore. Is de variis Alcorani exemplaribus, necnon de præceptis tàm poſitivis, quàm negativis, quæ ibidem occurrunt, ſibi invicem pugnantibus diſſerit; deinde verò diligentiùs inquirit utrùm Alcorani leges aliis legibus conſuetudine aliqua invectis abrogari poſſint. Sententiam aientem ſequitur auctor cum præcipuis Sectæ Ma-

(1) *Titulus*: كتاب الناسخ والمنسوخ

(2) *Auctor*: تاليف ابي جعفر احمد بن اسمعيل الصفار

Mahometanæ Doctoribus, qui Alcorani Præcepta, non autem Dogmata, abroganda decernunt. (1)

MCCLV.

Codex anni carens notâ, idemque initio & fine mutilus, in quo habetur celeberrimi *Albokhari* in *Alcoranum Commentarius*: cujus Pars I. III. & IV. extant inter Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Codices Arabicos MSS. *Num.* CCLII. CCXLIII. CCXLIV.

MCCLVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni defectus notâ, quo continetur Tomus primus Commentariorum de ratione interpretandi, ritéque legendi Alcorani, titulo *Oceani Rivus* (2), id eſt Epitome uberrimi illius Commentarii, quem auctor ipſe *Athireddinus Mohamad Ben Joseph*, cognomento *Abu Haian* (3), *Oceanum* inſcripſerat. Is Alcorani Interpretum longè eloquentiſsimus, *Granatæ*, auctore *Ebn Alkhathibo* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, natus anno Egiræ 652. multiplici eruditione clarus *Cairi* anno 745. fatis conceſsit. (4)

MCCLVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 815. Chriſti 1412. feriâ 4. die 8. Gemadi poſterioris, foliis aliquot initio mutilus, quo continetur ejuſdem *Commentariorum* Tomus primus, proximè quidem memorato locupletior, non tamen accuratior. Alterum hujus Operis exemplar extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CCLXVII.

MCCLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 814. feriâ 4. die 7. Gemadi prioris, olim Bibliothecæ Granatenſis, in quo ejuſdem *Commentariorum* Tomus tertius & poſtremus occurrit.

MCCLIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, & fine mutilus, complectens Tomum primum Commentariorum in Alcoranum, cui titulus *Leges Alcoranicæ* (5): auctore *Mohamad Abu Bakero Ben Alarbi* (6), *Hiſpano*, in urbe *Almería* nato: cujus obitum laudatus *Ebn Alkhathib* refert ad annum Egiræ 748.

MCCLX.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, quo continetur ejuſdem *Commentariorum* Tomus ſecundus.

Uterque Codex ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

MCCLXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni deficiens notâ, quo continetur Tomus primus Commentariorum in Alcoranum, titulo *Melior* (7), auctore *Abulhassan Ali Ben Ahmad*, vulgò *Alvahedi Nisaburiensi* (8) qui quidem, ut ex ejus

(1) *Initium*: فمن مرسل بنسخة شريعة قد كانت واثبات احري ۞
*Finis*: واهله الطيبين ۞
(2) *Titulus*: النهر الماد من البحر ۞
(3) *Auctor*: اثير الدين محمد بن يوسف ابو حيان ۞
(4) *Initium*: فاني لما صنفت كتابي المسمي بالبحر المحيط ۞
*Finis*: او من يشاء هدايته ۞
(5) *Titulus*: الاحكام ۞
(6) *Auctor*: تاليف محمد ابو بكر بن العربي ۞
(7) *Titulus*: الوسيط ۞
(8) *Auctor*: تاليف ابو الحسن علي بن احمد الواحدي النيسابوري ۞

ejus apparet Vitâ eodem Codice contentâ, ſupremum diem obiit anno Egiræ 468. (1)

## MCCLXII.

Codex nitidè exaratus, fine mutilus, complectens ejuſdem *Commentariorum* Tomum ſecundum.

## MCCLXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, foliis conſtans 275. quo Tomus ejuſdem *Commentariorum* quintus, idemque poſtremus continetur. (2)

## MCCLXIV.

Codex nitidè exaratus *Meccæ* die 1. menſis Ragebi, anno Egiræ 810. in quo ejuſdem *Commentariorum* occurrit *Epitome* (3), quam, lectorum commoditati conſulens, Auctor conficiendam exiſtimavit.

## MCCLXV.

Codex nitidis literis exaratus die 7. Ramdani, anno Egiræ 730. ſed duobus, tribuſve demtis ab initio foliis mutilus, complectens Tomum primum Commentariorum in Alcoranum, titulo *Expoſitionum Selectiora* (4): auctore *Ahmad Ben Amar Ben Abilabbas Murciano* (5), qui ſeptimo Egiræ ſeculo maximè inclaruit.

## MCCLXVI.

Codex nitidè exaratus, & fine & anni notâ deficiens, quo continetur ejuſdem *Commentariorum* Tomus ſecundus.

## MCCLXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 533. feriâ 2. horis meridianis diei 5. menſis Dilcada, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, continens Tomum ſecundum Commentariorum in Alcorani textum, qui *Utilitates* (6) inſcribuntur: auctore *Abilabbas Almocri* (7) *Hiſpalenſi*, qui anno Egiræ 500. diem obiiſſe traditur. (8)

Eorum Commentariorum primus, tertiuſque Tomus deſiderantur.

## MCCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 947. Chriſti 1540. feriâ 1. die 19. menſis Schabani, quo videlicet continentur:

1.° Commentarius in *Alcoranum* bipartitus, hoc inſignis titulo: *Expoſitionum Opes* (9), auctore *Abulabbas Ahmad Ben Abrahim Ben Alzobair Althocphi* (10).

2.° Opuſculum Doctoris *Abi Hamedi Algazeli* de Mahometanorum Dogmatibus, in partes IV. diſtributum, inſcriptumque *Religionis Finis*. (11)

Com-

(1) *Initium*: فان لكل زمن نشـــرا ۞
*Finis*: ومن شر النـــــــاس ۞

(2) *Initium*: تفسير سورة المومـــــن ۞
*Finis*: ذهب او سكـــــــن ۞

(3) *Titulus*: كتاب التوجيـــــــز ۞

(4) *Titulus*: المنتخب من تفسيـــــر القران ۞

(5) *Auctor*: تاليف احمد بن عمار ابـــي العباس المرسي ۞

(6) *Titulus*: كتاب التحصيـــــــل ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابي العباس المقري ۞

(8) *Initium*: القول في قولـــــــه ۞
*Finis*: وعددها تسع وتسعون اية لـــم يختلف فيها ۞

(9) *Titulus*: كتاب ملاك التاويل فـــي تفسير كتاب التنزيل ۞

(10) *Auctor*: ابو العباس احمد بن ابرهيم بن الزبير الثقفي ۞

(11) *Titulus*: كتاب الاقتصاد فـــــي الاعتقاد ۞

3.° Commentariolus in Librum dogmaticum Doctoris *Abu Amri Othmani Althalagi*, *Demonſtrationes* (1) inſcriptum : auctore *Mohamad Ben Abilabbas Alansaræo*, vulgò *Alkhaphaph*, *Hispalensi* (2).

4.° Commentarius in Librum, cui titulus *Præcipui Fidei Articuli* (3) : auctore *Abi Abdalla Mohamad Ben Abi Jacob Alsensui* (4), qui hac ſcriptione Chriſtianos, Judæoſque pariter inſectatur.

## MCCLXIX.

Codex nitidè exaratus die 10. Moharami, anno Egiræ 610. in quo habetur Commentariorum in Alcoranum Tomus primus, *Viatoris Commeatus* (5) inſcriptus : auctore *Gemaleddino Abulpharagi Abdelrahman Ben Ali Ben Algiozi*, *Abu Schalih* dicto (6).

## MCCLXX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota & fine, complectens ejuſdem *Commentariorum* Tomum tertium. Secundus verò & quartus omnino deſiderantur.

## MCCLXXI.

Codex pereleganter exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, quo continetur Tomus Commentariorum in Alcoranum primus, quibus titulus *Patefacta* (7) : auctore *Abu Isaac Abdelkarim Ali Ben Omar Iracensi* (8), qui, ut in fine Codicis legere eſt, hunc ipſum Tomum ſe abſolviſſe profitetur in urbe *Mecca* anno Egiræ 528. Chriſti 1133. horis veſpertinis feriæ 2. die 23. Rabii poſterioris. (9)

## MCCLXXII.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, ejuſdem *Commentariorum* Tomum quartum continens. (10)

## MCCLXXIII.

Codex manu ſanè peritiſsima exaratus *Cairi* die 15. Gemadi poſterioris anno Egiræ 687. in quo habetur eorumdem Commentariorum *Epitoma* (11), quam *Nassereddinus Ahmad Ebn Almonir* (12) anno Egiræ 620. evulgavit. (13)

## MCCLXXIV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 733. Chriſti 1332. feriâ 7. die 4. menſis Saphari, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Tomus Commentariorum in Alcoranum tertius, quibus inſcriptio *Sacrarum Literarum Scientia*

(1) *Titulus* : البرهانيـــــــة ۞

(2) *Auctor* : شرح محمد بن ابي العباس الانصاري الاشبيلي المعروف بالخفاف ۞

(3) *Titulus* : كتاب العقيدة الكبرى ۞

(4) *Auctor* : ابي عبد الله محمد بن ابي يعقوب السنوسي ۞

(5) *Titulus* : زاد المسير في علـــــم التفسير ۞

(6) *Auctor* : تاليف جمال الدين ابـــي الفرج عبد الرحمن بن علي بن الجوزي ابو شليح ۞

(7) *Titulus* : كتاب الكشـــــاف ۞

(8) *Auctor* : ابو اسحق عبد الكريم علي بن عمر العراقي ۞

(9) *Initium* : ثم ان امـــــــلا ۞

*Finis* : الروف الرحيـــــــم ۞

(10) *Initium* : سورة النمـــــــل ۞

*Finis* : ادخلوا الجنة بغير حســاب ۞

(11) *Titulus* : مختصـــــــــر ۞

(12) *Auctor* : ناصر الدين احمد المشهـور بابن المنير ۞

(13) *Initium* : اختصرت في هذا الكتاب الانتصاف ۞

*Finis* : فانه معـــــــــه ۞

*tia* (1). Eorum auctor *Ali Ben Mohamad Albagavi* (2) *Hiſpanus*, in *Baga* oppido natus, Alcorani vetuſtiſsimus, idemque celeberrimus Interpres. (3)

## MCCLXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni carens notâ, quo continetur Tomus *Commentariorum* in *Alcoranum* octavus: auctore *Ebn Athia* (4), qui *Granatæ* natus eſſe traditur anno Egiræ 481. Horum verò Tomi ſunt omnino decem. (5)

## MCCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 605. Chriſti 1208. feriâ 6. die 21. menſis Dilhagia, uno folio ab initio avulſo mutilus, complectens Tomum *Commentariorum* in *Alcoranum* ſecundum, quos doctiſsimus *Alzamkhaschræus* olim evulgavit.

## MCCLXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 606. feriâ 5. die 6. Ramdani, ubi ejuſdem *Commentariorum* Tomus habetur tertius. (6)

Is Codex, perinde ac ſuperior, ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

## MCCLXXVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 830. *Scholia* complectens in ejuſdem *Commentarios* uberrima, auctore (7) *Mohamad Ben Isaad Alsadiki Aldvani.* (8)

## MCCLXXIX.

Codex nitidis literis exaratus, abſque anni nota, quo Tomus continetur primus Commentariorum in Alcoranum Doctoris *Abi Abdalla Mohamad Ben Ahmad Ben Abi Bakeri Alansaræi Alcorthobi* (9), titulo *Collectio Canonum Alcorani* (10). Is *Cordubæ* natus, claritate generis, doctrinæ laude, maxima inter Alcoranicos Enarratores auctoritate quarto Egiræ ſeculo floruit, editiſque pluribus in Alcoranum Commentariis, *Hiſpaniarum Doctoris* cognomentum apud ſuos obtinuit. (11)

## MCCLXXX.

Codex nitidè exaratus *Tripoli Syriæ* anno Egiræ 738. feriâ 5. die 19. Rabii poſterioris, ejuſdem Operis Tomum ſecundum complectens. (12)

## MCCLXXXI.

Codex eleganter exaratus die 16. menſis Saphari, anno Egiræ 846. alte-



(1) *Titulus*: معالم التنزيل ۞
(2) *Auctor*: شرح علي بن محمد البغوي ۞
(3) *Initium*: سورة النحل مكية ۞
*Finis*: وكان غفورا رحيما ۞
(4) *Auctor*: ابن عطية ۞
(5) *Initium*: هذه السورة كلها ۞
*Finis*: الجلال والاكرام ۞
(6) *Initium*: سورة الكهف ۞
*Finis*: مومنا بالمرسلين ۞
(7) *Auctor*: تاليف محمد بن اسعد الصديقي الدواني ۞
(8) *Initium*: قال جار الله العلامة ۞
*Finis*: في نفسها رزق ۞
(9) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن احمد بن ابي بكر الانصاري القرطبي ۞
(10) *Titulus*: جامع أحكام القران ۞
(11) *Initium*: فلما كان كتاب الله ۞
*Finis*: ولذلك سبحانه تعالي اعلم ۞
(12) *Initium*: قوله تعالي ۞
*Finis*: وسياتي لهذا مزيد بيان في الانعام ۞

rum ejuſdem Tomi ſecundi exemplum continens, nonnihil à ſuperiore diverſum.

MCCLXXXII.

Codex exaratus die 15. menſis Scheuali, anno Egiræ 740. quo Tomus ejuſdem Operis tertius continetur. (1)

MCCLXXXIII.

Codex die 3. Dilhagia, anno Egiræ 763. deſcriptus, alterum ejuſdem Tomi tertii exemplum continens.

MCCLXXXIV.

Codex & initio & fine mutilus, complectens ejuſdem Operis Tomum quartum.

MCCLXXXV.

Codex nitidè exaratus, ſed planè mutilus, in quo Tomus ejuſdem Operis quintus exhibetur.

MCCLXXXVI.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 723. feriâ 2. die 7. menſis Saphari, foliis aliquot ab initio avulſis, in quo ejuſdem Operis Tomus ſeptimus.

MCCLXXXVII.

Codex nitidè exaratus, anni notâ & initio defectus, Tomum ejuſdem Operis octavum complectens.

MCCLXXXVIII.

Codex initio mutilus, exaratus die 11. menſis Dilhagia, anno Egiræ 789. in quo Tomus ejuſdem Operis nonus occurrit.

MCCLXXXIX.

Codex luculenter exaratus, abſque anni nota, in quo habetur ejuſdem Operis Tomus decimus. (2)

MCCXC.

Codex initio mutilus, complectens ejuſdem Operis Tomum duodecimum.

MCCXCI.

Codex nitidè exaratus, principio carens, ubi Tomus ejuſdem Operis ſextus decimus occurrit.

MCCXCII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Tomum ſecundum Commentariorum in Alcoranum, titulo *Scholia in Alcorani textum* (3): auctore MOHAMAD BEN AHMAD GELALELDINO ALMOHALI (4), Theologo & Juriſconſulto inſigni, qui, ut ASSIUTHÆUS in *Bibliotheca Ægyptiaca* refert, *Cairi* natus eſt anno Egiræ 791. mortuuſque anno 864.

MCCXCIII.

Codex exaratus *Cairi* anno Egiræ 945. Chriſti 1538. feriâ 3. die 23. Rabii poſterioris, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur eorumdem Scholiorum Supplementum, cui titulus *Paraphraſis Gelalaini* (5), id eſt Commentarius in Alcoranum, quem GELALEDDINUS ALMOHALI atque ASSIUTHÆUS unà compoſuere. Prior Alcorani

(1) *Initium*: سورة النبــــــــــــــا ۞
*Finis*: رواة ابو هريــــــــــــــرة ۞

(2) *Initium*: قوله تعالي طه اختلف العلما في معناه ۞
*Finis*: من احوالهم واعمالهــــــــم ۞

(3) *Titulus*: الاكبل في استنبــــــــاط التنزيل ۞

(4) *Auctor*: تاليف محمد بن احمد جلال الدين المحلي ۞

(5) *Titulus*: تفسير الجلاليــــــــن ۞

rani textum Scholiis, alter uberiori Commentatione illuſtravit.

## MCCXCIV.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 1002. feriâ 5. die 17. Gemadi poſterioris, in quo habetur *Commentarius* in univerſum *Alcorani* textum. Ejus auctor *Abulaith Nasserus Ben Abrahim* (1), *Perſa Samarcandæus*, multiplici tùm doctrina, tùm eruditione clariſsimus.

## MCCXCV.

Codex nitidè exaratus, aureoliſque lineis identidem inſignitus, prætermiſsâ anni notâ, complectens Tomum ſecundum *Commentariorum* in *Alcoranum*, auctore *Saadeddino Altaphtazani*, ſæpe alibi memorato. (2)

## MCCXCVI.

Codex luculenter exaratus, abſque anni nota, quo continetur Doctoris *Albaidhavi Commentarius* in *Alcoranum* locupletiſsimus: opus ſanè ob dictionis elegantiam, exquiſitamque eruditionem eo habitum in pretio, ut Explanatores bene multos invenerit, quos ordine ſuo mox recenſebimus. (3)

Vitam *Albaidhavi* in Codicis fine deſcriptam reperias hiſce verbis:

„ *Nassereddinus Abulkhair Abdalla Ben Omar Alschirazi*, ab oppido *Baidha* (Latinè *Alba*) quod ad urbem *Schirazam* jure pertinet, *Albaidhavi* cognominatus. Hunc *Alasnvi* in *Bibliotheca Doctorum Schapheitarum* auctor eſt, & multiplici doctrina & editis celeberrimis libris inclaruiſſe: quorum è numero ſunt Commentarii in Alcoranum, *Alkaſchaph* dicti; Epitome Juris Civilis; Synopſis inſcripta *Melior*. Supremi Judicis dignitatem in *Schiraza* metropoli obtinuit. Ad hæc addit Prætor *Tageddinus Alsebeki* in *Hiſtoria Doctorum primæ notæ*, illum Theologiam Dogmaticam, cui titulus *Luminum Ortus*, necnon Commentarios in Librum Traditionum, cui titulus *Fax*, conſcripſiſſe: illum denique *Alsalah Aſaphadita* in ſuis *Annalibus* refert obiiſſe anno Egiræ 685. relictis in *Canonum Epitomen*, & Grammaticam Doctoris *Ben Alhagebi*, titulo *Sufficientem*, Commentariis. „ (a)



(a) ناصر الدين ابو الخير عبد الله بن عمر الشيرازي البيضاوي من قرية يقال لها البيضا من معاملة شيراز قال الاسنوي في طبقات الشافعية كان عالما بعلوم كثيرة صنف التصانيف المشهورة منها مختصر الكشاف ومختصر الوسيط في الفقه وتولي قضا القضاة باقليمه وقال القاضي تاج الدين السبكي في الطبقات الكبري صنف الطوالع في اصول الدين وشرح المصابيح في الحديث وقال الصلاح الصفدي في تاريخه توفي سنة خمس وثمانين وستماية وشرح مختصر بن الحاجب في الاصول والكافية في النحو ۞

(1) *Auctor*: تفسير ابو البث نصر بن ابرهيم السمرقندي ۞

(2) *Initium*: هذا قول الجمهور ۞ *Finis*: ان المراد بقلقها ۞

(3) *Initium*: فان اعظم العلوم ۞ *Finis*: التي انزله الله تعالي ۞

## MCCXCVII.

Codex nitidè exaratus, & initio & fine mutilus, complectens ejuſdem *Commentarii* alterum exemplar.

## MCCXCVIII.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota, quo continentur *Annotationes* in ejuſdem Commentarium: auctore SCHEHABEDDINO *AHMAD ALKAZERUNI* (1), *Kazerunæ* in Perſia nato. (2)

## MCCXCIX.

Codex nitidè exaratus, continens Doctoris *ASSAMEDDINI ZADEH* (3) *Scholia* in ejuſdem Commentarium.

## MCCC.

Codex accuratiſsimè exaratus, abſque anni nota, ubi ejuſdem *ASSAMEDDINI* in eundem Commentarium *Scholia* iterum occurrunt. (4)

## MCCCI.

Codex pereleganter exaratus, anni carens notâ, quo ſcilicet continentur locupletes in ejuſdem Commentarium *Notæ* doctiſsimi viri *KAMAL BASCHA ZADEH* (5), qui ſeculo Egiræ nono claruit. (6)

## MCCCII.

Codex nitidis exaratus literis die 29. Gemadi poſterioris anno Egiræ 950. ſecundum continens Tomum *Commentariorum* in *Alcoranum*, quos ad ſententiam Doctoris *ALBAIDHAVI* compoſuit (7) *ZADEH KAMALI*, *BASCHÆ FILIUS*. (8)

## MCCCIII.

Codex nitidè exaratus, præfationis expers, qui ejuſdem Tomi ſecundi exemplum alterum complectitur.

## MCCCIV.

Codex nitidè exaratus die 23. Scheuali, anno Egiræ 982. initio mutilus, quo primus ſcilicet continetur Tomus Doctoris *BADEREDDINI Commentariorum* in ejuſdem *ALBAIDHAVI* opera ad *Alcoranum* pertinentia.

## MCCCV.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 966. Chriſti 1558. feriâ 6. die 22. Gemadi poſterioris, complectens *ASSIUTHÆI Scholia* in ejuſdem Commentarios. (9)

## MCCCVI.

Codex exaratus die 21. menſis Schabani anno Egiræ 997. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo ejuſdem habetur *ASSIUTHÆI* ad Alcoranum *Appendix*. (10)

## MCCCVII.

Codex nitidè exaratus, ſed initio & fine

(1) *Auctor*: شهاب الدين احمد الكازروني ۞

(2) *Initium*: الحمد لله الذي انزل الفرقان ۞

*Finis*: ۞ ينبغي حق الله تعالي ۞

(3) *Auctor*: ۞ شرح عصام الدين زاده ۞

(4) *Initium*: ۞ قوله فتدبري ۞

*Finis*: ۞ بقين لا يلتفت ۞

(5) *Auctor*: حاشية كمال باشا زاده علي البيضاوي ۞

(6) *Initium*: ۞ سورة الانعام مكية ۞

*Finis*: ۞ فليتامل ۞

(7) *Auctor*: ۞ زاده بن كمال باشا ۞

(8) *Initium*: ۞ كهيعص ۞

*Finis*: ۞ قيل ممعن في الجري ۞

(9) *Initium*: ۞ فان التفسير ۞

*Finis*: ۞ كلها موضوع ۞

(10) *Initium*: هذا ما اشتدت اليه حاجة الراغبين ۞

*Finis*: ۞ وهم النصاري ۞

ſine juxta mutilus, ubi ſelectiores occurrunt *Alcorani Sententiæ*, quas idem excerpſit Assiuthæus, copioſaque amplificat eruditione.

## MCCCVIII.

Codex nitidè exaratus, ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinens, in quo Tomus habetur primus Commentariorum in Alcoranum, titulo *Senſus Analogici* (1), quos in ſeptem ſcilicet volumina diſtributos Borhaneddinus Abrahim Ben Omar Albacai (2), natione *Syrus Damaſcenus*, vir doctiſsimus, anno Egiræ 875. ſe abſolviſſe teſtatur. (3)

Hujus autem Operis fragmentum reperias in Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis Codice Arabico MS. *Num.* CCLXVI.

## MCCCIX.

Codex nitidis exaratus literis, omiſsâ prorsùs anni notâ, ejuſdem Tomum *Commentariorum* tertium complectens. (4)

## MCCCX.

Codex pereleganter exaratus die 26. menſis Dilhagia, anno Egiræ 970. in quo ejuſdem *Commentariorum* Tomus quintus occurrit. (5)

## MCCCXI.

Codex luculenter exaratus anno Egiræ 973. horis pomeridianis feriæ 4. die 14. Rabii poſterioris, quo ejuſdem *Commentariorum* Tomus ſeptimus continetur. (6)

In extremo Codice Auctoris ipſius manu conſcriptum legitur: *Id operis à me anno Egiræ 861. inchoatum, anno tandem 875. feriâ 3. die 7. menſis Schabani, Deo juvante, perfeci.*

## MCCCXII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 961. die 1. Rabii prioris, complectens Tomum primum Commentariorum in Alcoranum, hoc inſigni titulo: *Lumina Libri è cælo delapſi* (7), auctore Abulsaud.

## MCCCXIII.

Codex non una manu deſcriptus, quo nimirum continentur:

1.° *Commentarius* in *Alcoranum*, auctore Mula Saadi Gelbi (8).

2.° *Quæſtiones* in *Alcoranum* variæ doctiſsimi viri Abu Haphs Omari Alsaadi, vulgò, Ebn Alphardi (9), qui ſexto Egiræ ſeculo inclaruit: opuſculum anno Egiræ 979. feriâ 5. die 20. Gemadi poſterioris exaratum.

3.° *Scholia* in Commentarios quos in *Alcoranum* compoſuit Doctor Albaidhavi, ſupra laudatus: auctore Mahmud Ebn Hossain Alkilani Alsadeki (10).

## MCCCXIV.

Codex nitidè exaratus die 18. menſis

(1) *Titulus*: المناسبـــات ۞

(2) *Auctor*: تاليف برهان الدين ابرهيـــم بن عمر البقاعي ۞

(3) *Initium*: هذا كتاب عجـــاب ۞
*Finis*: والهداية والســـراد ۞

(4) *Initium*: سورة هـــود ۞
*Finis*: الموافق للصـــواب ۞

(5) *Initium*: سورة الفرقـــان ۞
*Finis*: كل شي منه وختامـــه ۞

(6) *Initium*: سورة المنافقيـــن ۞
*Finis*: ولازمته النعمـــا ۞

(7) *Titulus*: كتاب انوار التنزيـــل ۞

(8) *Auctor*: شرح مولا سعدي جلبـــي ۞

(9) *Auctor*: ابو حفص عمر السعدي ابن الفرضي ۞

(10) *Auctor*: محمود ابن حسيـــن الكيلاني الصادقي ۞

ſis Scheuali anno Egiræ 895. quo continetur *Commentarius* in *Alcoranum*, preſſo, elegantique ſtylo elaboratus, titulo *Elegantiarum Liber* (1): auctore MOHAMAD BEN AHMAD ALMOHALI, de quo ſupra. (2)

## MCCCXV.

Codex ſcitè exaratus, & anni notâ & fine deficiens, in quo habetur Tomus *Commentariorum* in *Alcoranum* ſecundus, quorum auctor *ABU ISAAC ABRAHAM*, *Alſaphacſi* (3), hoc eſt in *Saphacos*, Africæ oppido, natus. Ibi potiſsimùm de Punctis diacriticis agitur.

## MCCCXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, foliis conſtans 192. in quo habetur Tomus Commentariorum in Alcoranum ſecundus, titulo *Demonſtrationes* (4): auctore *ABU ISAAC AHMAD BEN MOHAMAD ALTHALABI* (5), qui ſeculo Egiræ quarto floruiſſe memoratur.

## MCCCXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 949. feriâ 4. die 25. menſis Scheuali, complectens ejuſdem *Commentariorum* Tomum ſextum. (6)

## MCCCXVIII.

Codex multiplici manu exaratus, fine mutilus, quo continetur ejuſdem *Commentariorum* Tomus octavus.

## MCCCXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 6. Rabii poſterioris anno Egiræ 982. in quo habetur Tomus Commentariorum in Alcoranum primus, qui *Gemmæ pulchriores* (7) inſcribuntur: auctore *ABU ZAID ABDELRAHMANO BEN MOHAMAD BEN MAKHLUPH ALTHALABI* (8). Is, ut apparet ex ipſius Vita ad Codicis finem adſcripta, cùm *Tuneti*, tùm *Cairi* doctrinæ famâ claruit; libriſque triginta & quinque de multiplici argumento editis, obiit anno Egiræ 892.

## MCCCXX.

Codex nitidè exaratus die 29. Ragebi, anno Egiræ 707. initio mutilus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, complectens Opus *De recta legendi Alcoranum ratione*, idque ſecundùm ſeptem variantes Lectiones. Auctoris nomen prorsùs latet.

## MCCCXXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Alcorani Commentarium multiplici eruditione refertum, cui titulus *Liber Etymologiarum* (9). Ejus auctor *ABU BAKER MOHAMAD BEN AZIZ Alſegeſtani* (10), ex regione nimirum Latinis *Suſiana*, Conſuleſis Golium in *Notis ad Alferganum*, *pag.* 3. (11)

Co-

(1) *Titulus*: كتاب الفصوص ۞
(2) *Initium*: فاني طالما ذعهرت ۞
*Finis*: ۞ الا بالله
(3) *Auctor*: ابو اسحق ابراهيم السفاقسي ۞
(4) *Titulus*: كتاب الكشف والبيان ۞
(5) *Auctor*: تاليف ابي اسحق احمد بن محمد الثعلبي ۞
(6) *Initium*: سورة النجم ۞
*Finis*: ان ينمثل بالفعل بما امره ۞

(7) *Titulus*: كتاب الجواهر الحسان ۞
(8) *Auctor*: تاليف ابي زيد عبد الرحمن بن محمد بن مخلوف الثعالبي ۞
(9) *Titulus*: كتاب اشتقاق اسما والفاظ القران ۞
(10) *Auctor*: تاليف ابي بكر محمد بن عزيز السجستاني ۞
(11) *Initium*: فانا وجدنا لغات الامم ۞
*Finis*: وذو بدعة وامام جاير ۞

## MCCCXXII.

Codex exaratus die 20. Rabii prioris anno Egiræ 763. quo continetur Tomus primus *Commentariorum* in *Alcoranum*, quos à Doctore *Ben Massud Albagavi* ſupra memorato olim editos, in epitomen poſteà contraxit *Schehabeddinus Ahmad Ben Mohamad Ben Ali Alfeiumi* (1), in *Feiuma* Ægypti urbe natus, Templi *Apamenſis* Præco celeberrimus. (2)

## MCCCXXIII.

Codex nitidè exaratus die 5. Moharami, an. Egiræ 865. in quo habetur Commentarius in Alcoranum, arcanos, ſive myſticos ejus ſenſus enucleans, *Allegoriæ* (3) inſcriptus: auctore *Abdelrazaco Ben Gemaleddino Abi Alganaiem Alcaschani* (4), ex urbe ſcilicet Perſiæ *Caſchan*.

## MCCCXXIV.

Codex non una manu exaratus, die 18. Rabii prioris anno Egiræ 724. complectens Tomum primum *Commentariorum* in *Alcoranum*, quos edidit vir clariſsimus (5) *Ebn Albaca*. (6)

## MCCCXXV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo ſcilicet continetur *Commentariorum* in *Alcoranum* Tomus tertius, quos *Hossain Ben Mohamad Althaiebi* (7) in ſex volumina tributos evulgavit.

## MCCCXXVI.

Codex autographus, continens *Commentariorum* in *Alcoranum* Tomum ſextum, quibus titulus *Auſpicia laude digna* (8): auctore *Zaineddino Abdelmothi Ben Ahmad Ben Mohamad Alsakhavi*, Doctore *Malekita* (9), à quo, ut ipſe in fine Codicis teſtatum reliquit, id opus *Meccæ* abſolutum eſt die 16. Gemadi prioris anno Egiræ 956.

## MCCCXXVII.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, Tomum continens ſecundum *Commentariorum* in celeberrimum Poema de recta & caſtigata legendi Alcoranum ratione, cui titulus *Margaritarum Conſertio* (10): auctore (11) *Saipheddino Abu Baker Ben Abdalla*, vulgò *Algendi*. (12)

In eo autem Poëmate Puncta diacritica, ſimulque Vocales pertractantur, ut Alcorani ſcilicet lectio, proindeque ſenſus cuivis facilè pateat. Singulas enim Literas & Apices lectori, tanquam puero elementario, indicari, quod Euro-

(1) *Auctor*: اختصار شهاب الدين احمد بن محمد بن علي الفيومي ۞

(2) *Initium*: فان اولي ما انفقن ۞
*Finis*: فعاش بعدها احدي وعشرين يوما ۞

(3) *Titulus*: التاويلات ۞

(4) *Auctor*: عبد الرزاق بن جمال الدين ابي الغنايم القاشاني ۞

(5) *Titulus, & Auctor*: شرح ابن البقا ۞

(6) *Initium*: فان اولي اغني ۞
*Finis*: يرفع درجات من نشا ۞

(7) *Auctor*: شرح حسين بن محمد الطيبي ۞

(8) *Titulus*: الفتح الحميد علي القران المجيد ۞

(9) *Auctor*: شرح زين الدين عبد المعطي بن احمد بن محمد السخاوي المالكي ۞

(10) *Titulus*: الجوهر النضيد في شرح القصيد ۞

(11) *Auctor*: شرح سيف الدين ابي بكر بن عبد الله الشهير بابن الجندي ۞

(12) *Initium*: باب الهمز المفرد ۞
*Finis*: مذكورون في بابها ۞

ropæis inſulſum ac ridiculum videatur, id Arabibus, Perſis, Turcis, quin & Hæbræis & Syris planè neceſſarium eſt, qui Vocales Conſonantibus in eodem verſu, ut plurimùm, non jungunt; Literaſque interdum ſine Punctis diacriticis ſcribere ſolent. Hinc maxima in legendis eorum libris difficultas; major in intelligendis labor, atque inſuperabilis, præcipuè in hominum, locorumve nominibus errandi neceſsitas. Hujuſmodi ſanè tricis, nodiſque deterriti viri, etiam ſolertiſsimi, linguarum Orientalium vel nomen exhorrent.

## MCCCXXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 936. horis meridianis feriæ 2. die 8. Gemadi poſterioris, in quo Tomus habetur primus Commentariorum in Alcoranum, quibus hæc inſcriptio: *Sacrarum Literarum Cognitio & Interpretationum Veritas* (1), auctore *Abdalla Abulbarkat Ben Ahmad Ben Mahmud Alnasaphi* (2), ex *Naſapha*, Perſiæ urbe, de qua omninò conſule Abulphedam apud Joannem Gravium in *Tabulis Geographicis*. (3)

## MCCCXXIX.

Codex nitidè exaratus, quo nimirum continentur:

1.° Opuſculum de Alcorani utilitate & præſtantia, *Margaritarum Ordo* (4) inſcriptum: ubi ejus auctor *Abdalla Alnaphei* (5) diſſerit de Alcorani Interpretum, quorum Catalogum affert, conſenſu & diſſenſu.

2.° Collectio quædam *Traditionum Mahometanarum*, quas Doctor *Abdelkarim*, vulgò *Alhaphedh* (6), undique in unum congeſsit.

Is autem Codex, qui ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit, deſcriptus eſt die 12. Gemadi prioris anno Egiræ 856.

## MCCCXXX.

Codex anno Egiræ 589. exaratus, complectens *Ahmadi Ben Mohamad Ben Giobara* (7) *Scholia* in Alcorani Commentarium, quem vir magni apud Hiſpanos nominis *Abulcassem Setabitanus* elucubravit.

## MCCCXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 13. menſis Dilhagia, anno Egiræ 835. in quo videlicet occurrunt:

1.° Commentarius in Alcoranum, inſcriptus *Elucubrationes*, ſeu *Dictata Doctoris Abi Omari Ben Alhagebi Gemaleldini* (8), cujus alibi non ſemel meminimus. In fine libri omnium, quæ is conſcripſit, Indicem reperias. (9)

2.° Anonymi Opuſculum de Doctorum Mahometanorum auctoritate, fide, ceteriſque dotibus, titulo *Liber Apologeticus*. (10)

Co-

(1) *Titulus*: مدارك التنزيل وحقايـــق التاويل ۞

(2) *Auctor*: شرح عبد الله ابو البركات بن احمد بن محمود النسفي ۞

(3) *Initium*: قد سالـــــــــــي ۞

*Finis*: حتى يستيقـــــــــــظ ۞

(4) *Titulus*: الدر النظيم في فضايـــل القران العظيم ۞

(5) *Auctor*: تاليف عبد الله النافعـــي ۞

(6) *Auctor*: تاليف عبد الكريم الحافظ ۞

(7) *Titulus*: شرح احمد بن محمد بـــن جبارة ۞

(8) *Titulus*: كتاب الامالي لابي عمـــر بن الحاجب جمال الدين ۞

(9) *Initium*: فان هذا ما امـــــلاه ۞

*Finis*: وهو طاهـــــــــــر ۞

(10) *Titulus*: رفع الملل عن الايمـــة الاعلام ۞

## MCCCXXXII.

Codex autographus, anni carens notâ, in quo habetur Opus de legendi Alcorani ratione ſecundùm ſeptem variantes ejus Lectiones, *Oculus eruditus* (1) inſcriptum: quod olim *Abu Isaac Abrahim Ben Mohamad Ben Ali Alcavasi Almarendi* (2), gente *Hiſpanus*, in uſum filii, ut ipſe in Prologo profitetur, elaboravit. (3)

## MCCCXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, idemque mutilus, continens *Commentariorum* in *Alcoranum* volumen tertium: ignoto auctore.

## MCCCXXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo & anni notam & auctoris nomen deſideres, complectens *Commentariorum* in *Alcoranum* Tomum, ut videtur, tertium. (4)

# ALCORANUS
## EJUSQUE
## INTERPRETES
### *IN QUARTO.*

## MCCCXXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 1008. feriâ 4. die 15. Rabii poſterioris, quo nempe continetur *Alcoranus* omnibus quidem numeris abſolutus.

## MCCCXXXVI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 944. continens *Scholia* Doctoris *Mula Sadi Gelbi* ad *Commentarios* in Alcorani textum à celeberrimo Interprete *Albaidhavi* compoſitos.

## MCCCXXXVII.

Codex exaratus die 5. menſis Dilhagia anno Egiræ 967. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur *Commentarius* in proximè laudati *Albaidhavi* Scripta ad *Alcoranum* pertinentia: auctore *Alkezeruno*. (5)

## MCCCXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo habentur videlicet:

1.° *Commentarius* in eadem ejuſdem *Albaidhavi* Opera, (6) auctore *Mula Alrumi Kosroe* (7).

2.° *Annotationes* in ejuſdem Opera, auctore *Mula Ahmad Ben Abdelaval Alcazvini* (8).

## MCCCXXXIX.

Codex eleganter exaratus die 23. Rabii prioris anno Egiræ 953. foliis aliquot initio avulſis mutilus, alterum complectens exemplar *Commentarii* Doctoris *Mula Alrumi* in eadem *Albaidhavi* Scripta.



(1) *Titulus*: كتاب قرة عين القرا في القراات ✲

(2) *Auctor*: ابو اسحق ابرهيم بن محمد بن علي القواسي المرندي ✲

(3) *Initium*: فاني جمعت هذا الكتاب لاجل ابني وقرة عيني ✲
*Finis*: رفع الخا وكسر السلام ✲

(4) *Initium*: اعراب سورة المايدة ✲
*Finis*: الصوم كفارة ✲

(5) *Initium*: قال صاحب الكشاف ✲
*Finis*: كثيرة لاتنحصر ✲

(6) *Auctor*: حاشية المولا الرومي خسرو ✲

(7) *Initium*: قان من القضايا المقررة ✲
*Finis*: زوال ذلك العارض ✲

(8) *Auctor*: حاشية مولا احمد بن عبد الاول القزويني ✲

## MCCCXL.

Codex nitidis exaratus literis, anni carens notâ, ubi *Commentarii* proximè recenſiti exemplar tertium invenias.

## MCCCXLI.

Codex pereleganter exaratus, abſque anni nota, complectens *Assameddini Abrahim* (1) *Scholia* in ſuprà dictos Doctoris *Albaidhavi Commentarios.* (2)

## MCCCXLII.

Codex exaratus anno Egiræ 1001. Chriſti 1592. feriâ 6. die 10. menſis Scheuali, quo continentur in *Commentarios* Doctoris *Albaidhavi* Notæ, titulo *Fauſta & præclara Auſpicia* (3): auctore *Abv Jahia Zacharia Alansaræo Alkhazragita* (4).

Extat aliud exemplar in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Num.* CCLXIX.

## MCCCXLIII.

Codex nitidè atque eleganter exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habentur *Additiones* ad ejuſdem Doctoris *Albaidhavi Commentarios*: auctore *Mvla Khedher Romæo* (5), qui librum hunc Turcarum Imperatori *Selimkhan*, *Baiazeti filio* (6), hujus nominis primo, inſcripſit.

## MCCCXLIV.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ prorsùs anni notâ, complectens *Commentarium* in Opera Doctoris *Albaidhavi* ad *Alcoranum* pertinentia. Ejus auctor eſt *Emir Padcha Albokharævs*, dictus *Mvla Ahamad* (7).

## MCCCXLV.

Codex nitidè exaratus, anni notâ carens, quo nempe continetur *Appendix* ad ſcripta Doctoris *Albaidhavi* in *Alcoranum*: auctore *Sinan Gelebi* (8), ſupremo exercitûs Judice, qui, *Solimano*, Selimi filio, Turcis imperitante, cujus nomini hanc *Appendicem* conſecravit, magnam profectò celebritatem adeptus eſt, anno videlicet Egiræ 960.

## MCCCXLVI.

Codex autographus, idemque pereleganter exaratus, anno Egiræ 989. feriâ 1. die 28. Gemadi poſterioris ad umbilicum perductus, in quo habetur *Commentariorum* in *Alcoranum* Tomus primus Suratas, ſive Capita XL. complectens, quem edidit *Mohamad Ben Mohamad Ben Abdelrahman Ben Ali Alpahnasi Alocaili* (9), ex *Pahnaſa*, Ægypti inferioris loco, non procul ab urbe *Phaiuma* ſito.

## MCCCXLVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens ejuſdem *Commentariorum* Tomum ſecundum. (10)

Co-

(1) *Auctor*: العلامة عصام الدين ابرهيم ۞

(2) *Initium*: قوله الحمد لله ۞
*Finis*: ۞ حقايق القران كالظاهر ۞

(3) *Titulus*: فتح الجليل ببيان خفي انوار التنزيل ۞

(4) *Auctor*: زكريا ابو يحيي الانصاري الخزرجي ۞

(5) *Auctor*: ۞ مولا خضر رومي

(6) مليم خان بن سلطان بايزيد خان ۞

(7) *Auctor*: امير بادشاه البخاري الشهير بمولي احمد ۞

(8) *Auctor*: ۞ المولي سنان جلبي

(9) *Auctor*: شرح محمد بن محمد بن عبد الرحمن بن علي البهنسي العقيلي ۞

(10) *Initium*: ۞ ما نسخ بغير عطف
*Finis*: ۞ ذكر أمر التابيين

## MCCCXLVIII.

Codex etiam nitidè exaratus, nullam præferens anni notam, in quo ejuſdem *Commentariorum* habetur Tomus tertius decimus. (1)

## MCCCXLIX.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota, continens *Commentariorum* in *Alcoranum* Tomum tertium: auctore viro clariſsimo, cui nomen *Althalabæus*. (2)

## MCCCL.

Codex nitidis exaratus literis anno Egiræ 916. quo continentur *Scholia Kemali Bascha* ad *Commentarios* Doctoris *Zamkhaschræi* in *Alcoranum*. (3)

## MCCCLI.

Codex exaratus die 21. Gemadi prioris anno Egiræ 1009. complectens *Notas* maximè eruditas *Alsaiedi Algiorgiani* in Opera Doctoris *Zamkhaschræi* ad Alcoranum pertinentia, *Kaſchaph* inſcripta. (4)

## MCCCLII.

Codex pereleganter exaratus, citrà anni notam, quo continetur Cenſura Dogmatica *Commentariorum* in *Alcoranum* quos edidit *Zamkhaschræus* modò laudatus, inſcripta *Specimen* (5). Hîc *Omarus Abu Ali Ben Mohamad Ben Khalil Alsekuni* (6), *Granatenſis*, bene multas illius propoſitiones ibidem contentas virgâ notat cenſoriâ, ac pleraſque tanquam hæreticas proſcribit; *Zamkhaschræum*que proinde, virum & doctrinâ & pietate apud Mahometanos orthodoxos laudatiſsimum, *Motazelitarum* erroribus infectum, ſed falsò, pronunciat. Et ſanè Mahometani, qui Orthodoxi habentur, acerrimi ſunt Alcorani Dogmatum, omni prorsùs deſpectâ ratione, ſectatores, propugnatoreſque; qui verò ea Dogmata rationi accommodant, ii Hæretici plerùmque exiſtimantur.

## MCCCLIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, & prologo & anni notâ prætermiſsis, continens *Commentarium* in Opera Doctoris *Altaphtazani*, Interpretis longè celeberrimi, ad *Alcoranum* pertinentia: auctore *Ahmad Ben Ali Ben Abdelrahman Almangiuri Hispano* (7).

## MCCCLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, in quo habetur uberrimus in Alcoranum Commentarius, Anthologion (8) inſcriptus, ubi de iis quæ in Alcorano eminent maximè rara atque inſolita, diſſeritur: auctore (9) *Abu Baxero Albacalani*. (10)



(1) *Initium*: ولما ختم الاية السابقة ۞
*Finis*: الى الصراط الاقوم ۞

(2) *Initium*: سورة الرعد مكية ۞
*Finis*: وعليهم اجمعين ۞

(3) *Initium*: فان شرح الكشاف ۞
*Finis*: مفردات المجموع ۞

(4) *Initium*: قال الشيخ جار الله ۞
*Finis*: بل هي في نفسها رزق ۞

(5) *Titulus*: التمييز لما اودعه الزمخشري في الاعتزال ۞

(6) *Auctor*: تاليف ابي علي عمر بن محمد بن خليل السكوني ۞

(7) *Auctor*: تاليف احمد بن علي بن عبد الرحمن المنجور الاندلسي ۞

(8) *Titulus*: اعجاز القران ۞

(9) *Auctor*: تاليف ابي بكر الباقلاني ۞

(10) *Initium*: وسالنا سايل ۞
*Finis*: وهو حسبي وحسبك ۞

## MCCCLV.

Codex nitidè exaratus die 11. Moharami, anno Egiræ 942. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, Commentarium in Alcoranum continens, hoc titulo: *Alcorani Arcana* (1). Ejus auctor (2) *Mohamad Ben Joseph Alkermani*. (3)

## MCCCLVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, varias complectens de Alcorani textu Quæſtiones, quas *Dialogorum Librum* inſcriptas (4) ponit, ſolvitque *Mohamad Ben Abi Baker Ben Abdelcadher Alrazi* (5).

Hujus Operis exemplar extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi Codices inter Arabicos MSS. *Num.* CCLXXII.

## MCCCLVII.

Codex eleganter exaratus, anni pariter notâ defectus, alterum continens earumdem Quæſtionum exemplar in uſus Regiæ Bibliothecæ Marochanæ deſcriptum.

## MCCCLVIII.

Codex nitidè exaratus die 3. Rabii prioris anno Egiræ 983. in quo reperiuntur ſcilicet:

1.° Commentarius in Alcoranum, cui titulus *Sacrarum Literarum Serta* (6): auctore laudato ſæpiùs *Assivthæo*. (7)

2.° Ejuſdem Opuſculum, qui *Stragulorum Apparatus* (8) inſcribitur, ſplendida Pſeudoprophetæ promiſſa & vaticinia complectens.

3.° Ejuſdem Diſſertatio, *Inſignis Mortuorum Reſurrectio* (9) inſcripta: ubi Mahometi Parentum ethnicorum ad vitam revocatio, converſio, ſaluſque æterna aſſeritur.

## MCCCLIX.

Codex luculenter exaratus die 15. menſis Ragebi anno Egiræ 959. in quo ejuſdem *Assivthæi* in *Alcoranum* Commentarii modò recenſiti alterum exemplar invenias.

## MCCCLX.

Codex exaratus die 10. menſis Scheuali, anno Egiræ 983. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, fuſiorem complectens ejuſdem in Alcoranum Commentarium, *Gelalaini* dictum, nobiſque ſupra *Num.* MCCXCIII. memoratum.

## MCCCLXI.

Codex deſcriptus anno Egiræ 1008. horis meridianis feriæ 2. die 10. menſis Dilcada, ubi extant in eundem *Gelalaini* Commentarium Scholia, titulo *Gemina Pulchritudo* (10): auctore *Nureddino Ali Mohamad Alharvi* (11), gente *Perſa*, qui ea ſe *Meccæ* abſolviſſe ait anno Egiræ 1004. die 25. Dilhagia. (12)

Co-

(1) *Titulus*: ضمائر القـــــــــــــران ۞
(2) *Auctor*: تاليف محمد بن يوســــف الكرمـاني ۞
(3) *Initium*: ۞ اعوذ بالله من الشيطـــان
*Finis*: ۞ من هذا القبيـــــــــــل
(4) *Titulus*: ۞ كتاب الاسولة والاجوبـة
(5) *Auctor*: محمد بن ابي بكر بـــن عبد القادر الرازي ۞
(6) *Titulus*: الاكليل في استنبـــــــاط التنزيل ۞

(7) *Initium*: ۞ فقد قال اللــــــــــه
*Finis*: ۞ الهدي الوا ـــــــــــي
(8) *Titulus*: ۞ تمهيد الفـــــــــرش
(9) *Titulus*: ۞ التعظيم والمنـــــــــة
(10) *Titulus*: ۞ الجمالين علي الجلاليـــن
(11) *Auctor*: نور الدين علي محمـــــــد الهروي ۞
(12) *Initium*: ۞ فلما رايت تفسيـــــــــر
*Finis*: ۞ فهو المامون تحمـــــــــلا

## MCCCLXII.

Codex exaratus anno Egiræ 927. feriâ 5. die 20. menſis Schabani, Commentarium continens in Alcorani Textum, cui titulus *Explanatio* (1). Ejus auctor *Abulhassanus Albakeri Alsadiki* (2), nobili genere natus, ineunte anno Egiræ 908. qui, ut apparet ex Nota ad extremum Codicem adſcripta, id operis annum agens ſeptimum & viceſimum conſummavit. Ejus autem ſcripta omnia in vulgus edita LXXX. ſanè voluminum ſummam exæquant.

## MCCCLXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 983. feriâ 6. die 29. menſis Schabani, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, ubi Commentarius in Alcoranum occurrit, cui titulus *Conſtructio Alcorani ſecundùm Grammaticæ leges* (3): auctore (4) *Abulhassano Algiorairi*. (5)

## MCCCLXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 940. in quo habetur Appendix ad Poëma *Paraphraſim Alcorani* complectens, quod *Abu Abdalla Mohamad Ben Haiun*, genere *Siculus*, ortu *Setabitanus*, condidit; Notiſque poſteà exornavit *Obaidalla Ahmedi Alvalid Altazagri*, hoc eſt *Tazagræ* (6), Meknaſæ oppido, natus.

## MCCCLXV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 22. menſis Dilcada anno Egiræ 877. in quo habentur videlicet:

1.° Poëma *Alcorani Paraphraſim*, ſive *Expoſitionem* complectens, cujus ſinguli verſus in literam لا ſimiliter deſinunt: auctore *Abulcassemo Ben Abilcassem Alraini Setabitano* (7).

2.° Celeberrimi Grammatici *Ben Maleki* Poëma de Grammaticæ Arabicæ Regulis, quod *Millenarii* titulo circumfertur, cujuſque exemplaria in hac noſtra Bibliotheca frequentiſsimè memorantur.

3.° Commentarius in Poëma *Alcorani Paraphraſim* complectens, ſupra recenſitum, quem *Abu Abdalla Ben Ahmad Mohamad Ben Gazi Alothmani Hispanus* (8), vir profectò multiplici doctrinâ & eruditione inſignis, elucubravit.

## MCCCLXVI.

Codex literis Cuphicis maximis deſcriptus, punctis etiam aureis exornatus, abſque anni nota, ubi occurrit Commentarius in Alcoranum, ſtricta & ſoluta oratione contextus, titulo *Margaritæ Legum conſertæ* (9): auctore (10) *Mohamad Ben Ahmad Ben Hagiagi Hispalensi*. (11)

Co-

(1) *Titulus*: تسهيل السبيل في فهم معاني التنزيل ۞
(2) *Auctor*: تاليف ابو الحسن البكري الصديقي ۞
(3) *Titulus*: اعراب القران ۞
(4) *Auctor*: تاليف ابي الحسن الجريري ۞
(5) *Initium*: تفسير مشكل اعراب ۞
*Finis*: والاوفق فيها ۞
(6) تازغرة ۞

(7) *Auctor*: نظم ابي القاسم بن ابي القاسم الرعيني ثم الشاطبي ۞
(8) *Auctor*: شرح ابي عبد الله بن احمد محمد بن غازي العثماني الاندلسي ۞
(9) *Titulus*: نظم الدرر السنية ۞
(10) *Auctor*: تاليف محمد بن احمد بن حجاج الاشبيلي ۞
(11) *Initium*: الحمد لله الذي هدانا ۞
*Finis*: قل ياسامعا امينا ۞

## MCCCLXVII.

Codex nitidè exaratus die 12. Gemadi poſterioris anno Egiræ 1009. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Commentarius in Alcoranum, inſerto ibidem Textu literis aureis deſcripto, præ ſe ferens titulum *Argumenta Theologica* (1). Ejus auctor NEGMEDDINUS SOLIMAN ALTHUPHI ALEPINUS (2).

## MCCCLXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 971. continens in Alcoranum Commentarium, quem MOHAMAD BEN KHALAPH HISPANUS (3) edidit hoc titulo (4): *Ductor.* (5)

## MCCCLXIX.

Codex exaratus anno Egiræ 900. horis veſpertinis feriæ 4. die 4. menſis Schabani, in quo Alcorani Expoſitio ſecundùm ſenſum allegoricum, inſcripta *Morum Norma & Lumina* (6): auctore (7) TAGEDDINO EBN ATHA ALLAH ALKENDI ABULPHADHEL AHMAD BEN MOHAMAD BEN ABDELKARIM. (8)

## MCCCLXX.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, alterum continens ejuſdem *Expoſitionis* exemplar.

## MCCCLXXI.

Codex elegantibus literis deſcriptus die 11. Gemadi poſterioris anno Egiræ 625. Chriſti 1227. in quo habetur in Alcoranum Commentarius, titulo *Liber Margaritarum* (9): ubi, & quidem potiſsimùm, de Similitudinibus apud Alcoranum uſitatis uberiùs agit ABULCASSEM ABDALLA BEN MOHAMAD BEN NAKIA (10), Doctor *Valentinus*, qui ſexto Egiræ ſeculo enituit. (11)

## MCCCLXXII.

Codex luculenter exaratus, & fine & anni notâ defectus, complectens Explanationem XXX. Capitum Alcorani ad Grammatices præcepta concinnatam, quæ *Via trita* (12) inſcribitur: auctore ABU ABDALLA ALHOSSAIN BEN KHALVIA (13).

## MCCCLXXIII.

Codex exaratus die 15. Gemadi prioris anno Egiræ 735. in quo nimirum occurrit Tomus primus Lexici Alcoranici, cui titulus *Notabiliorum Liber* (14). Id olim literarum ſerie digeſtum To-

(1) *Titulus*: الاشارات الالهية الى المباحث الاصولية ۞

(2) *Auctor*: نجم الدين سليمن الطوفي الحلبي ۞

(3) *Auctor*: تاليف محمد بن خلف الاندلسي ۞

(4) *Titulus*: ۞ المرشد

(5) *Initium*: ۞ فاني اوصيكم

*Finis*: ۞ ياراحم الراحمين

(6) *Titulus*: ۞ التنوير في اسقاط التدبير

(7) *Auctor*: تاليف تاج الدين ابن عطا الله الكندري ابو الفضل احمد بن محمد بن عبد الكريم ۞

(8) *Initium*: ۞ اخي جعلك الله

*Finis*: ۞ والنبيين عدد معلوما

(9) *Titulus*: كتاب الجمان في تشبيهات القران ۞

(10) *Auctor*: تاليف ابي القسم عبد الله بن محمد بن ناقيا ۞

(11) *Initium*: التشبيهات نوع مستحسن من انواع البلاغة ۞

*Finis*: ارسل عليهم سيلا فحملهم الى البحر ۞

(12) *Titulus*: ۞ كتاب الطارقية

(13) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله الحسين بن خالويه ۞

(14) *Titulus*: كتاب غريبي القران والسنة ۞

Tomis IV. complexus eſt *Abu Abdalla Ahmad Ben Mohamad Alharui* (1), gente *Perſa*.

Hic verò Tomus ſeptem continet Literas, videlicet ا ب ت ث ج ح خ. (2)

## MCCCLXXIV.

Codex nitidè exaratus, anni notâ carens, in quo habetur Commentarius in Alcoranum, *Specimen* (3) inſcriptus: auctore (4) *Hassan Gelebi*. (5)

## MCCCLXXV.

Codex nitidè exaratus die 27. Ramdani anno Egiræ 976. ubi Commentarius in Alcoranum brevi ſtylo ac methodo conſcriptus, titulo *Adverſaria* (6). Ejus auctor *Faidhalla Ben Zainalabedin Albanbani* (7), Regis *Abulphath Mahmud Schah* Cancellarius, cui Librum dedicavit anno Egiræ 902. (8)

## MCCCLXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo ſcilicet habentur:

1.° Prolegomena in Alcoranum, VIII. capitibus comprehenſa, quæ elucubravit, ac *Dictata Alcoranica* (9) inſcripſit *Abu Jahia Ben Abdalla Mohamad Ben Ahmad* (10), Doctor *Granatenſis*.

2.° Aliquot Alcorani Capitum Explanatio ignoti Auctoris. (11)

3.° Opuſculum de interpretandi Alcorani ratione, in capita IV. diſtributum, inſcriptumque *Appendix* (12): auctore *Abulabbas Ahmad Ben Mohamad Ben Abdelrahman Ben Zaga* (13) *Hiſpano*.

4.° Excerptio variarum Precum viri pietate apud ſuos inſignis, nomine *Abilabbas*, *Murciani*, cujus vitam ſupra deſcriptam reperias.

## MCCCLXXVII.

Codex exaratus anno Egiræ 970. Chriſti 1562. feriâ 5. die 14. Rabii poſterioris, initio mutilus, continens in Alcorani textum Commentarium, cui titulus *Sanitas* (14), ubi Doctor *Hiſpalenſis*, *Alsalmani* dictus, de illius artifice diſſerit.

## MCCCLXXVIII.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, ubi *Commentarius* in *Alcoranum* occurrit à Doctore *Mohamad Ben Badreddino Damasceno* (15) in epitomen contractus. (16)

## MCCCLXXIX.

Codex literis Cuphicis abſque anni nota

(1) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله احمد بن محمد الهروي ۞

(2) *Initium*: فان اللغة العربية ۞
*Finis*: بين يدي الملوك والامرا ۞

(3) *Titulus*: التلويح في اعراب القران ۞

(4) *Auctor*: حسن جلبي ۞

(5) *Initium*: قال وهو في اللغة ۞
*Finis*: والعثور اليه ۞

(6) *Titulus*: كتاب دستور الحافظ ۞

(7) *Auctor*: تاليف فيض الله بن زين العابدين البنباني ۞

(8) *Initium*: لما بلغ عمري ۞
*Finis*: الشيطان ضربان جني ۞

(9) *Titulus*: املا القران ۞

(10) *Auctor*: تاليف ابو يحيي بن عبد الله محمد بن احمد ۞

(11) *Initium*: الكلام في الاستعاذة ۞
*Finis*: بمضاعفة ۞

(12) *Titulus*: ذيل في فهم التفسير ۞

(13) *Auctor*: ابو العباس احمد بن محمد بن عبد الرحمن بن زاغ ۞

(14) *Titulus*: الشفا ۞

(15) *Auctor*: تاليف محمد بن بدر الدين الشامي ۞

(16) *Initium*: فهذا ما وعا ۞
*Finis*: نتايج الابتلا ۞

nota exaratus, in quo habetur Opus de Alcorani ſententiarum conſenſione, in partes VII. diſtributum, titulo *Liber Concordiarum* (1): auctore *Abulcassem Ben Mohamad Ben Baschar*, Grammatico, *Ambarensi* (2), ex urbe Iracæ nimirum *Ambara*, qui ſeculo Egiræ tertio claruiſſe traditur. (3)

## MCCCLXXX.

Codex exaratus die 28. menſis Dilcada, anno Egiræ 1005. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Opus, *Dei clementiſsimi Auſpicia* (4) inſcriptum: ubi *Doctor Abu Jahia Zacharia Alansaræus* (5) omnes ingenii nervos eò contendit, ut Alcorani obſcuriora quæque loca eluceant, mutuò pugnantia inter ſe conveniant. (6)

Reperitur etiam hujuſmodi Liber in Regia Bibliotheca Pariſienſi inter Arabicos MSS. *Num.* CCLXIX.

## MCCCLXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, quo continentur:

1.° Opus Ethico-Politicum de Alcorano, *Stella lucida* (7) inſcriptum: auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Alvahschi*, origine *Toletano* (8), ortu *Granatenſi*, qui anno Egiræ 487. è vita exceſsit.

2.° Ejuſdem in idem Opus *Notæ* pereruditæ. (9)

## MCCCLXXXII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 667. Chriſti 1268. feriâ 7. die 16. Rabii poſterioris, in quo habetur Opus inſcriptum *Methodus facilis legendi Alcoranum* (10), ubi de variantibus Alcorani Lectionibus ſecundùm ſeptem Lectorum inſignium placita copioſè diſſeritur: auctore *Abu Amru Othman Ben Said Alamui Almocri*, vulgò *Ebn Alsairaphi* (11) *Cordubenſi*, qui, teſte *Ebn Pasqual* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, obiit *Deniæ* anno Egiræ 444. feriâ 7. die 15. menſis Scheuali.

Eorum autem Lectorum nomina patrias, obitus, tempora eodem ordine, iiſdem verbis, quibus ibi ad calcem Codicis occurrunt, libet hîc referre:

„ *Asemus Cuphenſis.* Obiit anno Egi-
„ ræ 117. *Abi Amerus Damaſcenus.*
„ Mortuus eſt anno 118. *Ebn Kathir*
„ *Meccanus.* Deceſsit *Meccæ* anno 120.
„ *Abu Amru Baſerenſis.* Obiit in urbe
„ *Cupha* anno 154. *Hamza Cuphenſis*
„ anno 156. *Naphæus.* Claruit in ur-
„ be *Medina* anno 169. *Alkasanus*
„ Cu-

(1) *Titulus*: كتاب الوفـــــــق ۞
(2) *Auctor*: تاليف ابي القاسم بن محمد بن بشار النحوي الانباري ۞
(3) *Initium*: اخبرنا ابو عبد اللــــه ۞
*Finis*: والناس اخر الســــورة ۞
(4) *Titulus*: كتاب فتح الرحمـــــن بكشف ما لبس في القران ۞
(5) *Auctor*: الشيخ ابو يحيي زكريــا الانصاري ۞
(6) *Initium*: فهذا مختصر في ذكر ايات القران المتشابهات المختلفة ۞
*Finis*: ووسوستهم الي الصـــــدور ۞
(7) *Titulus*: كتاب الشهـــــاب ۞
(8) *Auctor*: تاليف ابي محمد عبد اللــــه بن الوحشي الطليطلي ۞
(9) *Initium*: فان كتاب الشهـــاب ۞
*Finis*: سليمن نبيــــــــــه ۞
(10) *Titulus*: كتاب التيسير في القراات السبع ۞
(11) *Auctor*: تاليف ابي عمرو عثمان بـــن سعيد الاموي المقري المعروف بابـــن الصيرفي ۞

,, *Cuphienſis.* Vixit anno Egiræ 189. (a)

## MCCCLXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, abſque anni nota, ejuſdem Operis alterum continens exemplar, inferioris tamen pretii.

## MCCCLXXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni carens notâ, quo continetur Alcorani Expoſitio, literarum ordine digeſta, titulo *Locorum Alcorani difficiliorum Paraphraſis* (1). Ejus auctor *ABU BAKER MOHAMAD BEN AZIZ ALSEGESTANI* (2), natione *Perſa.* (3)

## MCCCLXXXV.

Codex exaratus die 4. menſis Saphari anno Egiræ 681. qui continet Poëma longè celeberrimum de variantibus Alcorani Lectionibus, hoc titulo inſignitum: *Honeſti animi Oblectamentum* (4), verſibus MCC. ita compoſitis conſtans, ut in ſyllabam ر ſinguli jugiter deſinant: auctore *ABRAHAMO BEN OMAR ALGIABARI* (5), qui ſeculo Egiræ ſeptimo claruit. (6)

## MCCCLXXXVI.

Codex literis Cuphicis maximis exaratus, omiſsâ anni notâ, in quo priorem *Alcorani* Partem reperias.

## MCCCLXXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 24. menſis Scheuali anno Egiræ 970. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, complectens Anonymi Tractatum de Alcorani Capitum utilitate ac præſtantia, qui *Margaritarum Series* (7) inſcribitur. (8)

## MCCCLXXXVIII.

Codex literis Cuphicis deſcriptus die 4. Moharami, anno Egiræ 675. continens *Preces L.* partim ex *Alcorano*, partim ex *Codice Traditionum* excerptas, & ad varios uſus ſuperſtitiosè adhibitas.

## MCCCLXXXIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo & anni nota & finis deſiderantur, complectens Anonymi *Commentarium* in *Alcoranum* ſecundùm Mahometanorum Traditiones.



(a) عاصم الكوفي توفي سنة مائة وسبع عشر ۞ ابي عامر الشامي توفي سنة مائة وثمانية عشر ۞ ابن كثير المكي توفي بمكة سنة مائة وعشرين ۞ ابو عمرو البصري توفي بالكوفة سنة مائة واربع وخمسين ۞ حمزة الكوفي سنة مائة وستة وخمسين ۞ نافع ظهر بالمدينة سنة مائة وتسعة وستين ۞ الكسائي الكوفي سنة مائة وتسعة وثمانين ۞

(1) *Titulus*: تفسير غريب القرآن ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي بكر محمد بن عزيز السجستاني ۞

(3) *Initium*: هذا تفسير غريب ۞
*Finis*: وبسار للبس ۞

(4) *Titulus*: كتاب نزهة البررة ۞

(5) *Auctor*: نظم ابرهيم بن عمر الجعبري ۞

(6) *Initium*: الا الله فاحمس ۞
*Finis*: مسكا وعنبرا ۞

(7) *Titulus*: الدرر النظيم في منافع ايات القرآن ۞

(8) *Initium*: فان غرضي ۞
*Finis*: في السورة التي قبلها ۞

MCCCXC.

Codex literis Cuphicis exaratus, idemque autographus, anni notâ carens, qui Commentarium in Poema de accurata Alcorani legendi ratione complectitur, cui titulus *Margaritæ* (1). Commentarii auctor ABULHASSANUS OMAR BEN MOHAMAD ALRABATHI, vulgò BEN BERI, *Hiſpanus*; Poematis verò MOHAMAD BEN MOHAMAD BEN AMRAN ALFERARI *Cordubenſis*.

MCCCXCI.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 984. die 27. Scheuali, Alcorani Expoſitionem continens, cujus inſcriptio *Ad gloriam Aſcenſus* (2): auctore AHMAD BEN ALI BEN ABDELRAHMAN ALMANGIURI.

MCCCXCII.

Codex nitidè exaratus die 15. Dilcada, anno Egiræ 900. in quo habetur Tomus II. *Commentariorum in Alcoranum*, quem inſignis Theologus MOHAMAD BEN HABIB, in Regio *Cairenſi* Collegio Diſcipulis ſuis prælegit.

MCCCXCIII.

Codex non una manu exaratus, quo videlicet continentur:

1.° Anonymi Opus *Alcorani Dogmata* complectens, idque ſecundùm Scholarum quatuor placita.

2.° Opuſculum Doctoris ALGIORGIANI, nobis aliàs memorati, *De Hæreditate, ejuſque diviſione*: adjectis CASSEMI BEN KHATHIB Juriſconſulti ad oras Notis.

3.° Anonymi Carmen in *Grammaticæ Arabicæ Inſtitutiones*.

4.° Anonymi Scholia in *Juris Canonici Inſtitutiones* Doctoris MULA THUSI. Hic autem Libellus *Amaſiæ* in urbe Cappadociæ deſcriptus eſt anno Egiræ 922. die 28. Scheuali.

MCCCXCIV.

Codex anno Egiræ 972. exaratus, in quo habentur:

1.° Anonymi Opus de Alcorani Doctrinæ præſtantia & utilitate, inſcriptum *Hortus floridus* (3).

2.° *Grammaticæ Arabicæ Inſtitutiones*, ad auctoris, cujus nomen latet, uſum ex pluribus collectæ.

MCCCXCV.

Codex pereleganter exaratus, anni notæ expers, in Alcoranum continens Commentarium, titulo *Margaritarum pretium* (4), quem vir ſummus ABDELCAHER ALGIORGIANI evulgavit.

# ALCORANUS
## EJUSQUE
## INTERPRETES
### IN OCTAVO.

MCCCXCVI.

CODEX literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 500. Chriſti 1106. in quo habetur *Alcoranus*.

MCCCXCVII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens alterum *Alcorani* exemplar.

MCCCXCVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die

7.

(1) *Titulus*: ☼ الدرر اللوامع

(2) *Titulus*: ☼ مراقي المجد

(3) *Titulus*: ☼ روضة مزهرة

(4) *Titulus*: ☼ درج الدرر

5. Aprilis anno Æræ *Sapharenſis*, id eſt *Hiſpanæ* 1596. Æræ Arabicæ 966. quo continetur *Alcorani* Pars, quæ incipit à Surata, ſeu Capite سورة البقرة ad Caput uſque سورة الكهف

## MCCCXCIX.

Codex membranaceus literis Cuphicis exaratus, aliquot ex initio foliis mutilus, idemque temporis injuriâ nonnihil detritus, alteram complectens *Alcorani* partem.

## MCCCC.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continetur Opus in partes VII. diviſum, titulo *Traditionum Documenta* (1), quibus Alcorani veritatem comprobare contendit *Judex* ABU MOHAMAD ALHASSAN BEN ABDELRAHMAN BEN KHALAD ALRAMHORMOZI (2), ex oppido *Hormoz* in *Ahuaza*, ſeu *Suſiana* regione ſito, qui anno Egiræ 333. floruiſſe traditur. (3)

## MCCCCI.

Codex literis Cuphicis *Granatæ* exaratus die 5. Gemadi prioris anno Egiræ 765. in quo ſcilicet occurrunt:

1.° Poëma Explanationem *Alcorani* complectens, cui titulus *Securitatis Fœdus & Lætitiarum Exordium* (4), duobus ferè millibus verſuum conſtans, quorum ſinguli in literam لا deſinunt. Hujus auctor (5) ABULCASSEMUS BEN PHIRA KHALAPH BEN AHMAD ALRAINI SETABITANUS. (6)

2.° Ejuſdem Poëma de variantibus Alcorani Lectionibus, titulo *Eximium*, cujus ſinguli verſus in ſyllabam را ſimiliter cadunt. (7)

3.° Ejuſdem Poëmatis Explanatio verſibus conſcripta, titulo *Arcana patefacta* (8): auctore ABULHASSANO ALI BEN MOHAMAD BEN ALHASSAN ALRABATHI, vulgò BEN BERI (9), qui *Granatæ* obiit anno Egiræ 730. feriâ 3. die 22. menſis Scheuali.

## MCCCCII.

Codex nitidè exaratus die 20. Gemadi poſterioris anno Egiræ 874. quo continetur Commentarius in ejuſdem ABULCASSEMI modò laudati Poëma *De variantibus Alcorani Lectionibus*: auctore AHMAD BEN MOHAMAD BEN GIOBERA Doctore *Hambalita* (10).

## MCCCCIII.

Codex exaratus, anni carens notâ, in quo habetur *Commentarius* in Opera Doctoris ALBAIDHAVI ad *Alcoranum* ſpectantia, quem edidit MULA SINAN GELEBI (11), dignitate *Muphti*, id eſt *Cancellarius*, qui anno Egiræ 945. ſupremum diem obiit.



(1) *Titulus*: كتاب امثال الحديث ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي محمد الحسن بن عبد الرحمن بن خلاد الرامهرمزي ۞

(3) *Initium*: قال الشيخ الامام ۞
*Finis*: من الطبعة لهم ۞

(4) *Titulus*: حرز الاماني ووجه التهاني في شرح القران ۞

(5) *Auctor*: نظم ابو القاسم بن فيره خلف بن احمد الرعيني الشاطبي ۞

(6) *Initium*: بدات بسم اللـه ۞
*Finis*: زرنبا وقرنفلا ۞

(7) *Initium*: ذو المن والفضل ۞
*Finis*: والاصال والبكرا ۞

(8) *Titulus*: غاية لامنية في كشف رموز الشاطبية ۞

(9) *Auctor*: نظم ابي الحسن علي بن محمد بن الحسن الرباطي المعروف بابن بري ۞

(10) *Auctor*: تاليف احمد بن محمد بن جباره الحنبلي ۞

(11) *Auctor*: حاشية مولا سنان جلبي ۞

## MCCCCIV.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, complectens alterum ejuſdem *Commentarii* exemplar.

## MCCCCV.

Codex anno Egiræ 977. deſcriptus, principio mutilus, quo continentur ejuſdem in eadem Doctoris *Albaidhavi* Opera *Notæ* profectò eruditæ.

## MCCCCVI.

Codex nitidis exaratus literis, in quo habentur videlicet:

1.° Poema Explanationem *Alcorani* complectens, quod Gloſſarii inſtar edidit *Ebn Haianus Granatenſis*, qui id Carminis ſe abſolviſſe teſtatur die 14. Gemadi prioris anno Egiræ 792. (1)

2.° Bibliotheca Mahometana, *Indiculus* (2) inſcripta, quam *Abu Zacharia Jahia*, vulgò *Alnavavi*, magni apud Mahometanos nominis Doctor, congeſsit, atque in eorum, qui Traditionibus ſtudent, gratiam evulgavit. Ibi obſcura, ambiguaque earumdem Auctorum nomina enucleantur. (3)

3.° Ejuſdem Opuſculum Criticas Hiſtoriæ Regulas complectens, hoc tititulo: *Methodus facilior, expeditiorque* (4).

4.° Poema *Ben Maleki*, Grammatici *Hiſpani* longe celeberrimi, nobis ſæpiùs memorati, *De Vocibus compoſitis ac derivativis*, in Mahometanorum Bibliothecis hodie quàm rariſſimum.

5.° Opuſculum *De Dictionibus triſyllabis*, auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Abdelvali Heliopolitano* (5), natione *Syro*.

## MCCCCVII.

Codex nitidis & quidem verſicoloribus literis pereleganter exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur in Alcoranum Commentarius, cui titulus *Gemmæ* (6): auctore *Samargandæo*, *Perſa*, Doctore nobiliſſimo.

## MCCCCVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo habetur *Commentarius* in Opera Doctoris *Algiorgiani* ad *Alcoranum* pertinentia, quem olim *Mula Khathib Zadeh* (7) in vulgus edidit. (8)

## MCCCCIX.

Codex anno Egiræ 729. feriâ 7. die 21. menſis Saphari deſcriptus, Tomum continens ſeptimum *Commentariorum* in *Alcoranum*, auctore *Abu Isaac Althalabi*, qui ſeculo Egiræ quarto ſummâ doctrinæ celebritate claruit. (9)

## MCCCCX.

Codex anno ab Egira 729. feriâ 6. die 12. Rabii prioris deſcriptus, complectens Tomum ejuſdem Operis octavum. (10)

Co-

(1) *Initium*: الحمد لله اتم الحمـــــد ۞
*Finis*: وهو لي سبيلـــــــــي ۞
(2) *Titulus*: كتاب الاشـــــــارات ۞
(3) *Initium*: فان علم الحديـــــــث ۞
*Finis*: فلا يليق به زيـــــــــادة ۞
(4) *Titulus*: كتاب التيسير والتقريب ۞
(5) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمـــــد
بن عبد الوالي البعلبكي ۞

(6) *Titulus*: جواهر القـــــــــــران ۞
(7) *Auctor*: حـاشية مولي خطيب زاده ۞
(8) *Initium*: فان اجل العلـــــــوم ۞
*Finis*: بخلاف ما في الكشـــاف ۞
(9) *Initium*: سورة التوبـــــــــة ۞
*Finis*: خاتمة هـــــــــــود ۞
(10) *Initium*: سورة يوسف مكيـــــة ۞
*Finis*: سبيل ربك الي اخر السورة ۞

## MCCCCXI.

Codex exaratus anno Egiræ 946. feriâ 1. die 11. Chriſti 1539. Rabii prioris, quo continentur *Scholia* in *Commentarios* Doctoris ZIMKHASCHARÆI in *Alcoranum* : auctore *ALSAIED ALSCHARIPH ALGIORGIANI*. (1)

## MCCCCXII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 875. quo continetur Commentarius Doctoris SADEDDINI, vulgò *ALTAPHTAZANI*, in ejuſdem ZAMKHASCHRÆI Opera ad Alcoranum pertinentia, *Kaſchaph* nuncupata. (2)

## MCCCCXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo nempe continentur:

1.° Alcorani Cenſura, titulo *Objecta* (3), in Opera Doctoris ZAMKHASCHRÆI, cujus ſententias Antiſtes COTHBEDDINUS & acriter impugnat & hæreſeos afficit notâ. (4)

2.° Libellus Apologeticus Doctoris *MULA ZADEH* pro *ZAMKHASCHRÆO* adverſùs Antiſtitem COTHBEDDINUM, modò laudatum.

3.° Ejuſdem *Annotationes* ad Doctoris *SAMARCANDÆI* Commentarios in *Alcoranum*.

## MCCCCXIV.

Codex exaratus die 13. Rabii poſterioris anno Egiræ 753. Chriſti 1352. complectens in Alcoranum *Quæſtiones MCC*. earumque *Solutiones* Doctoris *RAZÆI* ſtudio in vulgus editas.

## MCCCCXV.

Codex nitidè exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, in quo ejuſdem Operis alterum exemplar.

## MCCCCXVI.

Codex exaratus die 13. menſis Dilhagia, anno Egiræ 787. continens ejuſdem Operis exemplar tertium.

## MCCCCXVII.

Codex nitidis literis *Cairi* exaratus, in quo habetur Commentarius in Alcoranum, titulo *Conſummatio* (5), cujus conſcribendi *ASSIUTHÆUS*, ut ipſe in Prologo teſtatur, initium fecit anno Egiræ 871. feriâ 4. die 6. Saphari.

## MCCCCXVIII.

Codex eleganter deſcriptus, abſque anni notâ, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, ejuſdem Commentarii continens alterum exemplar.

## MCCCCXIX.

Codex exaratus anno Egiræ 892. Chriſti 1486. feriâ 6. die 15. menſis Saphari, in quo habetur opus *Hiſtoriam Alcorani* complectens, ubi de variis ejus exemplaribus quæ olim, *Othmano* Calipha imperante, collecta ſunt, perinde ac de ejuſdem partitione, ſectionibus, Suratarum, dictionumque numero diſſeritur : auctore *ABULCASSEMO OMAR BEN MOHAMAD BEN ABDELKAPHI* (6).

Alcorani ſanè editiones quæ apud Mahometanos olim obtinuerunt, quinque,

(1) *Initium* : قال جار الله ☼
*Finis* : بل في نفسها رزق ☼

(2) *Initium* : قوله وهي اكثر القراءة ☼
*Finis* : وعدم الحجف والغلطة ☼

(3) *Titulus* : اعتراضات ☼

(4) *Initium* : قال صاحب الكشاف ☼
*Finis* : وهو اجماعي ☼

(5) *Titulus* : كتاب التكملة ☼

(6) *Auctor* : تاليف ابي القاسم عمر بن محمد بن عبد الكافي ☼

que, teſte *Abulhassano Perſa*, & *Abu Bakero Ben Mahrano*, vulgatiſsimæ, maximæque auctoritatis recenſentur, *Meccana* ſcilicet, *Medinenſis*, *Cuphenſis*, *Baſrenſis* & *Damaſcena*: quæ quidem ita inter ſe diſsident, pugnantque, ut Doctores Mahometani operam in iis componendis ad noſtra uſque tempora fruſtra contriverint.

MCCCCXX.

Codex in urbe *Cairo* deſcriptus anno Egiræ 727. feriâ 4. die 16. Ramdani, quo nempe continetur Commentarius in Alcoranum, x. capitibus comprehenſus, inſcriptuſque *Demonſtrationum Liber* (1): auctore *Abu Zacharia Jahia Alnuavi*, Schapheiticæ Scholæ Doctore, patriâ *Damaſceno*, qui, ut patet ex Nota ad Codicis calcem appoſita, opus id obſolvit anno Egiræ 666. horis matutinis feriæ 4. die 3. Rabii poſterioris.

MCCCCXXI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notà, in quo habetur Opus de legendi Alcorani Pauſis, titulo *Legendi Methodus* (2): auctore *Abrahamo Ben Omar Algiabari*, qui poſtremam huic operi manum impoſuit anno Egiræ 707. Hoc ipſum argumentum Scriptores non pauci pertractarunt, quorum Catalogus ibidem legitur.

MCCCCXXII.

Codex nitidis exaratus literis, prætermiſsâ anni notâ, complectens *Scholia* in Opera Doctoris *Albaidhavi* ad *Alcoranum* pertinentia: auctore *Mula Kharu*, gente *Græco*.

MCCCCXXIII.

Codex non una manu exaratus die 3. menſis Saphari anno Egiræ 860. quo continetur Commentarius in eadem Doctoris *Albaidhavi* Opera, quem elucubravit *Nureddinus Kermanensis* (3). Vide Golium in *Notis* ad *Alferganum*, *pag.* 292. ubi *Kermana* regio deſcribitur. (4)

MCCCCXXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notâ, quo continetur Commentarius in ejuſdem *Albaidhavi* Opera ad *Alcoranum* ſpectantia: auctore *Mehilddino Mohamad Ben Giomaleddino Ben Ramdhan Almoskari Alscharvani* (5), ex regione videlicet *Scheruan*, Perſiæ provinciâ. (6)

MCCCCXXV.

Codex die 10. menſis Saphari anno Egiræ 689. pereleganter exaratus, quo continetur in Alcorani textum Commentarius, auctore *Ahmad Ben Mohamad Ben Khedher Nureddino Alamari*, vulgò *Alkazeruni* (7), ex *Kazeruna* ſcilicet Perſiæ urbe.

MCCCCXXVI.

Codex nitidè exaratus, ſine anni notâ, continens Tractatum, cui titulus *Ma-*

(1) *Titulus*: كتاب التبيان في اداب حملة القران ۞

(2) *Titulus*: وصف الاهتدا في الوقف والابتدا ۞

(3) *Auctor*: نور الدين القرماني ۞

(4) *Initium*: فان المصنف نور الله ۞
*Finis*: الشمس الى ان يغيب ۞

(5) *Auctor*: تاليف محيي الدين محمد بن جمال الدين بن رمضان المسكري الشرواني ۞

(6) *Initium*: لما رايت هذا الكتاب ۞
*Finis*: عن ادايها بالاقامة ۞

(7) *Auctor*: تاليف احمد بن محمد بن خضر نور الدين العمري الكازروني ۞

*Manuductio* (1), de legendi nimirum, explanandique Alcorani ratione ſecundùm inſigniorum ſeptem Lectorum placita: auctore (2) *Ali Ben Timiah.* (3)

MCCCCXXVII.

Codex nitidè exaratus, in quo reperiuntur videlicet:

1.° Commentarius in Alcoranum, cui titulus *Viri ſapientis & probatæ fidei Reſponſa* (4), ubi non pauca invenias Theoremata ſive Dogmatica, ſive Canonica ex ipſius Alcorani fonte derivata: auctore *Abulabbas Ahmad Ben Jatmia Alharrani* (5), hoc eſt *Carrenſi*, vel *Ckarracenſi*, qui ſeculo Egiræ ſeptimo innotuit. Conſule Golium in *Notis* ad *Alferganum*, *pag.* 249. (6)

Is autem Liber deſcriptus eſt anno Egiræ 723. Chriſti 1323. feriâ 5. die 3. menſis Ragebi.

2.° Alcorani Expoſitio Doctoris Takildini Abu Bakeri Ben Scharaph Ben Mahsan Alsalehi (7) *Damaſceni*. Id opuſculi exaratum eſt *Emeſſæ* in urbe Syriæ, anno Egiræ 726. horis pomeridianis feriæ 7. die 17. Rabii poſterioris.

3.° Epiſtola Parænetica Doctoris Gemaleldini Abulpharagi Abdelrahmani Algiauzi filium ſuum, nomine Abulcassemum, ad literarum ſtudia cohortantis. (8)

Inſignis hæc Epiſtola, quæ Capita nimirum VII. totidemque Monita complectitur, deſcripta eſt anno Egiræ 724. feriâ 2. die 23. menſis Dilhagia.

MCCCCXXVIII.

Codex *Cairi* exaratus anno Egiræ 639. feriâ 4. die 16. menſis Ramdani, ubi legere eſt ejuſdem Gemaleldini Conciones centum ex Alcorani textu deſumtas, atque in variis Mahometanorum delubris habitas. (9)

MCCCCXXIX.

Codex nitidè exaratus die 12. Moharami, an. Egiræ 951. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habentur:

1.° Commentarius in Alcoranum, titulo *Liber Prodigiorum* (10), cujus auctor eſt Caschani (11), ex *Caſchana* ſcilicet Perſiæ urbe.

2.° Opuſculum ad Juriſprudentiam pertinens, *Theſaurus* inſcriptum: auctore *Abulith Samarcandæo.* (12)

MCCCCXXX.

Codex exaratus die 9. menſis Dilhagia anno Egiræ 423. Chriſti 1031. initio mutilus, continens Commentarium in Alcoranum, hoc titulo: *Allegoriarum Senſus & Scopus* (13), auctore *Abu*

(1) *Titulus*: المرشد الوجيز

(2) *Auctor*: تاليف علي بن تيمية

(3) *Initium*: فهذا تصنيف جليل
*Finis*: تنبيه علي ستين بيتا

(4) *Titulus*: جواب اهل العلم والايمان في تفسير القران

(5) *Auctor*: شرح ابي العباس احمد بن تيمية الحراني

(6) *Initium*: سبيل شيخ الاسلام
*Finis*: في مواضع كثيرة

(7) *Auctor*: تقي الدين ابو بكر بن شرف بن محسن الصالحي

(8) *Initium*: اعلم يابني وفقك الله ان لا يتميز الادمي
*Finis*: اجتهادي في وصيتي

(9) *Initium*: لما كانت المواعظ
*Finis*: انه كان توابا

(10) *Titulus*: كتاب الايات

(11) *Auctor*: القاشاني

(12) *Initium*: اعلم ان الفقه
*Finis*: كانه كافر

(13) *Titulus*: نهاية الايجاز في رواية الاعجاز

*Abu Bakero Ben Althaieb*, vulgò *Albacalani* (1).

MCCCCXXXI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 915. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, complectens Anonymi Lexicon Alcoranicum Notis locupletatum.

MCCCCXXXII.

Codex pereleganter exaratus, omiſsâ prorſùs anni notâ, quo continetur Alcorani Explanatio ſecundùm Grammaticæ regulas, hoc titulo: *Vocum, quæ in Alcorano difficiliores occurrunt, Explicatio* (2). At Prologus in primis, & Auctoris nomen deſiderantur.

MCCCCXXXIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, continens aliquot Alcorani Capitum Explanationem, quæ *Selectiorum Liber* (3) inſcribitur. Ibi Doctor *Abu Mansor Abdelrahman Ben Hebatalla* Mahometi bella commemorat. (4)

MCCCCXXXIV.

Codex anno Egiræ 849. feriâ 1. die 29. menſis Dilhagia exaratus, quo continetur Expoſitio Legum Alcorani, quæ progreſſu temporis abrogatæ ſunt. Hujus auctor *Abulcassem Hebatalla Ben Salam Ben Nasseri* (5), ſeculi Egiræ quarti Scriptor celeberrimus. (6)

MCCCCXXXV.

Codex exaratus die 2. menſis Ragebi anno Egiræ 637. in quo habetur Opus Hiſtoriam Alcorani complectens, inſcriptum *Anſa* (7): auctore *Phakhereddino Abulhassemo*, *Ali Alharali* (8) nuncupato, qui anno Egiræ 533. fatis conceſsit

MCCCCXXXVI.

Codex literis Cuphicis in veteri *Feſſa* urbe exaratus anno Egiræ 1003. ubi occurrit Anonymi in Alcorani textum Commentarius, *Gloriæ Gradus* (9) inſcriptus. (10)

MCCCCXXXVII.

Codex literis exaratus Cuphicis, & principio & anni notâ deſtitutus, quo continetur Anonymi Libellus Alcorani Sectatorum placita complectens.

DOG-

(1) *Auctor*: تاليف ابي بكر بن الطيب الباقلاني ۞

(2) *Titulus*: اعراب مشكل القـــران ۞

(3) *Titulus*: كتاب منتخب من كتاب التاويل ۞

(4) *Initium*: قال الشيخ الامـــــام ۞
*Finis*: منبعث له اشعاعهـــــــــا ۞

(5) *Auctor*: تاليف ابي القاسم هبة اللـه بن سلام بن نصر ۞

(6) *Initium*: فاول ما ينبغي لمــــن ۞
*Finis*: سورة الناس ليس فيها ناسخ ولا منسوخ ۞

(7) *Titulus*: كتاب العـــــــروة ۞

(8) *Auctor*: املا فخر الدين ابي الحسن علي المعروف بالحرالي ۞

(9) *Titulus*: مراقي المجد لايـــــات السعد ۞

(10) *Initium*: فاني لما تاملت شــــرح التفتزاني ۞
*Finis*: يصمد اليه في الحوايـــــج ۞

# DOGMATICI, SCHOLASTICI, MORALES, &c. IN FOLIO.

## MCCCCXXXVIII.

Codex vetuſtus, ac pluribus locis ipſa vetuſtate detritus, foliis etiam aliquot ex fine avulſis, Mahometi, ejuſque Sociorum Acta complectens, hoc titulo: *Vera & genuina Traditionum Collectio* (1). Auctor eſt *Abu Abdalla Mohamad Ben Ismael*, vulgò dictus *Albokhari* (2), *Perſa*, Theologorum Sectæ Mahometanæ Scriptorum facilè princeps, qui omnia Pſeudoprophetæ ac ſociorum dicta genuina, rejectis dubiis & falſis, in hoc volumen congeſsit; idque *Traditionum* nomine, quæ ad bis centum ſexaginta & ſeptem millia excrevere, donavit. Tanta verò eſt hujuſce Operis apud Mahometanos auctoritas ac reverentia, ut multi cum Alcorano ipſo conferre non dubitent. At nihil ſanè in eo reperias, præter deliria quædam Judæorum fabulis haud diſsimilia. Unde conjicere meritò licet *Albokharæum* vel ſectâ Judæum fuiſſe, vel Rabbinorum ope abſurdiſsima hujuſmodi mendacia confinxiſſe. Is autem anno Egiræ 256. obiiſſe traditur.

## MCCCCXXXIX.

Codex literis Cuphicis *Cordubæ* exaratus die 4. menſis Dilcada anno Egiræ 602. in quo *Canonum Mahometano-*



*rum* habetur *Collectio*, quæ operâ & ſtudio *Moslem Ben Alhagiage* (3), præſtantiſsimi apud Mahometanos Doctoris, prodiit anno Egiræ 232. Is autem anno ejuſdem Æræ 261. Chriſti 874. feriâ 2. die 16. menſis Ragebi deceſsit.

## MCCCCXL.

Codex nitidis, maximiſque literis exaratus feriâ 4. die 10. menſis Ramdani anno Egiræ 682. in quo altera *Canonum Collectio* ad religionem, moreſque potiſsimùm ſpectans. Hæc in duas tributa partes, *Codex Traditionum* (4) inſcribitur: quas quidem ex ipſius Mahometi ore acceptas, tanquam authenticas & fide maxima dignas in medium profert Doctor *Abulola Ali Ben Omar Aldaracthani* (5), qui ſeculo Egiræ tertio doctrinæ famâ apud Aſsyrios innotuit. (6)

Id autem operis tanto in pretio habitum antiquitùs eſt, ut Academiarum *Cordubenſis*, *Perſicæ*, *Damaſcenæ* juſſu in Scholis publicè prælegeretur. Ad Codicis preterea calcem Doctorum occurrunt Approbationes, quibus & Liber & Scriptor in primis commendantur, diverſis temporibus prolatæ, anno videlicet Egiræ 566. feriâ 3. die 19. menſis Ramdani, anno 636. feriâ 3. die 11. Dilcada, atque anno demum 671. feriâ 5. die 13. menſis Ragebi.

## MCCCCXLI.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 646. feriâ 2. die 14. Ragebi, in quo habetur Opus Theologico-Dogma-



(1) *Titulus*: جامع الصحيح ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن اسمعيل البخاري ۞

(3) *Titulus & Auctor*: كتاب حديث مسلم بن الحجاج ۞

(4) *Titulus*: كتاب الروية ۞

(5) *Auctor*: جمع ابي العلاء علي بن عمر الدارقطني ۞

(6) *Initium*: هذا كتاب جمعت فيه ۞
*Finis*: علي وجهه فراش من ذهب ۞

ticum tripartitum, inſcriptumque *Collectio Fundamentorum* (1), ubi de præcipuis Mahometanæ religionis Capitibus, illis nimirum quæ ex Mahometi ipſius ore excepta, Traditionis ope ad poſteros pervenerunt: auctore ABULSADAT MOHAMAD BEN ABDELKARIM, vulgò EBN ALATHIR (2), qui anno Egiræ 606. in *Aſſyria* obiiſſe traditur. (3).

## MCCCCXLII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 947. Chriſti 1540. feriâ 2. die 8. menſis Dilhagia, quo continentur Mahometi Acta, titulo *Luminum Ortus* (4): auctore viro nobiliſsimo ALCADI ABULPHADHL AIAD. (5)

## MCCCCXLIII.

Codex nitidè exaratus die 23. Ragebi, anno Egiræ 843. quo continetur in ejuſdem ALCADI Librum de Fidei Articulis ad Mahometi vitam, moreſque pertinentibus, cui titulus *Sanitas*, Commentarius uberrrimus, inſcriptus *Liber Exemplorum* (6), quem anno Egiræ 792. feriâ 1. die 22. menſis Scheuali perfecit *Alepi* in urbe regia Doctor (7) ABRAHAMUS BEN MOHAMAD BEN KHALIL SEBTH ALEPINUS, vulgò BEN BENT ALAGEMI. (8)

## MCCCCXLIV.

Codex *Cairi* exaratus anno Egiræ 845. feriâ 1. die 17. Rabii poſterioris, continens Prolegomena in Opera Canonica Doctoris ALBOKHARÆI, capitibus X. comprehenſa, inſcriptaque *Dei Conditoris Auſpicia* (9): auctore EBN HAGIAR *Aſcalonita*, qui nono Egiræ ſeculo ineunte magnum ſibi nomen in *Syria* comparavit.

## MCCCCXLV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, eorundem *Prolegomenon* exemplar alterum continens.

## MCCCCXLVI.

Codex ſine punctis diacriticis deſcriptus, idemque mutilus, quo continetur ejuſdem Doctoris EBN HAGIAR, id eſt A LAPIDE, *Commentariorum* in *Codicem Traditionum* Tomus duodecimus. (10)

## MCCCCXLVII.

Codex *Cairi* exaratus anno Egiræ 921. feriâ 4. die 7. Gemadi poſterioris, foliis aliquot ab initio detractis mutilus, in quo habetur ejuſdem Doctoris *Commentariorum* in proximè laudatum *Codicem* Tomus decimus octavus.

## MCCCCXLVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 857. feriâ 6. die 12. menſis Schabani, ejuſdem-

(1) *Titulus*: كتاب جامع الاصول في احاديث الرسول ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابو السعادات محمد بن عبد الكريم المعروف بابن الاثير ۞

(3) *Initium*: فان مبني هذا الكتاب ۞
*Finis*: واذا غفل وســـــوس ۞

(4) *Titulus*: مشارق الانوار علي صحايح الاثار ۞

(5) *Initium*: وقد كان فيمن تقـــدم ۞
*Finis*: وفرق اصباعـــــــه ۞

(6) *Titulus*: كتاب المقتفي في ضبـــط الفاظ الشفا ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابرهيم بن محمد بن خليل سبط الحلبي الشهير بابن بنـــت العجمي ۞

(8) *Initium*: فلما كان كتـــــاب ۞
*Finis*: وهذا ظاهـــــــــر ۞

(9) *Titulus*: فتح الباري علي البخاري ۞

(10) *Initium*: فان اولي ما صرفـــت ۞
*Finis*: الا ثلثة عشر يومـــــا ۞

dem *Commentariorum* Tomum undeviceſimum complectens. (1)

## MCCCCXLIX.

Codex nitidè exaratus die 11. menſis Gemadi poſterioris anno Egiræ 621. in quo Tomus occurrit ſextus & vigeſimus *Commentariorum* in *Codicem Traditionum*, quos *Abulabbas Hagiar Meccanus* publicavit. (2)

## MCCCCL.

Codex exaratus die 5. menſis Scheuali anno Egiræ 669. quo continentur in *Codicem Traditionum* Scholia, titulo *Paraphraſis* (3): auctore *Abulcassemo Abdelkarim Ben Mohamad Alraphei Alcarvini* (4) *Hiſpano*, qui Operi manum admovit anno Egiræ 611. Chriſti 1214. feriâ 3. die 28. menſis Ragebi. In extremo libro Academiæ *Ægyptiacæ* Cenſura legitur, data nimirum anno Egiræ 736. feriâ 3. die 25. menſis Ramdani (5).

## MCCCCLI.

Codex eleganter exaratus, anni notâ & fine defectus, continens Commentariorum in eundem *Traditionum Codicem* Tomum quintum, hocce titulo: *Additamenta* (6). Auctor eſt *Abrahamus Ebn Ali*, Sectæ *Schapheiticæ* Doctor, *Alnamani* (7) vulgò nuncupatus, gente *Ægyptius*.

*Tom. I.*

## MCCCCLII.

Codex anno Egiræ 721. die 14. Moharami exaratus, foliis aliquot ex initio detractis mutilus, Tomum continens tertium *Commentariorum* in *Codicem Traditionum*, quorum auctor *Schehabeddinus Alcasthellani* (8), in urbe nimirum Africæ *Cathella* natus: de qua videſis Elmacini *Hiſtoriam Saracenicam*, *lib.* 1. *pag.* 47. *ad annum Egiræ* 46.

## MCCCCLIII.

Codex exaratus die 22. Rabii prioris anno Egiræ 922. ubi ejuſdem *Commentariorum* in eundem *Codicem* Tomus ſextus occurrit. (9)

## MCCCCLIV.

Codex initio ac fine juxta mutilus, Tomum complectens nonum *Commentariorum* in *Traditionum Codicem*, qui quidem in Tomos XX. ſunt diſtributi: auctore *Alcasthellani*, paulò ante memorato.

## MCCCCLV.

Codex exaratus *Cairi* die 27. menſis Scheuali anno Egiræ 920. in quo habetur ejuſdem *Commentariorum* in eundem *Codicem* Tomus duodecimus. (10)

## MCCCCLVI.

Codex nitidè exaratus die 22. Moha-



(1) *Initium*: ۞ كتاب النكـــــاح
*Finis*: ۞ قوله سمينيـــــن

(2) *Initium*: ۞ ولم يفرده البخـــــاري
*Finis*: ۞ وافقه مسلم علي تخريجهـــا

(3) *Titulus*: الامالي الشارحة لمفـــردات الفاتحة ۞

(4) *Auctor*: تاليف ابي القاسم عبـــــد الكريم بن محمد الرافعي القزويني ۞

(5) *Initium*: ۞ هذا حديـــــث
*Finis*: ۞ انت التواب الرحـــــوم

(6) *Titulus*: تزيين فتح الباري بشـــرح البخاري ۞

(7) *Auctor*: تاليف ابرهيم ابن علـــي الشافعي النعماني ۞

(8) *Auctor*: ۞ تاليف شهاب القسطلانـــي

(9) *Initium*: ۞ هذا باب بالتنويـــن
*Finis*: ۞ في المناقب مقطعـــا

(10) *Initium*: ۞ قال عباس بن سهـــل
*Finis*: ۞ سنة عشرة غـــزوة

harami, anno Egiræ 869. continens Tomum quartum *Commentariorum* in *Codicem Traditionum*, qui *Margaritæ* (1) inſcribuntur: auctore *Schamseddino Mohamad Ben Joseph Ben Ali Ben Said Kermanensi* (2), qui Tomum hunc *Meccæ* anno Egiræ 775. abſolviſſe traditur.

## MCCCCLVII.

Codex exaratus die 6. menſis Schabani anno Egiræ 817. in quo habetur *Commentarius* in Codicem *Traditionum*, inſcriptus *Medulla* (3): auctore *Badreddino Mohamad Ben Abdalla Alzarkaschi* (4), qui opus hoc à ſe perfectum ait die 8. menſis Dilhagia anno Egiræ 788.

## MCCCCLVIII.

Codex eleganter exaratus, omiſsâ anni notâ, continens Tomum ſecundum *Commentariorum* quos edidit Doctor, vulgò dictus (5) *Alini*. (6)

## MCCCCLIX.

Codex & nitidè & accuratè, ſed abſque anni nota, deſcriptus, qui Tomum complectitur primum *Commentariorum* in *Collectionem Traditionum* olim à celeberrimo Traditionis aſſertore *T'armadi* vulgatam. Eorum autem ſcriptor (7) *Abulphadhl Abdelkarim Ben Alhossain Iracensis*. (8)

## MCCCCLX.

Codex literis Cuphicis *Meccæ* deſcriptus à Librario quodam, nomine *Mahometo*, patriâ *Accitano*, anno videlicet Egiræ 859. die 3. Ragebi. Eo continetur Commentarius in Opera Theologica Doctoris *Tageddini Ben Alsobki*, cui titulus *Pluvia longè, latéque diffuſa*: auctore *Ahmad Ben Acdelrahim Ben Alhossain, Abulphadhli* proximè laudati filio, & genere & ſcriptis bene multis nobiliſsimo. Is, teſte *Assiuthæo*, natus eſt anno Egiræ 762. Ægypti Præturam geſsit, & *Cairi* tandem obiit anno 826. feriâ 5. die 27. menſis Schabani. (9)

## MCCCCLXI.

Codex anno Egiræ 856. feriâ 6. die 17. menſis Dilhagia deſcriptus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur ejuſdem Epitome Traditionum, titulo *Sufficiens* (10).

## MCCCCLXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Explanationem Poëmatis, quod *Alphia*, ſeu *Millenarium* inſcribitur, de Mahometanorum nempe Traditionibus. Id *Zaineddinus Abdelrahmanus Iracenſis* condidit *Meccæ* anno Egiræ 768. feriâ 4. die 3. Gemadi poſterioris. Notis verò illuſtravit

(1) *Titulus*: الدراري في شـــــرح البخاري ۞

(2) *Auctor*: تاليف شمس الدين محمد بن يوسف بن علي بن سعيد الكرماني ۞

(3) *Titulus*: التنقيح للالفاظ الجامـــع الصحيح ۞

(4) *Auctor*: بدر الدين محمد بن عبــد الله الزركشي ۞

(5) *Auctor*: تاليف العينـــــــي ۞

(6) *Initium*: متي يصح سماع الصغيــر ۞

*Finis*: فحكمه حكم الخمـــر ۞

(7) *Auctor*: جمع ابو الفضل عبد الرحيم بن الحسين العراقي ۞

(8) *Initium*: فاولي ماصرفت فيـــــه ۞

*Finis*: يعبث بلحيته في صلاتـــــه ۞

(9) *Initium*: هذا تعليق وجيــــــز ۞

*Finis*: موذموجهه واغتيالــــــه ۞

(10) *Titulus*: كتـاب المغني عن حمـــال الاسفـار ۞

vit anno 771. feriâ 7. die 17. Ramdani. (1)

## MCCCCLXIII.

Codex *Cairi* deſcriptus anno Egiræ 601. Chriſti 1204. die 5. menſis Saphari, in quo habetur Opus Dogmaticum quadripartitum, hoc titulo: *Dogmatum Inquiſitio* (2), auctore *Abu Hamed Mohamad Ben Mohamad Algazali Thuſenſi*, eximio apud ſuos Theologo. (3)

## MCCCCLXIV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, complectens Anonymi *Commentarium* in idem Opus. (4)

## MCCCCLXV.

Codex anno Egiræ 891. feriâ 1. die 13. menſis Schabani exaratus, in quo Tomus occurrit ſecundus *Commentariorum* in *Codicem Traditionum*, quos *Abdelgani Ben Abdelvahed Hieroſolymitanus* (5) edidit. (6)

## MCCCCLXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 756. quo continetur ejuſdem Opus Dogmatico-Canonicum, ſeu *Collectio Canonum* ſecundùm Pſeudoprophetæ Traditiones. Eam Canonum Collectionem tùm Academia *Granatenſis* die 14. Ragebi anno Egiræ 759. tùm *Malacitana* anno 770. feriâ 1. die 24. Rabii prioris comprobavit.

## MCCCCLXVII.

Codex anno Egiræ 885. feriâ 7. die 19. Saphari exaratus, quo continetur Tractatus de præcipuis Mahometanæ Sectæ fundamentis, inſcriptus *Fidei Articulorum Exegeſis* (7). Hic duas tributus in partes, quarum prior de Deo, ejuſque Attributis; ſecunda de veræ Religionis Signis agit. Auctor eſt *Abu Isaac Abrahamus Ben Isaac Alsaphar Albokhari* (8), gente *Perſa*. (9)

## MCCCCLXVIII.

Codex eleganter exaratus die 15. Rabii poſterioris anno Egiræ 975. principio mutilus, Opus Dogmaticum tripartitum complectens, titulo *Sectarum Criſin* (10). Ibi auctor *Thaherus Abulmedhpher Mohamad Ben Mohamad Elsphrahini* (11), natione *Perſa*, cùm Judæos, aliarumque Sectarum cultores refellere, tùm ipſam Chriſtianam Religionem argumentis quinquaginta & uno è Novo ac Veteri Teſtamento malè petitis impugnare conatur.

## MCCCCLXIX.

Codex pereleganter exaratus, abſque anni notâ, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, Tractatum *De Fide* complectens: auctore *Takiddino Abulab-*

(1) *Initium*: فان علم الحديث ☼
*Finis*: الدمشقي الداري ☼

(2) *Titulus*: كتاب الاقتصاد في الاعتقاد ☼

(3) *Initium*: وليفتتح الكلام ☼
*Finis*: بلطفه وسعة جوده ☼

(4) *Initium*: فان اشرف العلوم ☼
*Finis*: ان الخلافة ذمت ☼

(5) *Auctor*: تاليف عبد الغني بن عبد الواحد المقدسي ☼

(6) *Initium*: كتاب مواقيت الصلاة ☼
*Finis*: الموقوفة على الصحابة ☼

(7) *Titulus*: تلخيص الادلة الدينية ☼

(8) *Auctor*: تاليف ابي اسحق ابرهيم بن اسحق الصفار البخاري ☼

(9) *Initium*: فان احق ما صرفت ☼
*Finis*: من العلم الا قليل ☼

(10) *Titulus*: التبصير في الفرق ☼

(11) *Auctor*: طاهر ابو المظفر محمد بن محمد الاسفرايني ☼

*labbas* *Ahmad Ben Abdelhalim Abil-barkat*. (1)

## MCCCCLXX.

Codex & initio & fine juxta mutilus, Tractatum de Deo complectens, *Religionis Dotes* (2) videlicet inſcriptum, cujus auctor *Alschariphus Algiorgiani*, nobis ſæpenumerò laudatus.

## MCCCCLXXI.

Codex nitidè exaratus, anni carens notâ, in quo habetur Liber de Divinis Nominibus, *Demonſtrationum Specimen* inſcriptus, idemque in tres partes diſtributus: auctore *Phakhreddino Mohamad Ben Omaro Alrazi*, magni nominis apud Mahometanos Theologo. (3)

## MCCCCLXXII.

Codex anno Egiræ 963. feriâ 2. die 8. Rabii prioris exaratus, quo continetur Tractatus de Theologia Scholaſtica uberrimus, iſque tripartitus, hocce titulo: *Problemata Theologica* (4), ubi ejus auctor *Omarus Ben Masud*, vulgò *Altaphtazani*, non ſubtiliter minùs quàm eleganter pro Sectæ ſuæ placitis diſſerit. (5)

## MCCCCLXXIII.

Codex & fine & anni notâ carens, in quo Tractatus occurrit de Religione, ubi multa de Merito, inſcriptus *Actuum Præſtantia & Operum Fodina* (6): auctore *Abulsapha Ben Abi Albanna Alhossaini* (7) *Granatenſi*.

## MCCCCLXXIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, Opus Scholaſtico-Myſticum continens, cujus inſcriptio *Methodus Theologiæ comparandæ* (8): auctore *Ahmad Ben Mohamad Ben Othman Azadita*, vulgò *Ben Albanna* (9), *Hiſpano*. (10)

## MCCCCLXXV.

Codex *Cairi* exaratus die 25. Rabii poſterioris anno Egiræ 813. quo continetur Tractatus Myſticus de Divinis Nominibus, hac inſcriptione: *Diſciplinarum Doctrina* (11), à Doctore *Schahabeddino Abulabbas Josepho Alcarschi Albuni* (12) olim editus. (13)

## MCCCCLXXVI.

Codex nitidè exaratus, abſque anni notâ, in quo Anonymi Opus de Mahometanæ Sectæ veritate, titulo *Vigi-*

(1) *Initium*: اعلم ان الايمـــــان ۞
*Finis*: كثيرة بلا استثنـــــا ۞
(2) *Titulus*: المناقـــــب ۞
(3) *Initium*: فان الله تعالي لمـــــا اسعدني ۞
*Finis*: في صفته محـــــالا ۞
(4) *Titulus*: شرح المقاصد في علـــــم الكلام ۞
(5) *Initium*: فقد كنت في ابان الامر ۞
*Finis*: ودريس في السمـــــا ۞
(6) *Titulus*: كتاب محاسن الاعمـــــال ومعادن الاقوال ۞
(7) *Auctor*: تاليف ابو الصفا بن ابـــــي البنا الحسيني ۞
(8) *Titulus*: شرح المراسم في علـــــم الكلام ۞
(9) *Auctor*: احمد بن محمد بن عثمـــــان الازدي الشهير بابن البنا ۞
(10) *Initium*: الكلام علي ترجمـــــة المراسم ۞
*Finis*: في الابواب خلـــــص ۞
(11) *Titulus*: علم الهدي وقبس الاقتـــــدا ۞
(12) *Auctor*: تاليف شهاب الدين ابـــــو العباس يوسف القرشي البوني ۞
(13) *Initium*: ايها الطالبـــــون ۞
*Finis*: في الاعمال الصالحـــــات ۞

*gilantium Hortus* (1), quod abſolutum eſt die 12. menſis Dilhagia anno Egiræ 968. (2)

## MCCCCLXXVII.

Codex & principii & finis expers, continens Opus Critico-Dogmaticum *De Verbo Dei ſcripto & tradito.*

## MCCCCLXXVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, utrinque pariter mutilus, Tractatum complectens *De Divinis Scripturis*, in capita XVI. digeſtum.

# DOGMATICI, SCHOLASTICI, MORALES, &c.

## *IN QUARTO.*

## MCCCCLXXIX.

Codex nitidè exaratus à Librario quodam *Abulhasseno Ali Ben Soliman Almoradi Valentino*, idque anno Egiræ 528. Chriſti 1133. feriâ 3. die 5. Rabii prioris, quo continetur Tomus prior Commentariorum in Codicem *Traditionum* Doctoris *Moselmi*, qui *Exoticus* inſcribitur. Eorum auctor eſt *Abulhassanus Abdelgapher Ben Ismail Alpharsi* (3), ſive *Perſa*, qui anno Egiræ 451. natus, obiit *Niſſaburæ* anno ejuſdem Æræ 529.

## MCCCCLXXX.

Codex anno Egiræ 567. exaratus, complectens Theologiam Mahometanam, Scholaſtica methodo pertractatam atque in capita LXXIII. diſtributam, cui titulus *Utilitates præſtantiſſimæ* (4): auctore *Abulcassem Ali Ben Hossain Ben Musa Almortadhi Almusavi* (5), qui hoc operis abſolviſſe fertur anno Egiræ 416. feriâ 5. die 22. Gemadi poſterioris; anno autem ejuſdem Æræ 436. deceſsiſſe.

## MCCCCLXXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, omiſsâ planè anni notâ, in quo habetur Tractatus Dogmaticus de Deo uno, ejuſque Attributis, titulo *Dogmatum Inquiſitio*: auctore *Algazali.*

Ejus autem Operis alterum occurrit ſupra exemplar, ſed melioris notæ.

## MCCCCLXXXII.

Codex literis Cuphicis in urbe *Verja* exaratus anno Egiræ 844. Chriſti 1440. feriâ 5. die 4. menſis Ramdani, quo videlicet continentur:

1.° Theologia Dogmatica Mahometana, cui titulus *Præcipua Mahometanorum Dogmata* (6): auctore *Abulphadhl Aiadh Ben Musa Septano*, ſæpiùs memorato.

2.° Opuſculum de Mahometi Traditionibus quæ ad mores & jura potiſsimùm ſpectant, hoc nempe titulo: *Stella lucida* (7), quod olim edidit Juriſconſultus *Abu Abdalla Mohamad Ben Salama Alcodhai Hiſpanus.*

3.° Ejuſdem *Hiſtoria Noctis Aſcenſûs*

(1) *Titulus*: روضة الفايقين ۞
(2) *Initium*: فان الدهر لما ذركني ۞
*Finis*: للدود وللتراب ۞
(3) *Auctor*: شرح ابي الحسن عبد الغافر بن اسمعيل الفارسي ۞

(4) *Titulus*: كتاب غرر الفوايد ۞
(5) *Auctor*: تاليف ابي القسم علي بن حسين بن موسي المرتضي الموسوي ۞
(6) *Titulus*: كتاب قواعد الاسلام ۞
(7) *Titulus*: كتاب الشهاب في حديث النبوي ۞

*ſûs* (1), qua ſcilicet Mahometum per Cœli contignationes, quaſi per totidem gradus, ad Deum aſcendiſſe fingunt Mahometani.

## MCCCCLXXXIII.

Codex nitidè exaratus, nullâ prorsùs anni notâ, Commentarios complectens, quos in Librum Doctoris *Aiadhi* de *Prophetiæ Mahometi veritate* compoſuit *Mohamad Ben Ali Ben Alscharaph Alhossaini Tremissenus* (2), qui *Feſſæ* anno Egiræ 926. inclaruit. (3)

## MCCCCLXXXIV.

Codex non una manu exaratus, continens Explanationem Poëmatis *Alphia*, quod *Memoriæ & Animadverſionis* (4) titulo circumfertur. Explanationis autem ac Poëmatis idem auctor eſt *Abdelrahmanus Ben Alhossain*, vulgò *Alaraki*, ex regione videlicet *Araca*, vel *Iraca*, qui univerſam Traditionum ſcientiam eo carmine complexus eſt.

## MCCCCLXXXV.

Codex exaratus anno Egiræ 834. feriâ 3. die 15. Gemadi poſterioris, quo continetur Anonymi Commentarius in idem Poëma. Ad Codicis calcem occurrit hujuſmodi Nota: *Abſolutum eſt id Poëma in urbe* Mecca *anno Egiræ* 768. *feriâ* 5. *die* 4. *Gemadi poſterioris*; *Commentario verò extrema manus impoſita* Cairi *anno ejuſdem Æræ* 771. *feriâ* 7. *die* 24. *menſis Ramdani.*

## MCCCCLXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 1. Rabii prioris anno Egiræ 867. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur in idem Poëma Commentarius alter uberior: auctore *Tageddino Ben Alsabki* nobis alibi memorato.

## MCCCCLXXXVII.

Codex non ineleganter exaratus, quo continentur:

1.° Explanatio Poëmatis *Alphia* nuncupati, multis capitibus diſtincta: auctore *Abu Bakero Aracenſi.* (5)

2.° Commentarius in idem Poëma, *Supplementum* (6) inſcriptus, qui labore & ſtudio Doctoris *Zachariæ Alansari* prodiit. (7)

## MCCCCLXXXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 924. feriâ 5. die 15. menſis Ragebi, alterum complectens ejuſdem Commentarii exemplar, in quo idem auctor *Alansari* hoc opus ſe abſolviſſe profitetur anno Egiræ 896. die 10. Ragebi.

## MCCCCLXXXIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur in idem Poëma *Scholia* Doctoris *Mohamad Ben Cassem Gazensis* (8).

## MCCCCLXXXX.

Codex nitidè, ſed non una manu exara-

(1) *Titulus*: حديث المعـــــــراج ۞

(2) *Auctor*: تاليف محمد بن علي بـــن الشرف الحسيني التلمساني ۞

(3) *Initium*: فلما من الله علــــــي ۞
*Finis*: ابدا الابـــــــــــة ۞

(4) *Titulus*: شرح الالفية في علم الحديث المسماة بالتبصرة والتذكرة ۞

(5) *Initium*: هذه المقاصد المهمـــــة ۞
*Finis*: واليه منا ترجع الامـــــور ۞

(6) *Titulus*: فتح الباقي بشرح الفيـــة العراقي ۞

(7) *Initium*: فان الفية علــــــــم ۞
*Finis*: يرجع الامر كلـــــه ۞

(8) *Auctor*: شرح محمد بن قاسم الغزي الشافعي ۞

exaratus die 29. menſis Saphari anno Egiræ 1006. continens Anonymi Commentarium in Librum Doctoris *Razæi*, ſeu *Rasis*, *De Fidei Mahometanæ Fundamentis*. (1)

MCCCCLXXXXI.

Codex die 11. Schabani, anno Egiræ 610. exaratus, in quo legitur Opus Doctoris *Razæi De Theologia Scholaſtica*, cujus alterum exemplar ſupra recenſuimus.

MCCCCLXXXXII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, continens Tractatum *De Deo uno*, auctore *Alnasaphi*, magni apud Mahometanos nominis Theologo: adjectis Doctoris *Altaphtazani* in eundem Commentariis. (2)

MCCCCLXXXXIII.

Codex exaratus anno Egiræ 993. feriâ 1. die 18. Gemadi poſterioris, Commentarium in Opera Theologica Doctoris *Altaphtazani* complectens, quem *Mohamad Ben Mohamad Aldalhi Alothmani* (3) confecit anno Egiræ 917. feriâ 2. die 9. Moharami.

MCCCCLXXXXIV.

Codex non una exaratus manu, nullâ prorsùs anni notâ, foliis conſtans 229. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Commentarius in Tractatum *De Deo uno*, ab eximio Doctore *Algiorgiani* editum: auctore *Mula Ebn Alsamuni* (4), qui Turcarum Imperatori *Baiazeto*, hujus nominis ſecundo, id operis conſecravit.

MCCCCLXXXXV.

Codex nitidè exaratus, anni carens notâ, quo videlicet continentur:

1.° *Scholia* in ejuſdem Tractatum Theologicum: auctore *Hassam Gelbi*, qui ſeculo Egiræ nono doctrinæ celebritate floruit. (5)

2.° *Notæ* in ejuſdem Tractatum eruditæ, quas *Massudus Alschirvani*, *Perſa*, ex regione, vulgò *Schiruan*, anno Egiræ 905. morte præreptus, abſolvere non potuit.

MCCCCLXXXXVI.

Codex literis Cuphicis exaratus, & fine & anni notâ deficiens, in quo habetur Opus *De Deo uno*, *necnon de Divinis Nominibus*: auctore *Abulabbas Ben Ahmad Ben Mohamad Ben Othman Azadita*, vulgò *Ebn Albanna*, gente *Hiſpano*, origine *Marochano*. Hujus Operis notis etiam illuſtrati aliud integrum exemplar inter Codices *in folio* laudavimus.

MCCCCLXXXXVII.

Codex, ſine anni notâ, non ineleganter exaratus, cujus & alterum alibi occurrit exemplar, continens *Commentarium* in *Codicem Traditionum*, quem ejus auctor *Abu Abdalla Badreddinus Mohamad Alzarkaschi* ſe abſolviſſe ait die 8. menſis Dilcada, anno ſcilicet Egiræ 788.



(1) *Initium*: الحمد لله الذي هدانـــــا ۞
*Finis*: لاقامة حق الشـــــــــــرع ۞

(2) *Initium*: فان مبني علم الشرايـــــــح والاحكـــام علي قواعد عقايد الاسلام وهو علم التوحيد والصفات الموسوم بعلــــــم الكلام ۞
*Finis*: بحثهم في اثباتـــــــــــه ۞

(3) *Auctor*: تاليف محمد بن محمـــــد الدلجي العثماني ۞

(4) *Auctor*: شرح المولي ابن السامونی ۞

(5) *Initium*: قال بنـــــــــــــــاء ۞
*Finis*: كما لا يخفي تامــــل ۞

## MCCCCLXXXVIII.

Codex literis Cuphicis deſcriptus, flammis nonnihil conſtatus, complectens Doctoris *Schehabeddini Ahmad Ben Edris Hispani* (1) ad ejuſdem Commentarium *Scholia.*

## MCCCCLXXXIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, Tomum continens primum Commentariorum in *Codicem Traditionum*, quibus titulus *Animorum Hilaritas* : auctore viro pernobili *Abdalla Abu Mohamad Ben Saad Ben Abi Giamra Azadita Murciano* (2), qui, teſte *Ebn Alkhathib* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana*, diem ſuum *Granatæ* obiit anno Egiræ 711. feriâ 5. die 23. Scheuali. (3)

## MD.

Codex die 2. Schabani, anno Egiræ 993. exaratus, in quo ejuſdem Tomi primi *Commentariorum* modò laudati alterum occurrit exemplar, inferioris tamen notæ.

## MDI.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ anni notâ, continens ejuſdem *Commentariorum* Tomum ſecundum. (4)

## MDII.

Codex nullâ anni notâ exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo Tomus ejuſdem *Commentariorum* tertius habetur. (5)

## MDIII.

Codex eleganter exaratus, ejuſdem *Commentariorum* Tomum quartum, eumque poſtremum exhibens. (6)

## MDIV.

Codex literis Cuphicis exaratus die 13. Ramdani, anno Egiræ 861. quo continetur Opus Dogmatico-Criticum de Traditionum doctrina, *Prolegomena* (7) inſcriptum. Ejus auctor *Abulphadhl Ahmad Aſcalonenſis*, vulgò *Ebn Hagiar*, nobis toties memoratus. (8)

## MDV.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, in quo habetur ejuſdem Tractatus Dogmatico-Hiſtoricus de Peſte non vitanda, in partes quinque diviſus, inſcriptuſque *Obedientia & Utilitas* (9). Ibi Auctor cum ceteris Mahometanæ Sectæ Doctoribus ſentiens, eos qui peſte intereunt, verè Martyres eſſe affirmat. (10)

## MDVI.

Codex nitidè exaratus, anni carens notâ, quo continetur Anonymi Commentarius in Opera Dogmatica Doctoris *Abu Mohamad Alhossain Ben Mas-*

(1) *Auctor* : شرح شهاب الدين احمـــد بن ادريس الاندلسي ۞

(2) *Auctor* : شرح عبد الله ابو محمد بن سعد بن ابي جمرة الازدي من اهـــل مرسية ۞

(3) *Initium* : فلما كان ما تضمـــن ۞

*Finis* : واحرقن مواضع السجـــود ۞

(4) *Initium* : قوله ان النـــــاس ۞

*Finis* : ذكر العسيلة مرتبـــن ۞

(5) *Initium* : قال النبـــــي ۞

*Finis* : والدعا في كل حين حسن ۞

(6) *Initium* : قوله الطاعون رجـــس ۞

*Finis* : كتابا خاصا بـــه ۞

(7) *Titulus* : مقدمات في علم الحديث ۞

(8) *Initium* : فان التصنيـــــف ۞

*Finis* : الوقوف على حقايقهـــا ۞

(9) *Titulus* : بذل الماعون في فضـــل الطاعون ۞

(10) *Initium* : فقد ذكر ســـوال ۞

*Finis* : وارتفع في ذي القعـــدة ۞

*Maſsud Albagavi*, cui titulus *Faces* (1). Huic autem Commentario poſtrema manus acceſsit anno Egiræ 737. die 1. menſis Schcuali. (2)

MDVII.

Codex literis Cuphicis, non una manu exaratus die 15. Ragebi, anno Egiræ 880. complectens Opus de Deo uno, *Fidei Fundamenta* inſcriptum, auctore *Abu Abdalla Mohamad Alsenusi Alhasni* (3) *Hiſpano*: adjectis ejuſdem in illud Commentariis.

MDVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 954. feriâ 3. die 20. Schabani, quo continetur ejuſdem de eodem argumento Liber alter, cui titulus *Unitatis & Fidei Scientia* (4), cum Notis Doctoris *Mohameti Alkobari Granatenſis*.

Is Codex, perinde ac ſuperior, ad Regiam Bibliothecam Marochanam olim pertinuit.

MDIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo habentur videlicet:

1.° Tractatus de Mahometana Religione, titulo *Fundamenta* (5), iſque ſecundùm Doctoris *Maleki* placita: auctore *Abu Bakero Mohamad Ben Abdalla Ben Alarbi Hispano* (6), qui hoc Opus Hieroſolymis die 3. Moharami, anno Egiræ 488. ſe abſolviſſe teſtatur.

2.° *Catecheſis Mahometana*, à clariſsimo viro *Abu Giapharo Mohamad Ben Giorair*, vulgò *Althabari*, edita: Opuſculum & inventu rarum, & magnæ apud Mahometanos commendationis.

MDX.

Codex exaratus die 11. Rabii prioris anno Egiræ 993. continens Opus Dogmaticum de Mahometi Apoſtolatûs veritate, *Judiciorum Articuli* (7) inſcriptum: quod auctor ipſe *Abu Abdalla Mohamad Ben Mohamad Mohieddinus Ben Alarbi Althai Alhatemi Hiſpanus* (8) ſe, dum *Damaſci* degeret, anno nimirum Egiræ 627. Pſeudopropheta dictante, conſcripſiſſe comminiſcitur. (9)

MDXI.

Codex literis Cuphicis exaratus die 18. Saphari, anno Egiræ 631. in quo ſcilicet occurrunt:

1.° Tractatus de Religionis Mahometanæ Principiis, cui titulus *Baſis Articulorum Fidei Mahometanæ* (10): auctore (11) *Abulmoali Abdelmalek Ben Abdalla Ben Joseph Alkhvaini Hispano*. (12)



(1) *Titulus*: ✡ مشكوة المصابيح

(2) *Initium*: ✡ فان التمسك

*Finis*: قال الترمذي هذا حديث حسن ✡

(3) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد السنوسي الحسني ✡

(4) *Titulus*: ✡ علم التوحيد والعقايد

(5) *Titulus*: ✡ كتاب قواعد الاسلام

(6) *Auctor*: ابو بكر محمد بن عبد الله بن العربي الاندلسي ✡

(7) *Titulus*: ✡ كتاب فصوص الحكم

(8) *Auctor*: تاليف ابي عبد الله محمد بن محمد محي الدين بن العربي الطائي الحاتمي الاندلسي ✡

(9) *Initium*: ✡ فاني رايت رسول الله

*Finis*: ✡ والا لا يسعها

(10) *Titulus*: العقيدة النظامية في الاركان الاسلامية ✡

(11) *Auctor*: تاليف ابي المعالي عبد الملك بن عبد الله بن يوسف الجويني الاندلسي ✡

(12) *Initium*: وقد ملك الله مولانا امير المومنين ✡

*Finis*: ✡ يعني الناظر فيه

2.° Synopſis Theologica die 11. Gemadi poſterioris anno 630. exarata, quæ titulo *Scientiarum Theologicarum Epitomes* (1) prodiit ſtudio eximii apud ſuos Doctoris *Abulvalid Soliman Ben Khalaph Albagi* (2) *Cordubenſis*, cujus mors in annum Egiræ 474. teſte *Abulcassemo Ben Pasqual*, incidit.

3.° Ejuſdem Libellus *De Legibus Alcoranicis*.

MDXII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 2. Rabii poſterioris anno Egiræ 834. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, Tractatum continens de Traditionibus, carmine conſcriptum, atque *Scripturarum Horti* (3) nomine inſignem: in quo ſanè *Abu Abdalla Mohamad Ben Marzuk* (4) *Hiſpani*, nobilis Poetæ, demireris artem atque induſtriam, qui materiam adeo intractabilem ac prope immenſam & adſtrinxerit numeris, & Poëſeos legibus circumſcripſerit. (5)

MDXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 11. menſis Scheuali anno Egiræ 731. qui Theoremata complectitur Theologica, hoc titulo: *Quæſita Doctoris Abu Mohameti Abdalla Ben Mohamad Ben Alsaied, Pacensis* (6).

MDXIV.

Codex nitidis exaratus literis die 4. Ragebi, anno Egiræ 1000. in quo habetur Commentarius in Opera Theologica Doctoris *Zachariæ Ansaritæ De Deo uno*, *ejuſque Attributis*, inſcriptus *Oculorum Pupilla* (7): auctore (8) *Abu Bakero Ben Ismael Alschenvani*. (9)

MDXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni deficiens notâ, quo continetur ejuſdem Expoſitio Dei Nominum, præſertim *Miſericordis* ac *Piiſſimi*, cui titulus *Vindemia* (10).

MDXVI.

Codex in oppido Ægyptiæ ditionis منقلوط *Mancaloth* exaratus die 13. Rabii poſterioris feriâ 6. anno Egiræ 762. Chriſti 1360. Tractatum continens Dogmaticum de Mahometi Prophetiæ veritate, qui *Mortalium Felicitas* (11) inſcribitur. Id operis *Abu Hasch em Mohamad Ben Abi Mohamad Ben Daphar* (12) in oppido Ægypti *Aſiuth* aggreſſus eſt anno videlicet Egiræ 602. (13)

Co-

(1) *Titulus*: مختصر علوم القواعد ۞

(2) *Auctor*: ابو الوليد سليمن بن خلف الباجي ۞

(3) *Titulus*: الارجوزة سميت بروضة الاعلام ۞

(4) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بن مرزوق ۞

(5) *Initium*: الحمد لله على عظمي النعم ۞
*Finis*: واله وصحبه المرضية ۞

(6) *Titulus & Auctor*: مسايل الشيخ ابي محمد عبد الله بن محمد بن السيد البطلوسي ۞

(7) *Titulus*: كتاب قرة العيون ۞

(8) *Auctor*: ابو بكر بن اسمعيل الشنواني ۞

(9) *Initium*: هذا ما اشتمن ۞
*Finis*: ثقيلتان في الميزان ۞

(10) *Titulus*: قطوف الدوالي بشرح بسلمة اللقاني ۞

(11) *Titulus*: كتاب خير البشر ۞

(12) *Auctor*: ابو هاشم محمد بن ابي محمد بن ظفر ۞

(13) *Initium*: فهذا كتاب صنفت ۞
*Finis*: كلشاه ملك الطير ۞

## MDXVII.

Codex die 29. menſis Rabii poſterioris anno Egiræ 596. deſcriptus, in quo habetur Opus Dogmatico-Criticum de Traditionibus, titulo *Examen* (1). Ibi Auctor *Abu Bakerus Mohamad Ben Musa Alhazemi Ægyptius* (2) ad probè dignoſcendos qui vigeant Traditionum Canones, Regulas tradit XXVI. (3)

## MDXVIII.

Codex nitidè exaratus, quo nempe continentur:

1.° Enchiridion Theologicum, *Scholarum Ambages* (4) inſcriptum: auctore *Ismael Ben Ali Ben Mala Alhelali* (5), qui voces Theologicas in Scholis uſitatas non infeliciter expedit. Hic porrò Libellus deſcriptus eſt die 26. Saphari, anno Egiræ 974. abſolutus autem anno 871.

2.° Anonymi Epitome *Bella Calipharum* ad annum uſque Egiræ 63. geſta complectens: opus affectum.

3.° Doctoris *Khaledi Azcharitæ Ben Abdalla* Opuſculum *De Linguæ Arabicæ Fundamentis*, ad uſum Regiæ Bibliothecæ Marochanæ deſcriptum anno Egiræ 974. horis pomeridianis feriæ 6. die 10. Gemadi prioris. (6)

## MDXIX.

Codex eleganter exaratus, Tractatum continens Theologico-Dogmaticum de præcipuis Mahometanæ Sectæ Fundamentis, cui titulus *Criſis Theologica* (7): auctore *Mula Khathib Zadeh* (8), qui ſummam operi manum impoſuit *Conſtantinopoli* anno Egiræ 903. (9)

## MDXX.

Codex autographus, anno Egiræ 539. exaratus, punctis diacriticis ut plurimùm deſtitutus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Tractatus Dogmatico-Hiſtoricus, titulo *Sectarum Dogmata* (10), ubi omnium ab Orbe condito Nationum Religiones & Sectæ unà cum earundem legibus, moribus, inſtitutis, opinionibus recenſentur. „ Hujus Operis auctor, qui *Mo-* „ *hamad Ben Abdelkarim Abulphath* „ *Alschahrestani* (11) nuncupatur, ſi „ eloquentiam & eruditionem (inquit ſcriptor *Ebn Khalkan*) ſpectes, „ nemini eſt ſanè poſthabendus; quippe qui in Judæorum, Chriſtianorum, „ Indorum, ac Philoſophorum libris „ apprimè ſit verſatus „. Natus eſt in *Schahreſtana* Perſiæ urbe anno Egiræ 467. ibique tandem, ſcriptis egregiis clarus, obiit die 5. Schabani, anno 548. (12)

Co-

(1) *Titulus*: كتاب الاعتبار في الناسخ والمنسوخ ۞

(2) *Auctor*: ابو بكر محمد بن موسي الحازمي المصري ۞

(3) *Initium*: ۞ فهذا كتاب اذكر——

*Finis*: ۞ بطاعة رسول——ه

(4) *Titulus*: الليث العابس في صدمات المجالس ۞

(5) *Auctor*: تاليف اسمعيل بن علي بن معلا الهلالي ۞

(6) *Initium*: ۞ فهذا شرح لطيف——

*Finis*: ۞ جادة الصواب——

(7) *Titulus*: رسالة بحث الروية والكلام ۞

(8) *Auctor*: ۞ تاليف مولي خطيب زاده

(9) *Initium*: ۞ فهذه رسالة——

*Finis*: ۞ علي ما ذكرنا——

(10) *Titulus*: ۞ كتاب الملل والنحل

(11) *Auctor*: محمد بن عبد الكريم ابو الفتح الشهرستاني ۞

(12) *Initium*: ۞ لما وفقني الله تعالي

*Finis*: ۞ في غار جنره——

## MDXXI.

Codex literis Cuphicis exaratus, uno ſub finem detracto folio mutilus, complectens Opus Dogmaticum de Alcorani Creatione, cui titulus *Controverſiarum Liber* (1): auctore *Abdelazizo Ben Jahia Ben Moslem Alkanani* (2), quem inter & *Bascherum Ben Gaiath* Doctorem *Murcianum* anno Egiræ 396. *Bagdadi* in urbe Regia de *Alcorani Creatione* diſceptatum eſt, altero aiente, negante altero.

## MDXXII.

Codex Cuphicis exaratus literis die 11. Moharami, anno Egiræ 895. in quo habetur brevis Mahometanæ Fidei Explicatio, titulo *Converſorum Leges* (3), quam in uſum *Abi Abdalla Mohamad Granatæ* Regis conſcripſit *Abu Abdalla Mohamad Ben Joseph Abderita* (4), Principis illius adoleſcentis moderator. (5)

Is autem *Abi Abdalla Mohamad Granatæ* Rex, è Regia *Naſſeritarum* ſtirpe genitus, regnare cœpit anno Egiræ 725. diemque obiit anno ejuſdem Æræ 733.

## MDXXIII.

Codex literis Cuphicis anni citra notam exaratus, quo nempe continentur Mahometanæ Sectæ Rudimenta ad puerorum inſtitutionem, inſcripta *Catechiſmus* (6): auctore *Abu Mohamad Abdalla Ben Abi Zaid Cordubensi* (7), quem ſeculo Egiræ quinto claruiſſe conſtat.

## MDXXIV.

Codex autographus, ſine punctis diacriticis, *Cairi* deſcriptus anno Egiræ 453. die 11. Gemadi poſterioris, in quo Tomus occurrit quintus Operis de Traditionibus, quod *Doctrinæ Subſidia* (8) inſcribitur, in capita ſcilicet XVII. diſtributus: auctore *Abu Abdalla Mohamad Ben Salama Ben Giaphar Ben Ali Alcodai Hispalensi* (9).

## MDXXV.

Codex literis Cuphicis exaratus, anno Egiræ 688. feriâ 2. die 3. menſis Ramdani, quo nimirum continetur Opus *De Traditionum Scientia*, in vulgus editum à Doctore *Abu Amru Othman Ben Abdelrahman Alschahrzuri*, *Nisburiensi*, vulgò *Ebn Alsalah* (10). Hujus verò Libri ea eſt apud Mahometanos laus, ea commendatio, ut illum Academia, tùm *Perſica*, tùm *Arabica* anno Egiræ 722. & 730.

(1) *Titulus*: كتاب البحث في خلـــق القران ۞

(2) *Auctor*: تأليف عبد العزيز بن يحيي بن مسلم الكناني ۞

(3) *Titulus*: كتاب سنن المهتدين فـي مقامات الدين ۞

(4) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بن يوسف العبدري ۞

(5) *Initium*: ان الله سبحانـــــــه ۞

*Finis*: فضلا علي غيـــــــره ۞

(6) *Titulus*: مداخل الي علم من واجـب امور الدين والديانة لتعليـــــم اولاد الاسلام ۞

(7) *Auctor*: ابو محمد عبد الله بن ابـي زيد القرطبي ۞

(8) *Titulus*: الجزء الخامس من مسنـــد الشهاب ۞

(9) *Auctor*: ابو عبد الله محمد بـــــن سلامة بن جعفر بن علي القضاعـــــي الاشبيلي ۞

(10) *Auctor*: تأليف ابو عمر عثمان بـــــن عبد الرحمان الشهرزوري النيسابـــوري المعروف بابن الصلاح ۞

730. publicè prælegendum decreverit. (1)

## MDXXVI.

Codex deſcriptus anno Egiræ 1005. Chriſti 1596. feriâ 1. die 15. menſis Dilcada, foliis conſtans 300. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo Tomus habetur quartus *Commentariorum* in Opus Dogmaticum, cui titulus *Collectio Parva* (2), literarum ordine digeſtum. Is verò Tomus poſtremas tantùm Alphabeti literas octo complectitur; eumque Auctor anonymus anno Egiræ 968. feriâ 4. die 22. menſis Schabani à ſe perfectum fuiſſe in extremo Codice diſertis omnino verbis teſtatur.

## MDXXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus, & principio & anni notâ defectus, Commentarium in Theologiam Scholaſticam complectens, ubi de *Actibus humanis* per quæſita diſſeritur: auctore Ebn Altalmasani *Granatenſi*.

## MDXXVIII.

Codex exaratus anno Egiræ 975. feriâ 6. die 24. menſis Saphari, quo nempe continetur Tractatus de Regio ac Pontificio Califarum Jure, *Fœderis utriuſque Conjunctio* (3) inſcriptus: auctore Ali Ben Gemaleldino Abdalla Alhasni Alsamhudi (4) *Ægyptio*, qui poſtremam Operi manum impoſuit *Meccæ* anno Egiræ 897. die 8. Rabii poſterioris.

## MDXXIX.

Codex anno Egiræ 998. feriâ 3. die 1. menſis Ramdani exaratus, Tractatum continens Dogmaticum de Sacrarum Scripturarum Concordia, ſecundùm XVI. Alcorani Interpretum placita, cui titulus *Arcanorum Clavis myſtica* (5): auctore Schamseddino Mohamad Ben Alcabakibi (6), qui *Alepi* natus, ibidem obiit anno Egiræ 815. (7)

## MDXXX.

Codex literis Cuphicis exaratus die 15. menſis Schabani anno Egiræ 701. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, quo continetur Opus de licito Muſicorum Inſtrumentorum uſu, *Muſices Cenſura & Apologia* (8) inſcriptum, eorum ſcilicet in primis, quæ per ea tempora apud Arabas Hiſpanos obtinuere, quæque ad triginta & unum ibidem enumerat auctor diligentiſsimus Mohamad Alschalahi *Hiſpalenſis*, qui Librum ſuum *Abu Jacobo Joſeph* ex *Almorabitharum* natione, Hiſpaniæ tunc Regi, exeunte Egiræ anno 618. dedicavit.

Quum autem pleraque hujuſmodi Inſtrumentorum nomina Perſica ſint; ea, ut Arabes ſcribere & efferre ſolent,

(1) *Initium*: فان علم الحديـــــــث ☼
*Finis*: ما يامل الامـــــــــون ☼

(2) *Titulus*: الكوكب المنير بشـــرح الجامع الصغير ☼

(3) *Titulus*: جواهر العقديـــــــن ☼

(4) *Auctor*: علي بن جمال الدين عبـــد الله الحسني السمهودي ☼

(5) *Titulus*: ايضاح الرموز ومفتـــــاح الكـــــــــــــــــوز ☼

(6) *Auctor*: فالبق شمس الدين محمـــد بن القباقيبي ☼

(7) *Initium*: فاني لما رايـــــــت ☼
*Finis*: روبس في وجه ثـــــــان ☼

(8) *Titulus*: الامتاع والانتفاع في مسلة سماع السماع في احام اهل الغنا والـــرد علي بعض من يحرمه ☼

lent, ſuo hîc ordine proponenda duximus:

الدف ۞ الغربال ۞ الكمر ۞
الاصق ۞ المزهر ۞ العود ۞ المصافق ۞
الرباب ۞ الكران ۞ الصنج ۞
الكيثار ۞ المعزف ۞ العرف ۞
المزمار ۞ القيز ۞ الطنبور ۞ البربكا ۞
القضيب ۞ الشاهين ۞ السفاقس ۞
الناي ۞ القصابة ۞ البوق ۞ الطبل ۞
الكوس ۞ الكرنة ۞ الشيزان ۞
الكنارات ۞ الغرطبة ۞ الصفارة ۞
الشبابة ۞

## MDXXXI.

Codex nitidis exaratus literis, in quo nimirum occurrunt:

1.° Tractatus de ſumma Hominis felicitate & de Actibus humanis, cui titulus *Scientiarum Arbor* (1), in capita xx. diſtributum: auctore *Abu Mohamad Abdelaziz Ben Abdelsalam Alsalami* (2) *Syro*, qui eum ſe abſolviſſe ait die 9. Rabii prioris anno Egiræ 663.

2.° Ejuſdem Opuſculum *De Fide.*

3.° Ejuſdem Libellus *De Jejunio & Precatione.*

4.° Ejuſdem *De Religionis, pietatiſque Officiis.*

## MDXXXII.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota & Præfationis expers, Tomum continens primum Commentariorum in Theologiam Scholaſticam, *Stationes* (3) inſcriptam: auctore *Mula Hassan Chalabi.*

## MDXXXIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, anni carens notâ, in quo habetur Commentarius in Poëma Doctoris *Ebn Alhagebi De Deo, ejuſque Attributis*, hoc inſignis titulo: *Vota viri curioſi* (4), auctore *Obaidalla Ahmad Ben Mohamad Ben Zakri* (5) *Hiſpano.* (6)

## MDXXXIV.

Codex luculenter ſine anni nota exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habentur ſcilicet:

1.° Tractatus Dogmaticus de Mahometana Religione, cum ejuſdem Apologia, inſcriptus *Allegationum Cenſura* (7): auctore *Abulhasseno Abraham Ben Omar Alrabath Ben Abi Baker Albocai* (8), qui anno Egiræ 868. claruiſſe traditur.

2.° Elenchus Propoſitionum à ſummis Mahometanæ Sectæ Pontificibus adversùs homines ab ejus fide diſſidentes identidem proſcriptarum, quas in unum congeſsit *Mohamad Ben Ismail*, *Ebn Alrascid* (9) nuncupatus, gente *Hiſpanus*: ubi proſcribendi formula, quæ ſingulas propoſitiones claudit, hujuſmodi eſt: من قال ... كفر *Si quis dixerit, &c. apoſtata ſit.*

## MDXXXV.

Codex exaratus die 5. menſis Dilha-

(1) *Titulus*: كتاب شجرة المعارف ۞

(2) *Auctor*: تاليف ابي محمد عبد العزيز بن عبد السلام السلمي ۞

(3) *Titulus*: شرح المواقف ۞

(4) *Titulus*: بغية الطالب في عقيدة ابن الحاجب ۞

(5) *Auctor*: عبيد الله احمد بن محمد بن زكري ۞

(6) *Initium*: فانه لما تتابعت ۞
*Finis*: تسبب في هلاك ۞

(7) *Titulus*: الاقوال القويمة في حكم النقل من الكتب القديمة ۞

(8) *Auctor*: ابو الحسن ابرهيم بن عمر الرباط بن ابي بكر البقاعي ۞

(9) *Auctor*: جمع محمد بن اسمعيل المعروف بابن الرشيد ۞

hagia anno Egiræ 873. continens alterum ejuſdem Tractatûs exemplar, inferioris tamen notæ.

### MDXXXVI.

Codex eleganter exaratus, abſque anni nota, complectens Opus Dogmaticum, *Verborum Fulmina* (1) inſcriptum, de legitima ſcilicet *Abu Bakeri*, *Omari*, & *Othmani* in Caliphatum ſucceſſione, adversùs Perſas contrariam ſententiam acerrimè tuentes: auctore *Schahabeddino Ahmad Ben Hagiar*, qui, ut ipſe in Prologo teſtatur, eum Librum *Meccæ* ſcribere aggreſſus eſt anno Egiræ 950. (2)

### MDXXXVII.

Codex anno Egiræ 976. exaratus, alterum ejuſdem Operis exemplum continens.

### MDXXXVIII.

Codex nitidè exaratus die 28. Ramdani, anno Egiræ 997. ubi Opuſculum de Purgatorii Pœnis, necnon de Mortuorum Suffragiis, quod *Sepulchri Cruciatus* (3) inſcribitur. Hujus Libelli ſcriptor *Assiuthæus*, unà cum ceteris Alcorani Explanatoribus qui de Animarum ſtatu à corpore ſejunctarum agunt, Purgatorii ſedem Sepulchra ipſa conſtituit. (4)

### MDXXXIX.

Codex nitidè exaratus, ſine anni nota, quo continentur ejuſdem Diſſertationes X. Theologico-Ethicæ *De Peſte non vitanda*: quæ quidem anno Egiræ 909. urbem *Cairum* penè totam devaſtavit.

### MDXL.

Codex nitidis exaratus literis, anni notâ deficiens, quo continetur ejuſdem Liber de Verbo tradito, cui titulus *Traditionum Utilitates* (5), in partes VII. diſtributus.

### MDXLI.

Codex non ineleganter exaratus, Myſticum Tractatum complectens Superſtitionibus oppidò ſcatentem, qui *Arcanorum Clavis* (6) inſcribitur: auctore aliàs nobis memorato *Azeddino Abdelsalam Ebn Ganem Hieroſolymitano*. Accedit in fine Carmen adversùs *Hypocritas* lepidiſsimum.

### MDXLII.

Codex exaratus anno Egiræ 1011. feriâ 2. die 5. Scheuali, in quo habetur Diſſertatio Dogmatica adversùs Doctoris *Alzamkhaschræi* Sententias, *Extemporalis* (7) inſcripta: auctore *Abu Amru Mohamad Ebn Khalil Alsokaini* (8).

### MDXLIII.

Codex nitide exaratus, ſed anni carens notâ, ubi Tractatus de Verbo tradito, literarum ſerie digeſtus, titulo



(1) *Titulus*: الصواعق المحرقة في الـــرد علي اخوان الضلالة والزندقة ۞

(2) *Initium*: فاذي سيلت قديمـــــا ۞
*Finis*: فيمـا اشرت اليه كفـايـــة ۞

(3) *Titulus*: شرح الصدور بشرح حـــال الموتي والقبور ۞

(4) *Initium*: هذا ما اشتـــــــــد ۞
*Finis*: وهذا يوجب ان القلب محـــل الروح ۞

(5) *Titulus*: فوايد الحديـــــــث ۞

(6) *Titulus*: كتاب حل الرموز ومفاتيح الكنوز ۞

(7) *Titulus*: كتاب المقتضب من كتاب التمييز ۞

(8) *Auctor*: ابو عمرو محمد بن خليـــل السكيني ۞

*Præſtantiſsima Traditionum Collectio* (1): quam MOHAMAD ABDELRAUPH BEN TAGELARAPHIN ALMANAUI (2) *Damaſcenus* emiſit anno Egiræ 1007. die 3. menſis Ragebi.

## MDXLIV.

Codex anno Egiræ 916. die 28. Moharami deſcriptus, quo continetur Tomus tertius Operis *De Divinis Nominibus*, in partes XL. diſtributi. Ibi Auctor anonymus de eorum præſtantia & virtute copioſiſsimè diſſerit.

## MDXLV.

Codex literis Cuphicis exaratus, & initii & finis expers, Anonymi complectens Librum, cui titulus *De Deo, ejuſque Attributis Manuductio* (3), ubi Hæretici *Motazelitæ* impugnantur.

## MDXLVI.

Codex nitidè, ſed omiſsâ anni notâ exaratus, in quo Anonymi Tractatus de Fide & Religione, *Dogmatum Series* (4) inſcriptus. (5)

## MDXLVII.

Codex eleganter exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo legas Anonymi Opus Dogmaticum *De Verbo Mahometi tùm tradito, tùm ſcripto*, Turcarum Imperatori *Morad Khan*, id eſt *Amurato*, hujus nominis ſecundo, dedicatum anno Egiræ 830. (6)

## MDXLVIII.

Codex literis Cuphicis exaratus, & principio & anni notâ carens, in quo habetur ignoti Scriptoris Theologiæ Scholaſticæ, quam *Nominum Scientiam* (7) vocitant, Tomus prior. Ibi de Dei Unitate, ceteriſque ejus Attributis luculenter diſſeritur.

## MDXLIX.

Codex literis Cuphicis exaratus, & initio & fine mutilus, Tractatum Doctoris ABULABBAS *Jaienſis*, ejuſdem prorsùs argumenti, complectens.

## MDL.

Codex pereleganter exaratus anno Egiræ 1032. quo continetur Anonymi Opuſculum Turcico ſermone adversùs *Chriſtianam Religionem*, quam ille pluribus quidem, ſed planè ineptis, futilibuſque argumentis impugnat.

## MDLI.

Codex literis Cuphicis deſcriptus anno Egiræ 788. horis veſpertinis feriæ 5. die 18. menſis Schabani, quo continetur Synopſis Theologica, titulo *Theoremata enucleata* (8), cujus auctor eſt ABULABBAS AHMAD BEN MOHAMAD, vulgò EBN ALBANNA, *Granatenſis*, aliàs nobis memoratus. (9)

## MDLII.

Codex Cuphicis exaratus literis, omiſ-

(1) *Titulus*: المجموع الفايق مـــــن الحديث النبوية ۞
(2) *Auctor*: تاليف محمد عبد الراوف بن تاج العـارفين المناوي ۞
(3) *Titulus*: الارشاد ضد ارا المعتزلـة ۞
(4) *Titulus*: العقود المنظومة والاثـــــار المرقومة ۞
(5) *Initium*: فهذه عقود منظومـــــــة ۞
*Finis*: لاتسبوا الاموات فتونوا بـــــه الاحيا ۞
(6) *Initium*: فان العلـــــــــــوم ۞
*Finis*: بين العبـــــــــــاد ۞
(7) *Titulus*: علم الكـــــــــــلام ۞
(8) *Titulus*: شرح المراســــــــم ۞
(9) *Initium*: الكلام علي توجه المراسم ۞
*Finis*: الابواب كلها خلـــــص ۞

omiſsâ anni notâ, Theologiam Mahometanam complectens, cui titulus *Catena Patrum* (1), cum variorum Notis. Ibi complura illorum placita reperias, appoſitis variarum Sectarum dogmatibus.

## MDLIII.

Codex die 5. Ramdani, anno Egiræ 980. deſcriptus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, continens Doctoris *Altaphtazani* in Opera Theologica Antiſtis *Alnassaphi* Commentarium.

## MDLIV.

Codex literis Cuphicis exaratus, in quo ſcilicet habentur:

1.° Tractatus de Theologia Dogmatica, quam in vulgus edidit *Abu Abdalla Mohamad Ben Joseph Alsenusi*, ac titulo *Orthodoxorum Fundamenta* (2) donavit.

2.° Ejuſdem *Theologia Myſtica*, anno Egiræ 815. exarata.

3.° Opuſculum *De Deo uno*, auctore *Abu Amran Algevari*, deſcriptum anno Egiræ 896. horis veſpertinis feriæ 4. die 7. Ramdani.

## MDLV.

Codex Cuphicis exaratus literis anno Egiræ 811. feriâ 1. die 25. Ramdani, quo nempe continentur:

1.° Doctoris *Aiadhi* Summa Theologiæ Dogmaticæ, cui titulus *Sectæ Mahometanæ Fundamentorum Explanatio* (3).

2.° *Juris Canonici Epitome*, quæ *Khalili Ben Isaac* curâ & ſtudio *Cairi* prodiit.

3.° *De Hæreditatis Titulo* Carmen quod Doctor *Altalmassanus*, à nobis ſæpenumerò laudatus, anno Egiræ 635. die 15. Gemadi poſterioris perfecit.

4.° Doctoris *Ebn Alhagebi Compendium Juris*.

5.° *Josephi Abu Jacob Alsakaki*, *Arabicæ Rhetorices Præcepta*, cum Notis *Gelaleldini Alcazuini*.

6.° *De caſtigata Alcorani lectione* Carmen mille verſibus conſtans, auctore *Abulcassemos Setabitano*.

7.° *Grammaticæ Arabicæ Inſtitutiones*, ab inſigni Grammatico *Abdalla Abu Mohamad Ebn Hescham Ansaræo* evulgatæ: libellus deſcriptus anno Egiræ 812. feriâ 5. die 2. Moharami.

8.° *Ben Maleki*, *Hiſpani*, Grammatici celeberrimi, Carmen *Aphia* nuncupatum, de Grammaticæ videlicet Præceptis.

9.° *Ben Mohamedi*, vulgò *Alkhazragi*, *Hiſpani* Poëma *De Arte Poëtica*.

10.° Carmen *De Medicinæ Regulis*, auctore *Serageddino Abu Haphs Albahaderi*.

11.° *Ben Albanna Granatenſis*, Aſtronomi clariſsimi, *Kalendarium perpetuum*.

## MDLVI.

Codex Cuphicis deſcriptus literis, quo continentur:

1.° Doctoris *Ahmedi Ben Zokri Granatenſis* Poëma *De Theologia*.

2.° Carmen *De Logica*, auctore *Abulabbas Ahmad Valentino*.

3.° *Avicennæ Dialectica*, verſibus conſcripta.

4.° Anonymi *Synopſis Theologica*.



(1) *Titulus*: سلسلة الادبـــــــــــا ۞

(2) *Titulus*: عمدة اهل التوفيق في شـــرح عقيدة اهل التوحيد ۞

(3) *Titulus*: شرح قواعد الاسلاميـــــــــة لعياض ۞

5.° *Demonſtrationes Philoſophicæ*, quarum ope *Abu Amru Othman Ben Abdalla Alsalahi* Sectæ Mahometanæ Dogmata probare contendit.

6.° Doctoris Gemaleddini *Ebn Alhagebi Fidei Mahometanæ Expoſitio.*

MDLVII.

Codex non una manu exaratus, in quo habentur videlicet:

1.° *Catechiſmus Mahometanorum*, exaratus anno Egiræ 1008. feriâ 5. die 6. menſis Dilcada.

2.° Anonymi Commentarius in *Ben Heschami Grammaticam*, deſcriptus *Tripoli* in Syria, anno Egiræ 1002. feriâ 5. die 28. Ramdani.

3.° Artis Metricæ *Alkhazragia* dictæ & nobis ſuo loco non ſemel memoratæ, Explanatio: auctore *Jahia Ben Mohamad Ben Alkhathab*, patriâ *Meccano.*

# DOGMATICI, SCHOLASTICI, MORALES, &c. IN OCTAVO.

MDLVIII.

Codex nitidè exaratus, quo nempe continentur:

1.° Fidei Mahometanæ Profeſsionis Formula, quam *Teſtamenti* (1) nomine inſcriptam Doctor *Abu Hanipha*, morti jam proximus, ſuis reliquit.

2.° Ejuſdem Expoſitio cum variorum Notis: auctore *Mohamad*, vulgò *Alcanavi*, qui Libellum hunc à ſe conſcriptum, abſolutumque die 1. menſis Dilcada anno Egiræ 755. profitetur.

MDLIX.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, ubi nimirum occurrit Opus de præcipuis Mahometanæ Sectæ Capitibus, *Columna* (2) inſcriptum, idque ab *Ahmad Ben Mahmud Alnasaphi*, *Perſa*, magni apud Mahometanos nominis Doctore, compoſitum: quod poſteà Scriptores non pauci cùm Notis, tùm Commentariis locupletarunt. (3)

MDLX.

Codex nitidis exaratus literis, nullâ prorsùs anni notâ, continens ejuſdem Opus alterum de Theologia Dogmatica, cui titulus *Liber Doctrinæ Mahometanæ* (4). Ibi Theologiæ cùm Scholaſticæ, tùm Dogmaticæ Syſtema ex Orthodoxorum Mahometanæ Sectæ Doctorum placitis proponitur atque propugnatur. Inter alia verò Dogmata illud in primis memorandum: *Fidem neque verbis, neque factis ſimulare licet*; idque adversùs ſuæ gentis Hæreticos, qui Fidem tantùm *interiorem* ad ſalutem aſſequendam ſufficere contendunt. (5)

MDLXI.

Codex nitidè exaratus, in quo habentur videlicet:

1.° Theologia Myſtica Doctoris *Algazeli*, capitibus XLVI. comprehenſa, cui titulus *Theoremata* (6): liber die 18. Saphari, anno Egiræ 841. exaratus.

2.° Opuſculum de falſis Monachis, qui habitûs religioſi ſpecie ac præſidio doctrinam & ſanctitatem oſtentant, atque

(1) *Titulus*: كتاب وصية أبي حنيفة

(2) *Titulus*: العمدة في اصول الديــن

(3) *Initium*: قال اهل الحـــــق
*Finis*: رضي الله عنـــــه

(4) *Titulus*: كتاب العقايـــــں

(5) *Initium*: اعلموا اني اعتقـــــں
*Finis*: الي السما الرابعـــــة

(6) *Titulus*: كتاب التجريـــــں

atque impunè vivunt, *Manuductio ad Viam rectam* (1) inſcriptum: auctore *Ahmad Ben Ahmad Ben Isa Albornos* (2) *Hiſpano.*

MDLXII.

Codex exaratus anno Egiræ 868. Chriſti 1463. feria 5. die 2. Moharami, complectens Epitomen Operis celeberrimi Doctoris *Algazali*, quod *Spiritus Scientiarum* inſcribitur: auctore *Amir Mahmud Khavrezmita* (3), qui opus hoc *Damaſci* anno Egiræ 852. aggreſſus eſt. (4)

MDLXIII.

Codex autographus, die 6. menſis Saphari anno Egiræ 684. exaratus, Tractatum *De Fidei Mahometanæ Articulis* continens, qui curâ Doctoris *Razæi* prodiit. (5)

MDLXIV.

Codex non una manu exaratus, in quo ſcilicet occurrunt:

1.° Doctoris *Alkhathib Zadeh De Theologia Scholaſtica* Libellus.

2.° Anonymi Scholia in Opus Theologicum, cui nempe titulus *Stationes.*

3.° Anonymi *Appendix ad Theologiam Scholaſticam* Doctoris *Razæi* non ſemel à nobis ſupra laudati.

MDLXV.

Codex literis Cuphicis exaratus anno Egiræ 870. feriâ 5. die 12. Ragebi, quo continetur Pars XXV. Operis Dogmatici Doctoris *Aiadh*, quod *Sana Doctrina* inſcribitur, ubi de Hæreſi diſſeritur: adnexo ad calcem Propoſitionum Hæreticarum Indiculo. (6)

MDLXVI.

Codex abſque anni nota exaratus, continens in idem Opus Doctoris *Aiadh* Commentarium, cui titulus *Selectiora* (7): auctore *Mohamad Ben Tholon Damasceno* (8), qui anno Egiræ 948. multiplicis doctrinæ atque eruditionis fama inclaruit.

Doctoris *Aiadh Septani* Opus eo eſt apud Mahometanos in pretio, ut Expoſitores quadraginta, quemadmodum ex Commentatoris ipſius Prologo conſtat, ad idem illuſtrandum acceſſerint. (9)

MDLXVII.

Codex literis Cuphicis exaratus die 5. Ramdani anno Egiræ 632. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur ejuſdem Doctoris *Aiadh* Synopſis Traditionum, titulo *Specimen* (10), omnium judicio accuratiſsima. (11)

Co-

(1) *Titulus*: عمدة المريد في بيـــان الطريق ۞

(2) *Auctor*: احمد بن احمد بن عيســي البرنسي ۞

(3) *Auctor*: مختصر امير محمـــود الخوارزمي ۞

(4) *Initium*: اعلم ان العلـــــم ۞
*Finis*: وبالاجابة جديـــــر ۞

(5) *Initium*: فان اللـــــه ۞
*Finis*: في هذا الموضـــــع ۞

(6) *Initium*: اعلم ان تحقيـــــق ۞
*Finis*: ولايصلح عمل المفسديـــن ۞

(7) *Titulus*: كتاب الاصطفا في شـــرح غريب الشفا ۞

(8) *Auctor*: تاليف محمد بن طولـــون الشامي ۞

(9) *Initium*: فهذا تعليـــــق ۞
*Finis*: حسن تذكيره بالســـلام ۞

(10) *Titulus*: الالماع الي معرفة اصـــول الرواية والسماع ۞

(11) *Initium*: ايها الراغب في صـــرف ۞
*Finis*: ما دام العمل يمكنـــــا ۞

## MDLXVIII.

Codex *Damaſci* exaratus die 16. Rabii prioris anno Egiræ 819. Tractatum continens Theologicum Doctoris *Albeidhavi*, nobis aliàs non ſemel memorati, qui *Ortus Luminum* (1) inſcribitur: ubi de Deo uno, de Fide, de Meritis, &c. diſſeritur: multorum ſive margini adjectis, ſive interjectis contextui Notis. (2)

## MDLXIX.

Codex nitidè exaratus die 5. Dilcada, anno Egiræ 883. ejuſdem Operis exemplar alterum, ſed Notis minimè exornatum, complectens.

## MDLXX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 928. quo continentur:

1.° Commentarius in ejuſdem *Albeidhavi* Tractatum, inſcriptus *Scholia in Librum, cui titulus Ortus Luminum* (3): auctore *Abdelrahim Hiſpahanenſi.*

2.° Ejuſdem Commentarius alter in *Avicennæ Phyſicam.*

## MDLXXI.

Codex nitidè exaratus, omiſsâ prorsùs anni notâ, continens Anonymi Commentarium in Doctoris *Albeidhavi* Tractatum, de quo ſupra. (4)

## MDLXXII.

Codex nitidè, ſed abſque anni nota, exaratus, in quo habentur:

1.° Commentarius Doctoris *Khadher Zadeh Filii Josephi* in Opus eximii apud ſuos Theologi *Alschariph Algiorgiani*, *Stationes* inſcriptum. (5)

2.° Ejuſdem Epiſtolæ ad complures Principes viros conſcriptæ, puta *Solimanum*, hujus nominis primum, Turcarum Imperatorem, & *Kemal Baſcha* Regii exercitûs Cancellarium, &c.

## MDLXXIII.

Codex pereleganter exaratus, quo continetur alter in idem Opus *Stationes* proximè laudatum Commentarius, quem *Hassan Gialabi* compoſuit. (6)

## MDLXXIV.

Codex exaratus die 6. Dilhagia, anno Egiræ 909. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, complectens Commentarium Doctoris *Giorgiani* in Opus Theologicum, quod *Ens Metaphyſicum* inſcribitur. (7)

## MDLXXV.

Codex exaratus die 15. Moharami, anno Egiræ ineunte 890. in quo ejuſdem Opus Dogmaticum adversùs *Motazelitarum* Sectam occurrit. (8)

## MDLXXVI.

Codex exaratus die 26. Moharami, anno Egiræ 855. in quo Doctoris *Altaphtazani* *Summam Theologiæ Dogmaticæ* legas.

Co-

(1) *Titulus*: كتاب طوالع الانـــــوار للبيضاوي ۞

(2) *Initium*: فان اعظم العلـــــوم ۞
*Finis*: وحكي من اثارهـــــم ۞

(3) *Titulus*: ۞ حاشية شرح طوالع الانوار

(4) *Initium*: لما كان اول ما وجـب ۞
*Finis*: والنجاة يوم النشـــــور ۞

(5) *Initium*: هذه لمحة مما سمـــــح ۞
*Finis*: من عادة المقيديـــــن ۞

(6) *Initium*: فاعلموا معاشـــــر ۞
*Finis*: باعتبار هذا التضمـــــن ۞

(7) *Initium*: اما بعد حمد واجـــــب ۞
*Finis*: يلزم التسلســـــل ۞

(8) *Initium*: قال الشيخ جار اللـــــة ۞
*Finis*: انزل القـــــران ۞

## MDLXXVII.

Codex exaratus die 17. Dilhagia, anno Egiræ 904. continens Doctoris Castelli (1) *Granatenſis* in ejuſdem Summam *Scholia*. (2)

## MDLXXVIII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 913. Chriſti 1507. feriâ 5. die 23. Scheuali, in quo habetur Liber Dogmaticus, hoc inſignis titulo: *Pretioſiſsima atque exquiſitiſsima* (3) ſecundùm Doctoris Altaphtazani Sententias: auctore *Mohamad Ben Cassem Algazi* (4) *Syro*, qui id operis ſcribere aggreſſus eſt anno Egiræ 912.

## MDLXXIX.

Codex exaratus die 15. Ragebi anno Egiræ 914. complectens ejuſdem Operis exemplar alterum.

## MDLXXX.

Codex nitidè exaratus die 4. Gemadi poſterioris anno Egiræ 969. quo continetur *Kemaleddini Ben Abi Scharaph* Commentarius in *Theologiæ Dogmaticæ Summam* Doctoris *Altaphtazani*. (5)

## MDLXXXI.

Codex nitidis exaratus literis, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo ejuſdem Commentarii exemplum alterum.

## MDLXXXII.

Codex exaratus anno Egiræ 890. Chriſti 1485. feriâ 5. die 15. Dilhagia, continens Commentarium in Opus Dogmaticum Doctoris *Altaphtazani*, quod *Explanatio Orthodoxorum Dogmatum* (6) inſcribitur: auctore (7) *Badreddino Mohamad Ben Gioma Ben Algarsi*. (8)

## MDLXXXIII.

Codex ſine anni notâ exaratus, Commentarium in idem Doctoris *Altaphtazani* Opus complectens, cujus auctor (9) *Cor Kemal Bascha*. (10)

## MDLXXXIV.

Codex nitidè exaratus, anni defectus notâ, quo Anonymi *Scholia* in ejuſdem Doctoris *Altaphtazani Theologiam Scholaſticam* continentur. (11)

## MDLXXXV.

Codex *Damaſci* exaratus anno Egiræ 798. Chriſti 1395. feriâ 1. die 12. Ramdani, in quo habetur Opus Dogmaticum de Anima, *Liber Animæ* (12) inſcriptum, Diſputationes XXI. complectens, ubi de Animæ eſſentia, immortali-

(1) *Auctor & Titulus:* حاشية الكستلي علي شرح العقايد لسعد الدين التفتزاني
(2) *Initium:* فهذا دقد من
*Finis:* علي ملة الحنفية
(3) *Titulus:* كتاب نفايس الفرايد وعرايس الفوايد
(4) *Auctor:* تاليف محمد بن قاسم الغزي
(5) *Initium:* فهذه حواشي
*Finis:* والهادي الي سوا الطريق
(6) *Titulus:* كتاب الايضاح لشرح عقايد الصحاح
(7) *Auctor:* تاليف بدر الدين محمد بن جمعه بن الغرس
(8) *Initium:* فهذا ايضاح لشرح
*Finis:* عيسي بن مريم عليه السلام
(9) *Auctor:* حاشية قركمال باشا
(10) *Initium:* بعد ما تيمن بالتسمية
*Finis:* غير مسلم عندنا
(11) *Initium:* اما بعد حمد واجب
*Finis:* ثم الكل بتركه
(12) *Titulus:* كتاب الروح

talitate, felicitate, pœnis, apparitionibus, &c. ſuperſtitioſè Mahometanorum more agit *Schamseddinus Abu Abdalla Mohamad Ben Caiem Algiuziat Damascenus* (1), qui, teſte Scriptore *Ben Khalekan*, doctrinæ famâ, librisque egregiis de Eloquentia, necnon de utroque Jure editis clarus, diem obiit anno Egiræ 751. menſis Ragebi. (2)

MDLXXXVI.

Codex die 25. Dilcada, anno Egiræ 809. exaratus, complectens ejuſdem Tractatum de Animæ felicitate, qui *Sedes Animarum* (3) inſcribitur, fabuloſis Mahometanorum dogmatibus planè congruentem. (4)

MDLXXXVII.

Codex anno Egiræ 819. Chriſti 1416. horis pomeridianis feriæ 5. die 15. Ramdani deſcriptus, in quo alterum ejuſdem Tractatûs exemplar.

MDLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, quo continentur:

1.° Ejuſdem Opuſculum, *Theſes Muſicæ* (5) inſcriptum, De Muſices videlicet exercitatione & auditu: quæ duo tùm Jure Mahometano, tùm xx. Antiſtitum ſententiis vetita eſſe contendit Auctor plus æquo rigidus. (6)

Id autem abſolutum fuiſſe dicitur *Damaſci* anno Egiræ 740.

2.° Ejuſdem Dialogus *Muſicum* inter & *Alcorani Doctorem* inſtitutus, in quo ſua uterque jura ſtrenuè propugnat. (7)

3.° Ejuſdem Dialogus alter, iſque fuſior, *Muſicum* inter & *Alcorani Doctorem*, quorum alter alterius cauſam validis nititur argumentis convellere. Judex tandem appellatur, qui, auditis partibus, laudandam utramque ſententiam, neutram anteponendam pronuntiat. (8)

MDLXXXIX.

Codex non una exaratus manu, folio uno avulſo in fine mutilus, continens Tomum primum *Commentariorum* in Poëma *Abdelrahmani Ben Alhossain Aracenſis De Traditionibus*, ſupra memoratum: auctore *Abdelrahman Alsakhavi*, cujus mors in annum Egiræ 806. incidit.

MDLXXXX.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 966. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur doctiſsimi *Assiuthæi* in idem Poëma *Commentarius.* (9)

MDLXXXXI.

Codex anno Egiræ 875. Chriſti 1470.

(1) *Auctor*: تاليف شمس الدين ابو عبد الله محمد بن قيم الجوزية الدمشقي ۞

(2) *Initium*: هل يعرف الاموات بزيارة الاحيا ۞

*Finis*: واهل الرحـــــا ۞

(3) *Titulus*: حادي الارواح الي بلاد الفراح في الجنة ۞

(4) *Initium*: فهذا منتخـــب ۞

*Finis*: وخير مما نقـــول ۞

(5) *Titulus*: الكلام علي مسلـــة السماع ۞

(6) *Initium*: صورة استفتنا ما تقـــول السادات العلما في السمع الذي يشتمل علي الدف والشبابة والات اللهو والطرب بحضار الرجال والنسا ۞

(7) *Initium*: الصلاة مولفة من اقـــوال ۞

*Finis*: لم يصـــل ۞

(8) *Initium*: قال صاحب الغنـــا ۞

*Finis*: فعله مزهبـــا ۞

(9) *Initium*: فهذه تعليقة علـــي ۞

*Finis*: للطلاب مصونـــة ۞

1470. feriâ 3. die 3. Saphari, deſcriptus, continens Tractatum de Divinis Nominibus, hoc inſignem titulo: *Exegeſis Sanctorum Nominum* (1), auctore MOHIEDDINO ALKAMEKHI, ASSIUTHÆI OLIM PRÆCEPTORE (2).

MDLXXXXII.

Codex die 23. Rabii poſterioris anno Egiræ 780. exaratus, quo continetur Opus Dogmaticum *De Canonicis Traditionibus*, quas literarum ſerie digeſsit MOHIEDDINUS ABU ZACHARIA JAHIA, vulgò ALNAUI, præcipuus inter Mahometanos Doctor. Ad hujus Operis calcem, quod *Gloſſarii* (3) præfert titulum, occurrit eorum Scriptorum, qui à Mahometanis loco Sanctorum Patrum habentur, Catalogus: adſcripta ſingulorum tùm ætate, tùm obitûs tempore. (4)

MDLXXXXIII.

Codex autographus, anno Egiræ 702. exaratus, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo habetur *Traditionum Epitome*, curâ Doctoris BADREDDINI MOHAMAD BEN ABRAHIM BEN GIOMA ALKANANI (5) evulgata.

MDLXXXXIV.

Codex vetuſtus, ac vetuſtate ipſa nonnullis in locis detritus, *Traditionum Collectionem* in partes VI. diſtributam complectens: auctore ABU ABDALLA MOHAMAD BEN ABDALLA ALHAPHED BEN ALHAKEM (6), nobili *Cordubenſi.*

MDLXXXXV.

Codex nitidè exaratus, prætermiſsâ anni notâ, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, in quo Tractatus Dogmaticus de præcipuis Sectæ Mahometanæ Fundamentis, *Myſteria patefacta* (7) inſcriptus: auctore SCHAHABEDDINO ABULABBAS AHMAD BEN ALAMAD ALAPHCAHSI (8): qui liber à Mahometanis Doctoribus maximi fit. (9)

MDLXXXXVI.

Codex autographus, die 4. Rabii prioris anno exaratus, Egiræ 686. olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ. In eo habetur Opus Dogmatico-Hiſtoricum Doctoris MOHAMAD BEN ABDELKARIM ALSCHAHRESTANI, *Gentium Sectæ & Dogmata* inſcriptum: cujus quidem exemplum alterum ſupra recenſuimus.

MDLXXXXVII.

Codex eleganter exaratus, nullâ anni notâ, in quo videlicet occurrunt:

1.° Tractatus Theologicus de Deo uno, ejuſque Attributis, titulo *Sanæ Doctrinæ Liber* (10): cujus nempe auctor eſt AHMAD BEN AMADELDDIN, cognomento



(1) *Titulus:* شرح الاسما الحسنـــــي ۞

(2) *Auctor:* تاليف محي الديـــــن الكامخي شيخ السيوطي ۞

(3) *Titulus:* كتاب المبهم علي حـروف المعجم ۞

(4) *Initium:* فان علم الحديـــــث ۞

*Finis:* فهذا اخر ما ينتشـــــر ۞

(5) *Auctor:* تاليف بدر الدين محمد بن ابرهيم بن جماعة الكناني ۞

(6) *Auctor:* ابو عبد الله محمد بن عبـد الله الحافظ بن الحكم ۞

(7) *Titulus:* كتاب كشف الاســرار ۞

(8) *Auctor:* شهاب الدين ابو العبـــاس احمد بن العماد الافقهسي ۞

(9) *Initium:* فهذا كتاب اذكر فيـــه ۞

*Finis:* من الجرس والصور واشبـــاه ذلك ۞

(10) *Titulus:* رسالة الخلاص في علـــم التوحيد ۞

to *Mula Zadeh* (1), qui poſtremam operi ſuo manum impoſuit *Damaſci* anno Egiræ 832. (2)

2.° Libellus *De Eloquentiæ Arabicæ Regulis*: auctore *Abu Mohamad Alcassemo Ben Mohamad Aldaimurti* (3), Philologo *Valentino*, qui ſeculo Egiræ ſexto maximè innotuit.

## MDLXXXVIII.

Codex nitidè exaratus, abſque anni nota, quo continentur:

1.° Opus, cui titulus *Manuductio ad Fidei Fundamenta* (4), ubi de Sectæ Mahometanæ veritate diſſeritur, Hæreticorumque Dogmata refelluntur: auctore *Mahmud Ben Abi Baker Alsabuni Albokhari* (5), patriâ *Alepino*.

2.° Anonymi Expoſitio Rhetorices, quæ *Clavis* nomine circumfertur. Unum, alterumve folium in fine deſideres.

## MDLXXXIX.

Codex die 13. Saphari anno Egiræ 851. deſcriptus, Tractatum ſcilicet complectens, cui titulus eſt *Fidei Mahometanæ Articuli* (6), in Partes XVI. diſtributum: auctore *Mahmud Ben Abilhassan Ben Alhossain, Niſaburienſi* (7), qui de præcipuis Fidei Mahometanæ Capitibus, videlicet de Deo uno, de Vaticiniorum veritate, de Merito, de Gratia & libero Arbitrio, de Corporum ad vitam revocatione, de Animarum immortalitate, ac de aliis uberiùs agit; Atheoſque etiam & doctè & ſolidè confutat. (8)

## MDC.

Codex nitidè exaratus, & fine & anni notâ defectus, in quo habetur Opus Dogmaticum, hoc titulo: *Atheiſmi Confutatio Doctoris Khugia Zadeh* (9), in capita XXII. diviſum, quibus partim Atheorum errores, partim Philoſophorum placita de Mundi æternitate impugnantur. Opus autem hoc Turcarum Imperatori *Mohamad Khan*, hujus nominis ſecundo, inſcriptum eſt, qui cognomento *Victor*, principatum iniit anno Egiræ 855. idemque anno 857. Chriſti 1453. *Conſtantinopolim* expugnavit.

## MDCI.

Codex literis Cuphicis exaratus, ſine anni notâ, olim Regiæ Bibliothecæ Marochanæ, cujus alterum inter Codices *in quarto* relatum eſt exemplar. Eo continetur Doctoris *Ben Talmesani* Opus de Theologia Scholaſtica, cui titulus *Demonſtrationum Specimen*.

## MDCII.

Codex nitidis exaratus literis, in quo videlicet occurrunt:

1.° Theologia Myſtica, *Tamuail*, ſeu *Domini Arcana* (10) inſcripta, ubi plura de ſupremo Dei in res creatas Domi-

(1) *Auctor*: احمد بن عماد الدين المعروف بمولي زاده ۞

(2) *Initium*: فقد النمس مني ۞
*Finis*: داشعة ذوار الانوار ۞

(3) *Auctor*: ابو محمد القسم بن محمد الديمرتي ۞

(4) *Titulus*: كتاب الهداية في اصول الدين ۞

(5) *Auctor*: محمود بن ابي بكر الصابوني البخاري ۞

(6) *Titulus*: كتاب العقايد الاسلامية ۞

(7) *Auctor*: تاليف محمود بن ابي الحسن بن الحسين النيسابوري ۞

(8) *Initium*: فان لكل علم رجالا ۞
*Finis*: تنازعهم الظورة ۞

(9) *Auctor*: تهافة خوجه زاده في ابطال اقاويل الحكما عن وجود الله ۞

(10) *Titulus*: الكشف عن سر التمويل ۞

minio: auctore *Abrahamo Ben Mahmud Ebn Hassan Alacsarai* (1), qui anno Egiræ 887. in *Cilicia* floruiſſe memoratur. (2)

2.° Ejuſdem Opuſculum *De Divinis erga homines Beneficiis.*

3.° Ejuſdem Libellus *De Dei Providentia.*

4.° Ejuſdem Diſſertatio *De Vitæ Solitariæ laudibus atque commodis*, anno Egiræ 981. exarata.

5.° Poëma verſibus conſtans cccc. inſcriptum *Nobile Carmen Taia* (3), ubi ſcilicet de Orbe condito, de vario Mortalium ſtatu, atque de eximia Dei in Hominum ſalutem Providentia: auctore Monacho *Ahmad Alschadeli Hiſpano*, facundo ſanè Poeta. Dicitur verò *Taia*, quòd ſinguli verſus in literam ت ſimiliter deſinant.

## MDCIII.

Codex nitidè exaratus, anni defectus notâ, in quo Doctoris *Abu Mohamad Alhassan Ben Abdelrahman Khalad Alramhermezi* (4) Opus habetur Dogmaticum *De Traditionibus*, diviſum in Partes vii. approbatumque ab Academiis *Hiſpana*, *Syriaca* & *Ægyptiaca* annis Egiræ 561. 611. & 650. Auctor, natione *Perſa*, in oppido *Ramhermez* regionis Ahuazæ, ubi natus eſt, deceſsit anno ejuſdem Æræ 486.

## MDCIV.

Codex die 4. menſis Ramdani anno Egiræ 872. exaratus, in quo habetur Opus hoc titulo inſigne: *Liber Annulorum.* Conſtat id Gemmis xxvii. quaſi totidem Capitibus, ubi de ſingulis Theologiæ Myſticæ Arcanis è Mahometi ipſius ore exceptis quàm ornatiſsimè diſſerit *Mohieddinus Ebn Alarbi Hiſpanus*, clariſsimus apud ſuos Monachus, à quo is Liber abſolutus dicitur *Damaſci* anno Egiræ 627.

Alterum hujuſce Operis exemplar inter Codices *in quarto* ſupra retulimus. Aliud etiam extat in Regia Bibliotheca Pariſienſi inter Codices Arabicos MSS. *Num.* ccccLvii.

## MDCV.

Codex autographus, deſcriptus feriâ 1. die 10. Rabii prioris anno Egiræ 552. Chriſti 1157. varia complectens (5) *Theologiæ Scholaſticæ Theoremata*: auctore *Ismael Ben Ali Alsalami Alschaherzuri Damasceno.* (6)

## MDCVI.

Codex anno Egiræ 792. feriâ 3. die 8. Ragebi exaratus, quo continetur Tractatus *De Scientia Traditionum*, in capita lxv. tributus, idemque anno ejuſdem Æræ 758. in lucem editus ab *Abu Omaro Othman Ben Abdblrahman Ben Abi Nasser Alschaherzuri*, vulgò *Ben Alsalah*, natione *Perſa*, nobis ſupra memorato.

## MDCVII.

Codex nitidè exaratus *Hieroſolymis* anno Egiræ 776. die 16. Rabii prioris,



(1) *Auctor*: ابرهيم بن محمود بن حسن الاقصراي ۞

(2) *Initium*: فمن علم المقرمنبين فرق بين النتيجنبين ۞

*Finis*: ظهر الحـــــــــــق ۞

(3) *Titulus*: التايية الشريفـــــــة ۞

(4) *Titulus & Auctor*: كتاب الحديث لابي احمد الحسن بن عبد الرحمــــن خلاد الرامهرمزي ۞

(5) *Titulus & Auctor*: كتاب في علم الكلام لاسمعيل بن علي السلمــــــي الشهرزوري ثم الدمشقي ۞

(6) *Initium* ۞ اول ما يجب علـــــي

*Finis*: ۞ يشترط في حبوذــــــه

ris, continens ejuſdem in *Codicem Traditionum* Prolegomena, titulo *Animadverſiones* (1): opus ſex conſtans partibus, maximo à Mahometanis Doctoribus in pretio habitum. (2)

## MDCVIII.

Codex literis exaratus Cuphicis, anni carens notâ, quo continetur Theologiæ Scholaſticæ & Dogmaticæ Summa, titulo *Prolegomena* (3): auctore *Mohamad Albagi*, Hiſpano *Pacenſi*, qui Literas penès Mahometanos ævo ſuo neglectas vehementer conqueritur; libroſque pondere viliſsimè venditos impensè dolet, id factum aſſerens, quò liberiùs in mercaturam incumberent. (4)

## MDCIX.

Codex autographus, literis Cuphicis deſcriptus anno Egiræ 752. feriâ 3. die 29. Saphari, continens Theologiæ Dogmaticæ Epitomen, cui titulus *Medulla* (5): auctore *Abdelrahman Ben Mohamad Ebn Khaldun Alhadrami* (6) *Granatenſi*, cujus vitam deſcripſit *Ebn Alkhathib* in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana.*

## MDCX.

Codex literis Cuphicis exaratus *Granatæ* die 16. Ragebi anno Egiræ 731. in quo habetur ſelectior *Traditionum Epitome* Doctoris *Abu Isaac Abrahami Ben Mohamad Alsabari Meccani.*

## MDCXI.

Codex autographus, exaratus die 17. menſis Schabani anno Egiræ 846. complectens Doctoris *Mohamad Ben Mohamad Almonzali Scholia* in *Codicem Traditionum.*

## MDCXII.

Codex nitidè exaratus anno Egiræ 692. continens Doctoris *Ali Ben Hassan Alhossaini Granatenſis* Lexicon Theologicum, cui titulus *Promptuarium* (7).

## MDCXIII.

Codex anno Egiræ 876. feriâ 1. die 28. Ramdani exaratus, in quo Libellus de Doctrina Mahometana, inſcriptus *Articulorum Unio* (8): auctore *Abulhassan Algiarmaki Alpharsi*, natione *Perſa.*

## MDCXIV.

Codex nitidè exaratus, anni notæ & finis expers, in quo Tractatus quadripartitus occurrit, hoc titulo: *Liber Medicinæ Propheticæ* (9), de Mahometi ſcilicet Traditionibus quæ ad curandos morbos & valetudinem tuendam potiſsimùm ſpectant: auctore *Abu Naim Ahmad Ben Abdalla Ben Isaac Hispahanensi* (10), qui ex Rabbinorum genere in *Perſia* natus, plura ex fabuloſis, ridiculiſque Hebræorum Traditionibus

in

(1) *Titulus*: التنبيهات علي المواضع المشكلة في كتب الحديث ۞

(2) *Initium*: فهذه نكت مفيدة ۞
*Finis*: لامر ما ذ‍‍‍وي ۞

(3) *Titulus*: مقدمة في اصول الدين ۞

(4) *Initium*: انه لما ارتفع اركان .... وبيعت كتبه بالارطال ۞
*Finis*: كتاب الميزان للذهبي ۞

(5) *Titulus*: لباب المحصل في اصول الدين ۞

(6) *Auctor*: تاليف عبد الرحمن بن محمد بن خلدون الحضرمي ۞

(7) *Titulus*: كتاب مختصر الاطراف ۞

(8) *Titulus*: جوهرة العقايد ۞

(9) *Titulus*: كتاب الطب النبوي ۞

(10) *Auctor*: تاليف ابو نعيم احمد بن عبد الله بن اسحق الاصفهاني ۞

in Mahometanorum Sectam invexit. Is autem claruit anno Egiræ 512.

MDCXV.

Codex nitidè exaratus, quo nimirùm continentur:

1.° Anonymi Opuſculum *De Mahometi moribus.*

2.° Alterum ejuſdem argumenti, cujus auctor CUAMEDDINUS AMIR (1), Regius *Damaſci* Cancellarius, ubi id operis ſcribendum ſuſcepit anno Egiræ 747.

3.° Doctoris *ALSCHAPHEI Carmina Moralia.*

MDCXVI.

Codex Cuphicis literis exaratus anno Egiræ 842. mutilus, complectens Tractatum *De Deo uno*, in plura capita diviſum, Auctoris ignoti.

MDCXVII.

Codex nitidè exaratus *Conſtantinopoli* anno Egiræ 1031. Chriſti 1621. in quo habetur Opus Turcicâ linguâ conſcriptum, auctore AHMAD BEN ZAIN ALABDIN (2), qui & Sectam Mahometanam propugnat & Chriſtianos ad ipſam amplectendam adhortatur. (3)

# CHRISTIANI

## *IN FOLIO.*

MDCXVIII.

CODEX membranaceus, pervetuſtus, ac nonnullis locis ipſa vetuſtate vel mutilus, vel obliteratus, foliis conſtans 435. Cuphicis olim literis deſcriptus à Presbytero quodam, nomine VINCENTIO, ut liquet ex Nota ad Libri VIII. calcem appoſita: ubi ipſe VINCENTIUS Librum hunc, prioreſque ſeptem cum aliis exemplaribus ſe contuliſſe, atque ad eorum fidem emendaſſe profitetur. Codicis verò ætatem prope intellexeris ex altera hujuſmodi Nota quæ in fine Libri VII. legitur: *Abſolutus eſt Divina ope Liber VII. feriâ 3. die 17. Octobris anno Æræ Hiſpanæ 1037. ad uſum videlicet nobiliſſimi Epiſcopi* JOANNIS DANIELIS (a).

Quod ad Operis titulum ſpectat, licet nullum præ ſe ferat Codex, utpote foliis aliquot ex initio defectus; verus tamen ac germanus titulus *Sacrorum Canonum Collectio ad uſum Hiſpanæ Eccleſiæ* eſſe omnino videtur, cùm ex ipſius Hiſpaniæ Sedium Epiſcopalium, quam continet, recenſione, tùm ex his verbis quæ ad Libri X. calcem occurrunt: *Atque jam finis eſto Libri X. & postremi* COLLECTIONIS SACRORUM CANONUM (b).

Hujus autem Collectionis hæc divi-

(a) تم مصحف السابع بحمد الله وعونه وذلك يوم الثلثاء لاربع عشرة ليلة بقيت من شهر اكتوبر الذي من سنة الف وسبع وثمانين من التاريخ الصفري... كتب لاسقف الندب جوادنيل ✡

(b) تم المصحف العاشر وهو اخر مصاحف جمع القوانين المقدسة ✡

(1) *Auctor*: ✡ تاليف قوام الدين امير

(2) *Auctor*: ✡ احمد بن زين العابدين

(3) *Initium*: ✡ جون اين مسيحـــي
*Finis*: ✡ زمان فتح اســلام

viſio: Totum Opus in Libros decem, Libri in ſuos quiſque Titulos, Tituli in plura Capita diſtribuuntur.

Ordo verò ac tenor ſic ſe habet: Operi præmittitur Librorum ac Titulorum omnium Index univerſalis, ſingulorum argumenta complectens; at non integer, foliis tantùm ſuperſtitibus quatuor, iiſque madore penè putrefactis; quem tamen ex illis quæ intus repetuntur, facilè reſtituas. Continuò excipit Epiſcopalium Hiſpaniæ Sedium ſeries folio uno comprehenſa, cujus initio hæc tantùm per membranam eodem vitio corruptam licet legere: *Ex quo fit* LXXII. *Sedium ſumma .... excepta Sede Gallæciæ.*

Operis demum interiora ingreſſus, Titulorum & Capitum Indicem ſingulis quemque Libris præfixum invenias, præterquam primo ac ſecundo, quorum priora folia nonnulla vel temporis, vel hominum iniquitate intercidêre. Sub ſingulis verò Titulis integri referuntur ſive Canones, ſive Sententiæ ad eorundem argumenta pertinentes, cùm ex Generalibus, tùm ex Hiſpaniæ, Africæ, Galliæ Conciliis, necnon Summorum Pontificum Epiſtolis Decretalibus ad verbum tranſcriptæ ac, citatis cujuſque locis, fideliter expreſſæ. Unde Collectionem hujuſmodi liquidò apparet Codice illo multò fuſiorem atque ampliorem eſſe, quem *Sacrorum Canonum & Conciliorum, quibus Eccleſia, præſertim Hiſpanica, regebatur, &c. Indicem* inſcribit, princepſque edidit Cardinalis *AGUIRRIUS*, ſecundis verò typis CAIETANUS CENNIUS evulgavit; quem manu ſcriptum exhibent Æmilianenſis, Vigilanus, aliique Bibliothecæ Eſcurialenſis Codices, tùm denique pervetuſtus Conciliorum Liber Gothicis literis deſcriptus, ex Dominicani Ordinis Cœnobio *Placentino* in Regiam hanc Bibliothecam *Matritenſem* cum egregiis aliis MSS. anno MDCCLV. Regiæ munificentiæ beneficio translatus: quo quidem GARCIAM DE LOAYSA in adornanda ſua Conciliorum editione uſum eſſe non immeritò creditur.

Atque ita id genus Collectionem ſe omnino habere, & mihi & Clariſsimo Viro *JOANNI DE SANTANDER*, ejuſdem Bibliothecæ Præfecto, facta cum ſupra memoratis ſive impreſsis, ſive MSS. Libris collatione, perſpectum atque exploratum; ipſamque proinde Opus eſſe plenum, integrum, omnibus numeris abſolutum; illum verò Codicem ab *AGUIRRIO* & CENNIO publicatum, nihil aliud cenſendum, niſi hujuſce Collectionis *Indicem*; quippe qui cum ejus Librorum diviſione, Titulorum ſerie, rerum argumentis planè conſentiat.

Hinc liquet præstereà Collectionem hujuſmodi Canonum Arabicam, aliam prorsùs eſſe à Conciliorum Collectione quam laudati ſupra Codices, aliique plures vulgò complectuntur; ſiquidem ibi contineri videas Concilia & Epiſtolas Decretales integras, perpetuaſque; hîc Canones tantùm ac Sententias ex ipſis Conciliis ac Decretalibus excerptas atque in ſuos Titulos, ſua Capita, tanquam in certos rerum locos, aptiſsimè digeſtas.

Poſtremò Codex hic idem eſſe profectò videtur, atque Eſcurialenſis ille, quem *JOANNES BAPTISTA PEREZIUS* Epiſcopus *Segobricenſis* in Epiſtola *De Conciliis Hiſpaniæ* ab *AGUIRRIO* in *Conciliorum Tomo I.* edita *Sarracenum* appellat.

Plura de Libro longè præſtantiſsimo atque ita ſanè raro ac ſingulari, ut Arabicorum Codicum *Phœnicem* verè dixeris, aliàs erit diſſerendi locus, quum in clariſsimam Orbis literarii lucem & ſpectaculum, Regio adſpirante patrocinio, ut confidimus, evolabit. Quis enim piiſsimi ac religioſiſsimi Hiſpaniarum Principis ope dignior ac præſidio liber, quàm is videlicet, unde univerſæ Chriſtia-

ſtianorum Reipublicæ palam fiat quantus olim Sacrarum Literarum amor, quantum Catholicæ Fidei, quantum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſtudium in Hiſpana gente vel inter barbaræ ſervitutis ærumnas viguerit, vel inter Mahometanæ cæcitatis tenebras effulſerit.

MDCXIX.

Codex Arabico-Latinus nitidè exaratus, iſque autographus, quo continetur *Alcorani Confutatio*, adjecta Latina illius textûs interpretatione unà cum Alcorani Explanatorum Commentationibus. Auctor eſt *P.* DOMINICUS GERMANUS DE SILESIA, Ordinis Minorum Provinciæ Romanæ reformatæ Alumnus, idemque Arabicæ linguæ apud Catholicum Regem *Philippum IV.* Interpres, Theologus ſanè inſignis, ſed Arabica eruditione non adeo excultus.

# CHRISTIANI
## *IN QUARTO.*

MDCXX.

CODEX nitidè exaratus, quo videlicet continentur:

1.° *Cantica Canticorum.*
2.° *D.* PAULI Epiſtola *ad Romanos.*
3.° Epiſtola Prima *ad Corinthios.*
4.° Epiſtola *ad Galatas.*
5.° *D.* PETRI Apoſtoli *Epiſtola.*
6.° *Acta Apoſtolorum.*
7.° *S.* JOANNIS Apoſtoli *Epiſtola* I.
8.° Ejuſdem *Epiſtola* II.
9.° Ejuſdem *Epiſtola* III.
10.° *S.* JUDÆ Apoſtoli *Epiſtola.*
11.° *S.* JOANNIS Apoſtoli *Apocalypſis.*

MDCXXI.

Codex Cuphicis deſcriptus literis *Barcinone* menſe Aprili an. Chriſti 1553. complectens Sacroſancta IV. *Evangelia*: quæ ſanè, ſi dictionem Arabicam ſpectes, à Chriſtiano aliquo *Hiſpano* è Latino ſermone in Arabicum tranſlata meritò exiſtimes.

MDCXXII.

Codex luculenter exaratus, foliis conſtans 592. in quo habentur Sacroſancta IV. *Evangelia* Perſicè conſcripta.

MDCXXIII.

Codex, abſque anni nota, quo nimirum continentur:

1.° Liber *Apocalypſis* Syriacè conſcriptus.

2.° Liturgiæ Pars ad Sacramentum *Baptiſmi* pertinens, Arabico ſermone, literis verò Chaldaicis.

MDCXXIV.

Codex ſermone quidem Arabico, ſed Syriacis exaratus literis, *Kalendarium* complectens *Romanum ad uſum Eccleſiæ Maronitarum*: quod à Sacerdote JOANNE SANCTI DURANTINI, juſſu *Gregorii XIII.* Pontificis Maximi Latinè olim conſcriptum, & poſteà ab illuſtriſſimo *D.* LEONARDO, *Sidonis* Epiſcopo, Arabicè converſum, *Romæ* demum typis editum eſt anno Salutis MDLXXXIII. cujus quidem editionis in hoc ipſo Codice accedit exemplar.

MDCXXV.

Codex autographus, eleganter exaratus in Regia Perſidis urbe *Hiſpahana* anno Chriſti 1647. quo continetur Tractatus Theologico-Dogmaticus, Perſicè ac Latinè conſcriptus, *De præcipuis Chriſtianæ Religionis Fundamentis*, videlicet de Deo uno & trino, necnon de Sacroſancto Verbi Divini incorporati Myſterio: ubi Quæſtionibus à Mahometanis proponi ſolitis reſpondetur: auctore *P.* DOMINICO GERMANO DE SILESIA, ſupra memorato.

Co-

MDCXXVI.

Codex autographus, in ipſo Regio *S. Laurentii* Monaſterio exaratus, continens ejuſdem *P. Dominici Logicam* ex Arabum Philoſophorum Libris excerptam & Latinè conſcriptam, variiſque etiam figuris ſecundùm Scholæ Arabicæ ſyſtema exornatam.

Is autem Auctor ait in Prologo id operis ſe in Latinorum gratiam aggreſſum eſſe: ubi *nonnullæ*, inquit, *haud ingratæ Arabum molitiones à nemine Latinorum hactenus animadverſæ explicantur.*

MDCXXVII.

Codex autographus, quo nempe continentur:

1.° Ejuſdem *Selectiores Sententiæ* ex Arabum Libris collectæ.

2.° Ejuſdem *Doctrina Chriſtiana* Perſicè ac Latinè: opus affectum.

MDCXXVIII.

Codex autographus, complectens ejuſdem *Grammaticam trilinguem*, Arabicam ſcilicet, Perſicam & Turcicam, cum Latina ex adverſo interpretatione, cui titulus *Introductorium Practicum.*

# PRIORIS TOMI

# FINIS.

SPECIAL FOLIO
88-B
127722
v.1

THE GETTY CENTER
LIBRARY